

VITT. EMANUELE
A



FASCICVLVS
RERVM
CRIMINALIVM

Homeri Ilias nuce conclusa,

AD VSVM FORI MEDIOLANENSIS,

Et communem vtilitatem.

FRANCISCI BERNARDINI PORRI I.C.

Et Aduocati Mediolanensis.

Rerum multis Responsis exactè tractatarum à Senatu Mediolanensi prudenter decisarum vt varietate iucundus, ita auctoritate vtilissimus, & nunc primùm editus.

Perillustri D. Petro Francisco Corio

Senatori Mediolanensi dicatus.

CVM PRIVILEGIO.

Ex Legato Ill.mi Cocini








MEDIOLANI,

Apud Io. Baptistam Bidellium. M. DCXXI.



Imprimatur.

Fra. Pa. Eg. Commiss. Sancti Officij Mediolani.

Gulielmus Vid. Præp. S. Nazarij pro Illust. D. Card. Archiep.

Vidit Saccus pro Excell. Senatu.



PER ILLVSTRI IVRISC.

ET REGIO AC

DVCALI SENATORI
Mediolani

DOMINO PETRO FRANCISCO CORIO.

Io. Bapt. Bidellius Bibliopola Mediolan. P. F. P.



Lypeum defensionis libelli huius, è meo Typographeo nunc primum in lucem prodeuntis, Nomine tuo, VIR PERILLVSTRIS, insignem ac solidum reddo. Criminalem quidem materiam tractat à nobili Iurisconsulto, iudicum commodum,

vtilitatemq. publicam spectante conscriptus. Sed quo patrono tutior exire in hominum manus atque oculos poterat, quàm eo, qui sine crimine vitam traduxit, & pectus habuit plenissimum illius scientia iuris, quod criminosis hominibus iustas pœnas, debitaque præmia innocentibus assignat? Qui paucis ante annis, tanta cum spe bonorum, expectatione ciuium, approbatione omnium à Catholico rege nostro in Senatum lectus, in eodem cum laude, multorum expectationem superante, splendescit? Nobilitas generis tibi à natura per maiores tuos insita, præclarissimis affinitatibus per tuam industriam illustrata, & generosa magnitudine animi aucta, cogit te, vt velis: auctoritas, prudentia rerum agendarum, iustitia iudiciorum, ac celeri negotiorum difficilium expeditione acquisita,


dat,

dat, vt posſis: Sapientia vero non modo in iuris prudentiæ gymnaſio, domeſticaq. Bibliotheca comparata, & præſtantiſsimo Iuriſconſultorum Collegio cognita, probata, recepta; ſed etiam vſu diuturno, tum duodeuiginti annorum, quibus aduocati munere functus, clientes, ciues, exteros, eorumq. fortunas ac vitam tutatus es; tum ſeptemnij, quo Regio Fiſco eandem operam aduocati præſtitiſti, parta facit, vt ſcias tueri opus non indignum profeſsione tua: typographeum tuis iam pridem obſequijs conſecratum; & typographei præfectum tibi multis nominibus addictiſsimum. Foue igitur auctoritate clientem tuum: faue oratione ac voce operi auctoris, qui te obſeruat: iuua & ſubleua beneuolis oculis hos tibi repræſentatos labores meos. Deniq. patrocinium, quod per tot annos nemini mortalium

ne-

negauit humanitas tua, mihi quoq. meisq. conatibus eadem tua benignitas impertiat: & scutum non duratum Corio, vt cognomen gentilitium sonat, sed munitum ferro constantiæ, circumlitum auro virtutis, atq. intectum ænea fortitudine masculi pectoris, æmulis meis oppone, Vale diu Regi, patriæ, Senatui. Mediolani Kal. Maij. CIↃ IↃ CXXI.

L E-



LECTORI.



Puſculum hoc quod pœnè interciderat, inſtaurari, renouarique ad communem vtilitatem curaui, & vt fructuoſius eſſet, meis elucubrationibus exornaui, fęlicitate enim ſuiipſius vnumquemque ad legendum, allıciendum aptus eſt; nihil enim prætermittit quod ad praxim magis vſitatam fori Mediolanenſis pertineat, collecta ſunt omnia in hunc locum, quæcumque diſperſa erant. Tu hos labores æqui, bonique conſule. Vale. Multo plura erant collecta in alio libro, qui fuit mihi furto ſubtra-

ctus,

ctus, eo animo, vt credo, vt poſt mortem meam ſub alieno nomine imprimerentur, & laboribus meis prope indefeſsis fraudaret.



§. IVDICIVM

QVANDO CRIMINALE,

Et quando ciuile censendum sit, & quis sit effectus.

De modo procedendi in criminalibus.



IVDICIVM criminale an distet à ciuile declarat Farin.q. 100. in fine,& videtur residere cum Blanco in l.fin.nu.154.De quæst. vt non attendatur finis agendi, & effectus, sed solùm causa,& origo,& principium ipsius iudicij.

Cæterùm in hac quæstione vtrum sit criminalis causa,an ciuilis, incidit magna altercatio inter Laudensem, & Illust. Lauiniam ab Ecclesia vxorem Illust. Alexandri Vistarini prætédebat enim delator dictam Lauiniam nupsisse Egr.Com.Trinitatis,cui ex priuilegio ciui creato à Senatu sub conditione habitandi,ita quòd si desijsset habitare, ipso iure bona ad fiscum deuoluerentur, quam non seruauit, transferendo se ad Ciuitatem Sabaudiensem, seu Territorium vbi bona possidebat, & aiebat ex desertione habitationis incidisse eam in pœnam, & bona translata ad fiscum. Econtra Lauinia allegabat, causam esse criminalem,& pœnam ei remissam per indultum generale,sequutum ob nuptias Serenissimæ Isabellæ Au-

A striacæ

ſtriacæ iunctæ matrimonio, cum Sereniſſimo Alberto Auſtriaco Archiduce.

Reſpondente delatore quòd pœna ex inobſeruantia conditionis non faciebat cauſam criminalem non obſtante quod pena applicaretur Fiſco, iuxta doctrin. Bart. in l. fin. verſ. Quæro quando pœna C. litig. quam ſequitur Farin. dicta q. 100. nu. 34. verſ. 14. fit concluſio. Tandem Senatus venit in ſententiam dictam Lauiniam abſoluendam virtute abſolutionis generalis. Ego eo tempore tutabar ius Fiſci, & quia res eſt notabilis, & in cauſa ardua, opere pretium mihi viſum eſt, in hoc primo ingreſſu Allegationes ad perpetuam memoriam ſubijcere, vt tuum poſſis iudicium interponere, & fateri, quod ſicuti Martis, ita & litium dubius eſt euentus.

Informatio Fiſci contra Lauiniam Vicecomitem.

VIdetur quòd hæc quæſtio non indigeat conſultatione Senatus; Nam nulla eſt ambiguitas, quæ rē dubiam reddere poſſit contra Fiſcum. Quoniam etſi agatur de Decreto gratioſo quod pendeat à poteſtate Principis, tamen etiam Magiſtratus ſuper Priuilegio, & Decreto Principis iudicare poſſunt, vbi non verſetur quæſtio, in qua dubitari contingat de voluntate, & poteſtate ſua, quia tunc ad Principem recurrendum eſt; ſed quando quæſtio verſatur ſuper alio incidenti, ſuper quo de iure fieri debeat interpretatio, & non reuocatur in dubium voluntas, aut poteſtas Principis, tunc Magiſtratus, & Iudices ſuper eo cognoſcere poſſunt. Doct. in cap. Cum veniſſet extra de Iudicibus. Hier. Gabr. conſ. 182, nu. 18. vol. 2.

2 Cum autem quæſtio noſtra agatur in materia Decreti gratioſi, & Lauinia Vicecomes prætendat vigore ciuilitatis aliàs conceſſæ Comiti Hieronymo Feriolo bona eidem data in dotem extimatam per Bartholomæum ab Eccleſia vſque de anno 1582. poſſe defendi contra Fiſcum, & notificantem ſub eo prætextu, quòd dictus Comes eſſet ciuis ex priuilegio, & licet

deſe-

deseruerit domiciliũ,seu habitationem in anno 1585. & postea deposuerit, seu nunquam redierit ad Ciuitatem Mediolani, quòd nihilominus pœna amissionis bonorum per eum Comitem acquisitorum vigore dotis prædictæ non habeat locum, & quia Comes remanserit ciuis,& sic beneficium ciuilitatis non amiserit,eo quia priuilegium ciuilitatis licet in pœnam desertæ habitationis auferret bona, tamen in reliquis saluam esse vult ciuilitatem; vnde supponit Lauinia quòd subsistat priuilegio ciuilitatis,prædictus Comes potuerit vti ciuis gaudere beneficio Decreti gratiosi, & ita ipsa vti posita in locum Comitis possit eius iure,& beneficio defendere bona prædicta contra notificantem.

Quæstio igitur præfata si agatur de Decreto gratioso non habet dubium,quia Decretum, non procedit nisi ad beneficium subditorum, quo casu Comes deserta habitatione supra annos quatuordecim dicitur non subditus,cum sit extra iurisdictionem Prætoris Mediolani, & officiales ei imperare non possint; & sic quęstio est an Comes dicatur subditus,itaut possit dici comprehensus in Decreto gratioso prænarrato,& cum Decretum solùm emanarit ad fauoré subditorum,non potest Comes prædictus dici subditus, ita vt gaudere possit beneficio Decreti, quod loquitur de subditis, & factum est fauore subditorum, & ciuis ex priuilegio non dicitur subditus nisi habitet,quid propriè subditus dicitur ratione domicilij habitationis. Ceph.cons.53.nu.35.vol.primo Carp.§.Collegijs nu. 12.ad Constitutionem titu. De priuil. Fisci Surd. latè conf.437.vol.3.cum simil. 3 4 5

Secundò.Cum deserta habitatione per Comitem sequuta sit amissio bonorum,ipso iure, itaut Decretũ non habeat locum, eo quia non agatur de amissione bonorum ex delicto,cum tantùm Decrerum se ad delicta restringat,sed ex quadam conuentione præambula,quia Princeps concesserit licentiam acquirendi cum conditione habitationis sequuturæ in Statu Mediolani,quo casu sumus extra terminos Decreti gra- 6

tioſi,& verſamur in conditione adiecta ciuilitati,quę ſapit vim Conuentionis.

Tertiò,Comes Trinitatis erat effectus Dominus bo-
7 norum,quia dos erat æſtimata, & ſic in caſu dotis reſtituendæ non tenebatur niſi ad pretium, etſi Lauinia prætendere poterat aliquid contra Comitem,id erat reſpectu pretij, non autem bonorum, quia pretium ſolùm erat in obligatione reſtitutionis,vnde Lauinia
8 nullum ius habebat directè ad bona,& ideo amiſſis bonis per deſertionem habitationis illa poterat agere ad pretium contra Comitem, & eius bona deuoluta ad Fiſcum,eo quia non eſſet paritum legi ciuilitatis, quia ſecuta contrauentione, dominium bonorũ quod erat penes Comitem deuoluebatur ad Fiſcum, & ea bona vendicare non poterat Lauinia, quia mater potuerat ea trãsferre ex cauſa dotis in maritum,ſed eueniente caſu dotis reſtituendæ per mortem matris, Lauinia poterat agere ad pretium debitum per maritum,Non autem poterat agere directo ad bona, aliqua actione perſonali, vel reali, & ideo cum Lauinia prætenderet Comitem prædictum deſerta habitatione eſſe forenſem,& dotem reſtituendam filię,quia maritus vti forenſis non poſſet habere partem dotis in cõcurſu filiarum ex altero matrimonio, omnis contractus factus cum Comite, Fiſco non præiudicat cui ſta-
9 tim deſerta habitatione erat quæſitum ius in bonis prædictis; ſicuti igitur maritus non poterat defendere bona à Fiſco, cum ei acquiſita eſſent ob deſertam habitationem,pari ratione Lauinia non poteſt ſe tueri in iure fundato in perſonam Comitis,quia non potuit Comes transferre ius in eam, quod non habebat in præiudicium iuris Fiſco quæſiti.

Quartò.Ius fuit Fiſco quæſitum de anno 1585. quo tempore ſequuta fuit deſertio habitationis prædictę,
10 Vnde etſi Lauinia haberet ius repetendæ dotis contra Vitricum vti forenſem, tamen non poterat agere ad bona ad Fiſcum deuoluta, quia dominium erat Fiſco quæſitum,& actio Lauiniæ erat aduerſus Vitricum, ad repetitionem pretij non autem ad rei vendicatio-

nem scilicet bonorum, & ideo frustra allegatur ius ex persona Comitis, qui ceciderat à bonis sequuta desertione habitationis; Nec poterat se defendere aliquo pacto aduersus Fiscum, cui ipso iure, & facto erãt bona acquisita; Cum igitur bona non reperiantur penes Comitem tempore, quo publicatum est edictum gratiosum, & iam quæsita essent Fisco, non potuit lite pẽdente cum Fisco, aliquid fieri super bonis fisco deuolutis in præiudicium ipsius fisci; Vnde ex persona sua Lauinia bona defendere non potest; Ex persona verò 11 Comitis prædicti pariter non potest, quia Comes eo tempore nullum ius habuit quo se tueri posset aduersus fiscum, tempore verò publicati Decreti, ipse Comes non reperitur ea possidere, & præterea beneficio Decreti gaudere non potest, cum non sit subditus, itaut possit gaudere beneficio ipsius indulti gratiosi; & ad hoc reducitur quæstio ista, an deserta habitatione forensis creatus ciuis cum onere habitationis, ea deserta dicatur subditus, & dicendum est quòd non, & ita sensisse videtur Senatus, dum voluit, quòd forensis bannitus à statu Mediolani possit frui beneficio, si modò ante bannum domicilium, & incolatum per habitationem decem annorum quæsisset, & sic Sena- 12 tus voluit quòd factus esset incola, & subditus per decennalem habitationem. Nec obstat, quòd licet deserta habitatione, ciuis ex Priuilegio amittat bona, tamen ciuilitas firma remanet: Nam respondeo quòd beneficium ciuilitatis cessat quo ad quæsita, sequuta desertione habitationis, sed quòd plus est, quò ad ea bona habetur pro non subdito, Dum hac ratione non est comprehensus in Decreto gratioso; si vero Lauinia vult quòd Vitricus non potuerit succedere in dote eo quia deserta habitatione remaneret forensis, & non possit gaudere beneficio statutorum Mediolani in successione vxoris vnà cum filia alterius Matrimonij, quia statuta facta sint pro subditis tantùm, tũc etiam Lauinia nec ex persona sua, nec ex iure Comitis se tueri potest, Nam ex persona sua, ipsa viuente matre non poterat agere ad conuentionem dotis, & tamen

ea matre viuente, iam bona ob desertam habitationē facta erant fisci, Ita quòd matri etiam præiudicatum erat ratione bonorum. Mortua autem matre, cum domi nium bonorum esset abdicatum à Comite, & acquisitum fisco, non poterat Lauinia prætendere bona, sed tantum agere poterat tanquam matris hæres contra Comitem ad eius bona ratione crediti dotalis, & ideò Comes non potuit contrahere cum Lauinia eius priuigna relaxando ei bona controuersa, cum hæc translatio non potuerit fieri ad præiudicium fisci, & iuris ei quæsiti. Vnde malè prætendit ius cō-
13 petere Lauinia ex Iure Comitis, & frustra allegatur quòd Comes remanserit ciuis, & quòd ciuilitas omnino non fuerit extincta per desertionem habitationis, & amissionem bonorum, & ideo adhuc posset prætendi, quòd Comes possit defendere bona prædicta ex beneficio Decreti gratiosi; nam vt dictum est Comes deserta habitatione non dicitur subditus, & Decretum nō habet locum nisi in subditis, ad quorum fauorem decretum emanauit; si igitur volumus, quòd ciuilitas iuuet Comitem, hoc erroneum est, quia frustra legis auxilium inuocat, qui in legem peccauit deserta habitatione; si verò volumus, quòd Decretum gratiosū pariter iuuet Comiti, hoc odiosum est, quia Comes non est subditus, & sic Decreto non est comprehensus.

14 Rursus aduertendum est, quòd si Comes iteratò rediret ad habitandum, quòd tamen per nouam habitationem nōn recuperaret bona iam amissa, & fisco deuoluta, & propterea si habitando non recuperaret, multo minus debet recuperare posse per superuenientiam Decreti, nam si hoc diceremus, caderemus in Vnum quòd valde absurdum, & erroneum est, nam Comes deserta habitatione amisit bona prius acquisita, & tamen per Decretum gratiosum diceretur factus habilis, & capax, & posset admitti non solum ad bona iam amissa, sed etiam, quòd posset alia acquirere citra onus habitationis, cum tamen in ciuilitate concedens id potissimum considerare consueuat, vt

per

per numerum Ciuium Ciuitates repletæ magis splendescant; & ideò si Decretum gratiosum admitteret forensem ad beneficium Decreti, etiam eo non habitante, contineret vnum, quòd esset valdè absurdum, & contrarium legi, & conditioni ciuilitatis quæ habet annexum onus habitationis, & ideò Decretum habet locum, & procedit in subditis tantùm, quorum gratia emanauit; & publicæ lætitiæ emolumentum hoc sentirent, quòd Principi concedenti subditi sunt, & ideo verbum subditorum sæpius in Decreto repetitum est; & verba Decreti de subditis loquentia non trahuntur ad eos, qui Catholicæ Maiestati in Dominio non sunt: Non est igitur dicendum quòd Decretum comprahendat eum, qui cum non esset subditus, ciuilitate obtenta, bona in Dominio Mediolani acquisiuit, quæ mox deserta habitatione fisco sunt deuoluta; nam sicut à principio Princeps voluit forensem teneri ad habitare, eadem, & fortiore ratione id voluisset vbi ex indulto gratioso pœnæ irrogatæ ob desertam habitationem remissioni locus foret, sed de hoc Decretum non loquitur, & tempore superuenientis Decreti comes non petijt admitti ad beneficium Decreti nec potuisset aliter admitti citra onus nouæ habitationis, & tempore superuenientis Decreti bona non sunt penes Comitem, sed in alium translata, quòd fieri non potuit in præiudicium fisci, cui ius quæsitum est. Resolutio igitur est, quòd Decretum gratiosum non procedit nisi in subdito, & quòd Comes non est subditus deserta habitatione, & interpretatio scripturæ est facienda vt illis domum commodet, quibus prodesse in animo disponés habuit Crau. cons. 972. nu. 28. vol. 5. & cons. 5, num. 15. vol. 1, Et ideò etiam mulier originaria nubens forensi dicitur mutare domicilium originis, & sequi domiciliũ mariti, & ita non dicitur subdita, nec potest acquirere in statu Mediolani, nec succedere subdito, quia licèt verè non sit forensis, tamen non est subdita deserto domicilio, vt post alios latè trad. Carpan. in §. Collegijs nu. 128, & seq. Pari ratione creatus ciuis ex pri-

15 16 17 18

uilegio, qui potest acquirere in Dominio cum onere habitationis, deserta habitatione non dicitur subditus, & priuatur bonis quæsitis, & Decretum gratiosum ei non opitulatur, quòd factum est pro subditis tantùm, & sicut non posset de nouo acquirere deserta habitatione, nisi nouo suffultus esset priuilegio; pari ratione non potest admitti ad recuperationem bonorum citrà nouum priuilegium quia hoc modo sequeretur inconuenientens, Quòd forensis possideret bona citra habitationem, quòd est contra mentem concedentis ciuilitatem, & ideò motiuum fundatum super ciuilitate tollitur ex prædictis.

Quod verò attinet ad puncta excitata per Illustrẽ
19 Magistratum in sua consultatione, quod ad primum, quòd Lauinia possit vti iure Comitis ostenso, quòd Comiti multum ius competit, satis id remanet resolutum, & quia in hoc puncto, an Lauinia possit se tueri ex iure fundato in persona Comitis, videtur magna fieri uis per Lauiniam est aduertendum, quòd si supponamus Comitem Trinitatis tempore Decreti gratiosi fuisse non subditum, tunc cum Decretum non sit factũ nisi fauore subditorum Comes in hoc Decreto non est comprehensus.

Pariter quòd non sit comprehensus estenditur, quia amissis bonis per contrauentionem bona ad præiudicium iuris tertio quæsiti, non possent Comiti acquiri nisi nouo priuilegio interueniente Roman. cons. 59. Dec. l. quod init. num. 1. ff. reg. iur. & Doct. qui aliter sentiunt, loquuntur quando priuilegium superuenit forensi, antequam sit eidem facta traditio, quia antequam traditio sit facta forensi, non dicitur consumatum delictum, & ideo habilitas superueniens excusat Rip. in l. filiusfamilias. §. Diui. nu. 46. ff. leg. primo Carpan. dicto §. Collegijs nu. 140. Cum ergo requiratur nouum priuilegium, quod non solet concedi sine vinculo habitationis, quia Princeps concedens ciuilitatem eo tendit, vt Ciuitates numero habitantium re-
20 pleantur, ergo Decretum gratiosum non potest procedere hoc casu, quia deficit voluntas Principis qui noluit

luit

luit prouidere nisi subditis, & habitantibus in Dominio Mediolani, & propter hanc rationem Senatus sanciuit non esse concedendam licentiam recedendi forensibus, qui bona in Dominio acquisiuerunt postquã venerint, nisi ex causa vrgenti, & re in Senatu relata 15. Ianuarij 1580.

21 Pariter si Comes nunc rediret ad habitandum non recuperaret bona, imo nec alia acquirere posset nisi de nouo accedente priuilegio, quia deserta habitatione per decennium, & vltra nõ dicitur amplius subditus, ergo nec amissa semel recuperat; quia opus esset noua habitatione, & nouo Principis consensu.

Pariter quando Decretum Indulgentiam dat bannito ob causam criminis, ita quòd habeat pacem ab offenso intra certum tempus, sine pace, aut remissione non procedit, ergo nec in casu isto Decretum procederet, nisi prius iterato intra tempus rediret ad habitandum, quòd factum non est.

Similiter non video quo iure possit Lauinia vti iure fundato in persona Comitis, si in tempore Comes nõ comparuit, nec obtulit velle habitare, & iam bona in alium translata fuit, & hoc ius est adhærens rei, & bonis ipsis, itaque oportuerit Comitem possidere bona ipsa, & quod peteret se admitti ad beneficium Decreti, qui vellet de nouo habitare, & sic retinere bona prædicta vnde translatis bonis in alium Comes non potest vti beneficio Decreti quo ad bona, quæ non possidet vnde Casti. in l. apud antiquos C. fort. col. fin. dicebat, quòd ille cui competit ius retractus ratione bonorum, quæ possidet, non potest transferre illud ius retractus in alterum, sine translatione bonorum, quia est ius, quòd adhæret rei, & bonis, & sic Comes tempore Decreti non possidens bona, non potest admitti ad beneficium ratione bonorum quæ non possidet.

Pariter non video qua ratione possit Lauinia vti Decreto ex persona Comitis, qui illud non petit, & bona applicata sunt fisco statim deserta habitatione, & ius tertij non habet locum; nisi tertio volente: Nec

obstat

obstat, quòd per clausulas generales videatur hoc ius translatum: nam primo si nullum ius competit Comiti superflua est hæc indagatio.

Pari modo hoc ius vti personale nō videtur potuisse cedi, quòd facili exemplo comprobatur, quia beneficium Decreti datur personæ, & non egreditur eius personam, & ideo bannitus si sit in casu Decreti non potest ius suum alteri bannito cedere, ratio est, quia beneficium datur personæ banniti cum qualitatibus annexis, & bannitus non potest cedere ius suum Indulgentiæ sibi competentis ex Decreto alteri bannito, quia beneficium personale non egreditur personam eius, cui conceditur, & sic frustra concedimus an Lauinia possit vti iure ex Comitis persona.

Eodem modo quando contractum est cum Comite per Lauiniam, clausulæ generales in contractu positæ non referuntur ad futura incerta, & quæ pendebāt à futuro incerto euentu, & à sola voluntate Principis, & non sunt in consideratione, quia facilè contingere possent; Nam ista Decreta Gratiosa pendent à lubrico fortunæ, vel propter aliquos nouos successus felices, vel nouam sobolis susceptionem, vel ob maritagium Principis, vel Augumentum Regnorum, vel ob felicem Principis ingressum ad Auspicia Principatus, quibus casibus Principes quasi Deo Immortali gratas vices rependentes, subditis suis se gratos per noua Indulgentiæ diplomata ostendunt, & ideo clausulæ generales non possunt referri ad futura incogitata, & quæ aliquo pacto præuideri non poterant, quia Princeps non poterat ad hæc inuitus compelli, imò cum Comes iam bona, quantum in se erat alienasset non erat locus Decreto, quia tempore Decreti non possidebat bona, & ratione bonorum non poterat dicere se esse in casu Decreti.

Rursus non videtur quòd Lauinia possit propter clausulas generales vti beneficio istius Decreti, sed opus fuisset speciali cessione, cum debitis solemnitatibus requisitis ex forma statutorum nostrorum.

Ad secundum dicitur deserta habitatione bona ip-

so iure applicari fisco, cum autem Comes nequaquam redierit ad habitandum, & ante publicationem Decreti, cum effluxisset decennium, & vltrà satis desertam fuisse habitationem.

Ad tertium satis supra responsum est, quòd Decretum gratiosum factum est fauore subditorum qui propriè dicuntur subditi ratione domicilij habitationis, & ideò cum Comes non solùm absens factus sit à dominio vsque de anno 1585. sed etiam in hanc vsque diem perseuerauerit in absentia, quo ad eum non est locus beneficio Decreti.

Ad quartum cum Senatus declarauerit forensem bannitum, qui prius contraxerat domicilium in statu Mediolani posse compræhendi in Decreto gratioso, satis ostenditur, quòd Senatus sensit eum factũ fuisse subditum post incolatum, quæ ratio destruit fundamentum Lauiniæ.

Ad quintum fiscus fundatam habet intentionem ex lege Ciuilitatis per quam forensis deserta habitatione amittit bona, quia videtur cum Principe ab initio receptæ Ciuilitatis conuenisse, & sic videtur cecidisse ex lege quasi contractus, & militant omnes rationes supra allegatæ quòd Comes non erat subditus tẽpore Decreti, & sic non est in Decreto compræhensus siue amiserit bona ex delicto, vel quasi, vel ex contractu, vel quasi semper remanet à beneficio Decreti.

Et ideò verè dictum est, quòd poterat res terminari etiam quòd Excellentissimus Senatus non consultaretur, quia hęc res non habet probabilem dubitationem quo casu Domini de Rota decis. 94. par. 2. volunt inferiorem iudicem posse declarare super Priuilegij interpretatione. Verùm postquam placitum est consulere Senatum Excellentissimum credit fiscus rescribendum esse per Senatũ Magistratui ad fauorem fisci in omnibus, cum fundamenta Lauiniæ sint sine sapore iuris, Prout etiam est illud, quòd Agentes Lauiniæ volunt probare Comitem ante obtentam ciuilitatem in Dominio habitasse, quòd est contra text. expressum in l. cum à nobis v. communiter. DD. C. de lat.

Quòd

Quòd scilicet quādo Princeps per inferiorem consulitur per eundem Principem nō datur dilatio ad probandum, Nec admittuntur testes, vel Instrumenta coram Principe, sed debet respondere secundùm acta transmissa, idem tenet Glosa in l. prima §. Quæsitum in verbo aduersus rescriptum per hæc verba videlicet. Quando Princeps consulitur de iure, non de facto, & subditi glosa, quòd isto casu Princeps non dat dilationem d. l. cum à nobis, concord. adducit Alexander ibi in apostill. Ex his &c.

Sic respondebat fiscus qui poterat breuius se expedire nec incidere in vitium batologiæ &c.

His scriptis quæ inciderunt in manus meas præter expectationem, hæc quoque fragmenta quæ non indigna putaui, quæ his annectantur, non inutilia hæc erunt posteris, pro quibus laborare expedit, quæ sic incipiunt.

Nec mouere debet iacta dubitatio vt scilicet iuuare posset Dominum Bartholomæum alienantem, sed trahi nequeat ad Dominam Liuiam eius filiam, & hæredem, cum nihil vnde pęna infligi possit ipsa commiserit.

Quia respondetur Dominam Lauiniam fuisse delatam, quòd possideret bona ad fiscum spectantia, & vt supponit delator eo reali vitio affecta, quia Constitutio in §. Collegijs de pęnis, velit rem venditam, vel eius pretium peruenire in fiscum; & propterea cum Decretum verisimili sermone omnes subditos qui delati sunt comprehendat, & Domina Lauinia delata sit tanquam rea, non quia ipsa principalis reatum commiserit, sed quia iniustè, & quasi non sine culpa possideat bona, ad quam præsupponat esse obligatam versus fiscum vt distinguit glosa in l. prima ff. Duo, Reis, Dicemus omnino cum verba Decreti non deficiant, debere nec ipsam dispositionem deficere l. 4. §. toties ff. dann. infect.

Secundò cum hæc generalis abolitio ob publicam gratulationem, & propter tot Regnorum possessionē & fœlicissimum coniugium adeò prosperè gestum facta,

ita, gratiatum sit tanti Regis beneficium l. Abolit & l. seqq. ad sen. conf. Turpis. l. 2. C. gener. abolit. Azo in eius sũma tit. & specul. tit. De Abolit. in princ. & luc. de Pen. super tit. C. pub. læt. lib. 12. Clar. §. fin. q. 59. Vers. Successiuè est equidem latissimè interpretandum, quia Principis liberalitas freno non subest, nec debet coerceri l. fin. C. Propos. agen. in rebus lib. 12. vbi inquit Imperator absurdum fore, velle beneficia Principum recludere adstrictam interpretationem l. fin. V. Ius. nu. 35. ff. Constit. Principum c. Olim §. omnes. Car. de verb. signific. & hoc maxime dicendum est quando est concessum, vt hic, motu proprio, & agatur potissimum de Principis concedentis præiudicio vt explicat Iason. dicto loco nu. 19, & 32, & alij videndi quos ego retuli in conf. 116. num. 6. & 7. in fine lib. 2, & de remittendis pœnis quæ sunt odiosæ, & quæ omnes sunt in manu Principis, & quas pro libitu voluntatis potest remittere, & indulgere vt dicit Boss. de remed. ex sola clem. Princip. nu. 23. & 31, & communem dicit Clar. q. 59. in princ. Et ideò receptum est vt Princeps beneficium etiam personæ concessum quidquid sit in priuilegio ad hæredem trãseat Boss. de Princip. num. 142. Menoch. de præsump. lib. 3. præs. 103. nu. 20. §. Vide.

Tertiò hoc Decretum gratiosum est Reale, vel saltem in rem scriptam censendum, & Mediolanẽsi Dominio concessum, & sic Ciuitati, & loco, & propter eius præclara merita, grataque obsequia erga suam Cath. Reg. Maiestatem Socin. Iun. conf. 84. num. 14. lib. 3. Menoch. De præs. nu. 13, & 24. Item cum respiciat pęnas, & confiscationes bonorum, & absolutionẽ subditorum ab earum nexu, & obligatione non facta distinctione an sint principales vel hæredes, Vnde hinc perspicere colligitur non tantùm factum fuisse contemplatione pœnæ corporalis, quæ tangit delinquẽtem, quàm Realis, quæ afficit rem, ad quoscumque illa res perueniat vt præclarè explicat Dec. viden. conf. 262, nu. 4. & in l. in omnibus causis num. 14. ff. reg. Iur. Menoch. de præs. num. 26, & 27 scilicet cum

man-

mandauerit Sua Maiestas vt singuli processus, scripturæ, condemnationes, & acta, & quælibet alia in prædictis caufis facta deleantur, & in futurum super eis nullo modo procedatur, quòd equidem demonstrat concessionem esse factam communi, & act.contemplatione Rei Menoch. Vers. supra nu. 41.

Quarto, Omnis dubitatio exorbetur ex communi, & recepta conclusione vtsupra, quòd beneficiũ Principis quale hoc est, semper in dubio præsumitur reale, & non personale, vt per Bart. in l. potest num. 4. ff. ser. leg. communem dicit Bell. conf. 20. nu. 8. & per consequens ad hæredes omnino transire debet, Menoch. dicta præs. nu. 45. 46.

Quintò. Et hoc eò magis concedendum in casu nostro cum agatur non tantùm de hærede, sed filia, quæ caro, & ossa matris, & mater in ea adhuc uiuere videntur. l. cum scimus. C. Agricolis, & conf. lib. 11. Castr. optimè in casu 164. nu. 3. par. 2. Ruin. conf. 115. nu. 16. lib. 3.

Meritò ad eum transire debet liberalis, & gratiosa hæc Principis munificentia. Dec. omnino viden. in dicto conf. 262. ante nu. 5. vers. 6. & nu. 6.

Laus Deo.

Pro Domina Lauinia Vicecomite Vistarina contra notificantem.

QVamuis Decretum gratiosum fauore dumtaxat subditorum sit concessum, non tamen excluditur Comes Trinitatis, quo minus gaudere possit beneficio dicti indulti pro contrauentione sibi impicta; Etenim supposito citra veri præiudicium quòd Comes Trinitatis solùm de anno 1579. se contulerit habitatum in hoc Dominio, & quòd de anno 1585. recesserit prout prætenditur ex parte notificantis, adhuc habet Comes fundatam intentionem, ita ut pro verè subdito ad hunc effectum haberi debeat, si quidem propriè quis dicitur subditus ratione domicilij, quod in aliquo

aliquo loco. retinet vt est Glos. in clem. prima in verbo subditos de foro compet. Dec. in cons. 661. nu. 6. Socin. sen. cons. 79. nu. 13. lib. 4. Alciat. cons. 10. nu. 5. lib. 11. Natta cons. 4. nu. 1. lib. 2. Tiraq. de retrac. consang. §. 9. glos. 2. nu. 22. cum alijs cumul. per Honded. cons. 6. num. 17. lib. 2.

Et quòd propriè is dicatur subditus, qui sortitur forum in loco, vel qui ad onera subeunda potest compelli eo quòd habitet, trad. Laderch. Imol. cons. 74. nu. 6. Hæc autem concurrebant in Comite Trinitatis tempore, quo recessit, quia hic ipse habebat domicilium, quod patet ex quo habitabat, familiam constituerat vxorem duxerat, quæ omnia indicant eum habuisse animum domicilium hic constituendi, vt expressè dicit Alciat. in cons. 111. nu. 2. lib. 2. & quando quis pro maiori parte habitat in aliquo loco, quod ibi domiciliũ habitationis omnino, & semper spectatur vt trad. Ceph. cons. 414. num. 56. & de eo qui ibi vxorem duxerat trad. Alciat. in cons. 719. num. 5. quem sequitur D. Menoch. de arbitr. casu 86. num. 28.

Accedit alia consideratio nempe quòd ipse erat de alieno Territorio, vnde cum è loco originis suæ recesserit, habitationem in diuerso domicilio, ac sub diuerso Principe constituerit, huc familiam suam transferẽdo duxerit, hinc etiam resultat domicilium contrahere voluisse, prout trad. Ceuh. in cons. 246. nu. 24. Honded. in cons. 5. num. 26. & 27. lib. primo.

Coadiuuatur hæc præsumptio ex priuilegio Ciuilitatis obtentæ, quia qui priuilegium impetrat, quo ius ciuitatis petit, in ea Vrbe præsumitur constituere domicilium vt trad. Dec. in cons. 283. num. 11. vbi loquitur de eo, qui priuilegium ciuilitatis impetrauerat ea in Ciuitate accesserat ad habitandum, & postea matrimonium ibi contraxerat, inferendo ex prædictis sic iunctis talem ibidem habuisse domicilium, ex quo prædicta non videntur fieri posse citra ius, & nomen domicilium constituendi. Decium sequitur Ceph. in allegato cons. 414. num. 58. circa medium, & Mascard. de probat. conclus. 535. num. 4. Prædictis addo ego vnum

fun-

fundamentum, quod iuditio meo remouet omnem difficultatem.

.Quòd retenta conclusione, quòd domicilium solo animo contrahatur l. domicilium ff. ad municip. l. ciues. C. de Incol. lib. 4. quos sequitur Decian. consf. 97. nu. 7. lib. 2. nec non Dominus Menoch. in dicto casu 86. nu. 23. vtique de isto animo contrahendi domicilium satis clarè liquet ex eo, quòd ipse impetrauit Priuilegium ciuilitatis habens annexum onus habitandi adiecta pœna, vbi habitate desijsset, quare cum illud acceptauerit, & pro eius exequutione hic suam habitationem formauerit, vxorem duxerit, & plura bona immobilia in dotem receperit, sequitur, quòd huic oneri se astrinxit, & licèt non verbis facto tamen, & re ipsa hic domicilium constituere voluisse declarauit.

.Nec obstat, quòd per decennium non habitauerit quia, quando ex verisimilibus coniecturis constat de animo contrahendi domicilium lapsus decennij non requiritur ex necessitate sicuti trad. Decian. dicto cõs. nu. 8. vol. 2. Alba in cons. 370. num. 6. Rota in decis. Lituan. 3. vbi dicit quòd cuius qualis, qualis voluntas domicilij constituendi illo, aut illo facto apparet, tempus decennio angustius esse potest, nam temporis diuturnitas ad voluntatis coniecturam, non ad domicilij constituendi necessitatem pertinet, sicuti dictus idẽ trad. dicta decis. 3. ante num. 13. eo in puncto, quod de mente Nou. Constit. non sit necessarius lapsus decennij ad effectum vt quis dicatur subditus probatur, quia in §. Collegijs prohibetur personam, non subditam immobilia acquirere, & tamen forensis, qui ciuilitatis priuilegium impetrauit potest impunè acquirere bona immobilia modò veniat habitatum, itaut iuncto priuilegio ciuilitatis, cum initio habitationis terminus subiectionis à Nou. Constit. requisitus sit, in eo satis superque verificatus absque eo quod longior habitatio intercesserit.

Nec opponatur de desertione habitationis, quia hoc non facit quo minus Comes esset subditus tẽpore con-

contrauentionis, quæ sufficit attenta declaratione Excellentissimi Senatus effectus, quòd etiam forenses possent gaudere beneficio decreti, & in eo compræhẽderentur, dummodo tempore delicti domicilium cõtraxissent, vnde cum Comes tempore, quo recessit, & sic, quo contrauenit domicilium contraxisset, & consequenter esset subditus, non est quærendum, quid postea euenerit quo ad effectum gaudendi beneficio ipsius Decreti. In omnem casum animaduertatur, quòd si opus esset probaretur, hæc habitatio decennalis sicuti capitulatum fuit coram Illustri Magistratu.

Item, quòd si Comes recessit, ex causa recessit prout apparet ex fide Serenissimi Ducis, & quòd si non est reuersus, id euenit quia relaxauit bona, & sic cessat causa obligationis habitandi.

Declarauit Senatus ab ipsius indulti seu Decreti gratiosi beneficio exclusos censeri, & esse exteros omnes nisi tempore commissi delicti Domicilium ab eis iam fuisset contractum.

Laborat Lauinia, vt doceat Comitem Trinitatis antequam recederet à Dominio iam contraxisse domicilium Mediolani ex pluribus per eam adductis.

Vltra responsiones alias datas, & præsertim, quòd non agatur de delicto, seu crimine, de quo intelligit Decretum, sed de translatione bonorum in fiscum per viam conditionis appositæ in concessione ciuilitatis ad instar aliarum conditionum, quæ apponuntur in donationibus ad fauorem tertij, certo casu adueniente iux. l. Quoties & l. si verum. C. de donat. quæ sub modo. Peregr. de fideicom. art. 52. num. 2, et seq. & quòd Comes Trinitatis non se fateretur subditum, neuè se in hoc dominium transferret, noluit vnquam vti d. Decreto, & non facta per eum acceptatione non potest aliquis prætensus eius procurator generalis ex eius persona illud acceptare, & quòd stante alienatione facta post notificationem cum beneficio litterarum dispensantium cum clausula sine præiuditio litis pendentis debeat ius dici, prout dici debuisset si alienatio facta non fuisset. Respondetur etiam declarationem

Senatus loqui de delicto commisso durante domicilio contracto in dominio, & de tali delicto, quòd in aliquo non contrariatur ipsi Domicilio nisi, quòd talis delinquens metu pœnæ sibi ipsi consulere cogitur per fugam, & dum abest ex causa tam necessaria præsumitur animo reuertendi abesse, iuxtà tradita per Menoch. de arbitr. cas. 86. nume. 26, & 26. vers. sextus, & Mascard. de probat. concl. 534. nu. 13, & magis in terminis in eo, qui metu compulsus aliò se contulit num. 26. 27. 28, & 29. Hic verò agitur de actu recessus à dominio, qui cum fit, non statim inducit priuationem illam bonorum acquisitorum inflictam in concessione ciuilitatis sub illa conditione, si desierit habitare, sed tunc demum cum translata familia, & lare, & cessante omni causa necessaria recessus, declarauit ipso facto animum non amplius habitandi, in Dominio, & quodammodo renunciauit domicilio prius constituto in dominio, itaut ipsa desertio prioris domicilij sit causa propria priuationis, nec aliter incurratur priuatio, quàm præsupposita desertione domicilij precedentis, per quam desertionem sicut amitterentur commoda etiam domicilij originis, vt per Rol. cons. 79. sub num. 53. lib. 3, & Surd. cons. 313. num. 60. Vers. Respondeo etiam, & Vers. 3. Respondeo, & sub nu. 65. ita multo magis amittuntur commoda domicilij accidentalis, quod pro libito potest mutari l. nihil admnnio, & renunciari l. incola nu. 2, & 11. licèt non ita renunciari possit origini l. pen. C. de municip. & origin. l. 10, & de vtroque Menoch. lib. 6. præs. 42. nu. 4, & 11. Qui ergo domicilium dominij voluntariè deseruit, & ob eam desertionem pœnam incurrit, & in ea desertione reperitur perseuerasse etiam tempore decreti, non est quod nunc legem domicilij pro se adducat in quam peccauit; Nec obstat, quod quis possit desinere habitare, & tamen non deserere domicilium, quia hæc desertio habitationis, fuit etiam cum desertione domicilij per translationem laris; & totius familiæ, ac fortunarum, nouamque constitutionem domicilij in solo Patrio cum continuata perseuerantia &c.

Sup-

Supplicatio fisci Regij contra Comitem Trinitatis & Iugales Vistarinos.

POtentissime Rex. In præsenti consultatione Illustrissimi Magistratus extraordinarij an scilicet Comes Trinitatis, cui A de anno 1579. 11. Februarij concessum fuit per Senatum Excellentissimum priuilegium ciuilitatis modò saltem intra annum cum familia sua veniret habitatum in ciuitate Mediolani, adiecta declaratione. B. quòd si non habitauerit, aut habitare desierit, omnia bona per eum acquisita ipso facto fisco applicarentur, possit frui beneficio Decreti gratiosi anni 1600. adhoc ne bona vigore dictæ ciuilitatis fisco adiudicentur licèt. C. habitauerit tantùm à dicto anno 1579. vsque ad annum 1585. quo recessit, & habitare desijt, & nunquam amplius redijt, non dubitat fiscus quin Senatus Excellentissimus diligenter, & acuratè prout solet, inspectis, & consideratis verbis ipsius Decreti declarationibus eiusdem, Nouis Constitutionibus, Ordinibus Senatus precibus iugalium de Vistarinis, eorumdemque, ac dicti Comitis positionibus, & capitulis, ac probationibus ad fauorem ipsius fisci respondeat, & reiecta hac iugalium prætensione, Magistratui mandet, vt ad vlteriora procedat, & ad expeditionem deueniat; nam super facto nulla vrget controuersia, si quidem ex ipso priuilegio ciuilitatis constat comitem illud petijsse, & obtinuisse nam de dicto anno 1579. D. tunc tantùm venisse habitatum in hac ciuitate, & Matrimonium contraxisse E. cum Bartholomæa ab Ecclesia, postea eadem bona acquisiuisse, & anno 1585. F. desijsse habitare, & nunquam redijsse, & consequenter, & bona ad fiscum ipso facto deuoluta fuisse. G. iure autem ipsum comitem, & tanto minus Lauiniam Vicecomitem dicto Decreto iuuari nõ posse duabus potissimum rationibus, prę ter aliàs, comprobatur super quibus in effectu Magigratus consulit Senatum Excellentissimum.

Prima ea est, quia Decretum gratiosum habet locū tantùm pro abolitione delictorum confiscationem, & pœnarum ab eis prouenientium, non autem in contractibus, & pœnis cōuentionalibus, etiam quòd fisco applicentur, nec in casibus in quibus, quis priuatur iure suo ex causa formæ non seruatæ, modi non adimpleti, & pacti in contractibus, seu quasi non seruati.

Secunda est quia Decretum prædictum non deseruit non subditis huic Dominio Mediolani.

Prima probatur clarissimis verbis ipsiusmet Decreti A. Ibi hoc igitur Decreto Generali, decernimus, & mandamus omnes, & singulos subditos Dominij Mediolani, qui de quibuscunque delictis, & criminibus etiam capitalibus, & quæ sequuntur &c. à quacumque pœna non modo corporali, sed etiam à mulcta, & condemnatione pecuniaria, vel bonorum confiscatione ipso iure, & facto absolui, & liberari debere, prout eos absoluimus, & liberamus &c. & ibi volentes etiā, & ita expressè mandantes quibuscumque officialibus, & iusdicentibus, vt pro quibuscumque criminibus, & delictis etiam adhuc non delatis &c.

Hoc idem Senatus Excellentissimus I. declarauit nec non etiam ei inherendo Curia Egr. Domini Capitanei Iustitiæ Mediolani, & Prætoris, & etiam in vim legis sanciuit, sæpe, & sæpius generaliter, & in specie in fideiussionibus præstitis de consignando aliquem causa alicuius delicti non obstante, quòd pœna fisco applicanda esset, & inter multa exempla placet sequēs afferre pro omnibus deseruiens. Dilecte noster audienda non est petitio nobis facta per Antonium Ioānem Spongatum, & Ioannem Rubeum eius fideiussorem vt illos liberetis virtute Decreti gratiosi à mulcta scutorum octocētum contra illos sequuta, eo quia Spongatus se non consignauit in fortijs Præcessoris vestri iuxtà per illum, & fideiussorem promissa. Decretum enim deseruit tantùm pro pœnis delictorum, & hoc casu agitur de condemnatione procedente ex contractu, & stipulatione promissionis, & fideiussionis de eum consignando; Propterea vos illorum petitionem requi-

requisitis, & hanc nostram declarationem in actis vestris registrari faciatis Mediolani die 2. Ianuarij 1602. signat &c. Alexander Besutius. A tergo Sap. I. C. Prætori Castellatij nostro dilecto.

Quæ quidem declaratio desumpta est, & comprobatur K. lege nostra municipali huius Dominij Mediolani in cap. Absolutiones in Nouis Constitutionibus tit. de iure, & priuil. fisci, Absolutiones, liberationes, & absolutiones per Principem tam factæ, quàm faciẽdæ de quibusuis rebus, creditis, vel bonis, ad fiscum spectantibus non compræhendunt credita, quæ fiscus haberet cum aliquibus Thesaurarijs, Daciarijs, Gabellarijs salis, nec quæ contra alias personas siuè singulares, vel Vniuersitates haberet occasione bonorum, & rerum ad fiscum spectãntium sed tantùm compræhendat debita ex causa mulctarum, vel condemnationum pecuniarium occasione, & pro delicto factarum, & hoc nisi de huiusmodi re, vel credito in eis fiat specialis, & expressa mentio, cum huius sanctionis particulari derogatione.

Vnde apparet clara dispositio, quòd condemnationes pecuniariæ, quæ non fiunt occasione, & pro delicto, non comprehenduntur in Decreto etiam quòd applicentur fisco.

Hinc quoque euitatur ritus ille vtriusque Siciliæ. l. ex aduerso allegatus, & valdè commendatus, quòd abolitio criminum in illis Regnis non tantùm complectitur pœnas delictorum, & ex contumatia descendentes, verùm etiam ex causis ciuilibus, & ministris vbi interueniat concordia partium, & etiam ex fideiussoribus de aliquem præsentando, nam Regnicolæ illi in eorum Constitutionibus, non habent legem, quã habet hoc Dominium Mediolani in dicto Capitulo Absolutionis, & ideò non est curandum de illo ritu, qui seruandus est in illis Regnis tantùm, non autem extendendus ad statum Mediolani in quo habemus legem particularem secundum quam fuit declaratum dictum Decretum non habere locum in dictis fideiussionibus, nec alijs obligationibus, & pœnis conuentionalibus.



Quòd autem in præſenti caſu nō agatur de delicto. M. patet quia nulla lege cauetur, quòd deſerere habitationem, ſeu domicilium ſit delictum, & vbi non eſt delictum, non cadit conſideratio, alicuius pœnæ, nec datur abolitio pœnæ, & ita quia habitationem deſerere non eſt delictum fiſcus contendit omnia bona per Comitem acquiſita vigore dictæ ciuilitatis fiſco adiudicari debere ob formam in ciuilitate præſcriptā nōn ſeruatam. N. vel modum adimpletum, quòd ſcilicet vbi habitare deſijſſet, bona per eum acquiſita fiſco applicarentur.

Quòd verò ſimus in contractu nemo negare poteſt, quia conceſſio ciuilitatis eſt contractus. O. quia celebratur inter Principem, & illum, cui conceditur, Do, vt facias, ſeu facio, vt facias, ideſt concedo tibi ciuilitatem, vt habitatum venias, & quando quis in huiuſmodi ciuilitatibus è latere ſuo adimpleuit ſtatim orta eſt obligatio etiam ad pœnam, quatenus de pœna agi dicatur contra non adimplentem etiam ſi non ſit ſtipulatione vallata. P. Ideoque cum ſimus in contractu, Decretum, præſentem caſum non complectitur ſtantibus verbis ipſius Decreti, & declarationibus Senatus, & vbi dicatur agi de pœna conuentionali. Q. ex contractu, non ex delicto, & cauſa eſt ciuilis, & nō criminalis, & propterea non comprehenditur in Decreto, prout ſupra dictum fuit de fideiuſſoribus de aliquem præſentando, & alijs caſibus ex contractu.

Nec obſtat, quod dicitur caſum hunc pendere à diſpoſitione Cap. Colleg. in Nou. Conſt. De pœnis. R. Quadrupliciter enim demonſtratur caſum hunc differre à dicto Capitulo Collegijs. Primo. Quia in dicto Cap. ſtatim atque alienatio facta eſt in non ſubditum incurritur pęna de qua ibi. In conceſſione verò ciuilitatis cum facultate acquirendi non ſtatim committitur, ſed poſtquam ciuis factus habitatum non venit, vel habitare deſijt. Secundo ex Capitulo Collegijs emptor rem emptam amittit, & venditorum pretiū. At in caſu Ciuilitatis amittuntur tantùm bona per ciuem acquiſita, cum alienans lege ciuilitatis permittēte alie-

te alienauerit. Tertio ex Capitulo Collegijs amittuntur bona,& præsertim vtsupra delinquendo, & contraueniendo illi legi, prohibenti bona in non subditũ alienari. In ciuilitate autem bona amittuntur non delinquendo,nec legi contraueniendo,sed in non obseruando contractum ex parte Principis adimpletum.

Quartò in Capitulo Collegijs ex parte Fisci nihil fit;sed tantùm est lex quæ resistit in ciuilitate autem vtrinque aliquid fit, ex parte Principis conceditur ciuilitas,addita forma,seu modo imposito de quibus supra,quibus non seruatis, bona fisco applicantur. Ex parte verò illius,cui concessa est ciuilitas fit, quia habitatum venit,& bona acquisiuit, adeò quod exinde habitationem non poterat deserere. Quapropter iure dicitur ciuilitatem concessam,cum immunitate reuocari posse, antequam ciuis habitatum venerit, secus postquàm venerit, quia tunc transiuit in contractum vtsupra. Ex quibus considerationibus patet non agi de dispositione de Cap. Collegijs,sed de ordine Senatus anni 1557. 29. Maij,& non agi de aliqua pœna ex delicto,sed de contractu conuentionali, & ideò aduersantes non posse vti beneficio dicti Decreti gratiosi,& attenta hac prima ratione ita respondendum esse per Senatum Excellẽtissimum Illustri Magistratui.

Secunda. Ratio est, quia Decreti beneficium compe tit tantùm subditis huius Dominij, & clara sunt eius verba ibi. Omnes,& singulos subditos Dominij nostri Mediolani & circa in declaratione Senatus Excellentissimus in primo capite declarat; omnes exteros censeri, nisi tempore commissi delicti, domicilium ab eis iam fuisset contractum, & qui sint hi qui domicilium contraxisse dicuntur, colligi potest ex verbis eiusdem priuilegij ciuilitatis, dum non vult illud deseruire ad excludendam dispositionem statuti, nulla mulier nubat nisi prius personaliter continuè per decennium habitauerit, & firmam habitationem habuerit per decennium; eius enim temporis cursu habitando domicilium contraxisse dicitur vnde recedũt ea omnia quæ adducuntur. S. ad demonstrandum, vel breuiori

tempore domicilium acquiratur, quia quo ad hunc effectú vt subditus dicatur, & frui possit omnibus priuilegijs aliorum ciuium requiritur, quòd per decenniũ domicilium acquiratur, vltra quòd dicta Senatus declaratio procedit in delinquentibus qui ob delictum cõguntur à Dominio recedere, nec cum eis est conuentum, vt habitent; & quòd habitationem non deserãt, at Comes non deliquit, & sic coactè non recessit, sed spontè, & contra formam, & modum ei tradita in concessione ciuilitatis.

Non obstat quoque aduersantium subtilitas afferẽtium, quòd quilibet potest habere plura domicilia, & dictus Comes retinuerit domicilium Mediolani animo, & intentione redeundi. Et omni in casu licet ciuilitas concessa fuerit de anno 1585. Nihilominus intendunt probare ante concessionem ciuilitatis per plures annos Comitẽ in Dominio Mediolani habitasse, nam hæc repugnant verbis ipsius ciuilitatis, ex quibus requiritur habitatio effectualis, non autem mentalis, & intellectualis ibi, nos itaque pro comperto habentes, Ciuitates eò clariores reddi, quò numerus ciuium egregiorum adaugetur &c. præter quàm, quòd ideo forensibus ciuilitates conceduntur, vt cum effectu habitatum veniant, cum Ciuitas T. sit numerositas populi, item quia ciuilitas ipsa initium habuit à die concessionis ibi, ab hodie in antea, & si daretur facultas probandi. V. habitationem plurium annorum, daretur materia delinquendi, cum hæc sint contraria capitulis, probationibus, positionibus.

Decretum gratiosum non suffragatur in themate nostro ex eo, quòd vbi non est delictum, non datur pęna l. Qui occidit. ff. ad l. falci d. & vbi non est pęna non datur abolitio, tamquam ex delicto, quia licèt annullatio actus, sit pęna l. nemo martyres C. de Sacros Eccles. & per doct. in l. non dubium C. de legibus. Non tamen est pœna quando ex defectu formæ non obseruatæ, vel modi non impleti quis aliquo iure priuatur Alex. ad l. nemo potest nu. 5. ff. de leg. 1, & latè apud Boer. decis. 1. nu. 17. vers. 2. dicendum vnde cum

hæc

hæc pœna descendat ex contractu inito cum Senatu Excellentissimo tẽpore quo Comes in ciuem receptus est, scilicet sub conditione morandi, & de validitate huius vinculi, seu oneris sui, non sit disputandum aut dubitandum iux. nou. constit. tit. de pęnis §. Collegijs de quo latè apud Rimin. iun. cons. 221. num. 9, & seq. vol. 2. Beret. cons. 143. Plot. in suo indice ad l. si quando locupletissimo, & cons. 19. sequitur vt non sit hic casus descendens ex contractu compræhẽsus prout sæpe declarauit Senatus, & ferè omnes Curiæ huius ciuitatis.

Non conueniunt igitur verba Decreti de pœna loquentis, cum carentia huius beneficij non veniat sub nomine pęnæ quæ sequitur ex conditione, vel modo non seruato art. l. 4. §. toties ff. de damn. infect. sed huic priuilegio conuenit contractus nomen, cum sit irreuocabile iuxtà, ac contractus Innoc. & Abb. ad C. nouit de iudic. & ibi felin. nu. 9, & idem ad capitulum primum de probat. Natta cons. 431. nu. 18. Vbi quòd Princeps etiam supremus non potest reuocare priuilegium concessum non subdito, & magis apposite trad. Barbat. dicto ca. nouit, quòd priuilegium concessum non subdito efficitur cõtractus Felin. c. 1. n. 2. de prob. vbi allegando Rom. Abb. & alios firmat hanc conclusionem, quòd Princeps reuocare non potest concessionem factam non subdito, quia sustinetur vti contractus conuentionis, satis ergo videtur demonstratum impertinenter excitatum fuisse hunc punctum Decreti gratiosi.

Quod attinet ad cętera, cum momento temporis habitauerit dictus Comes, & magis ciuilitate abusus, quam vsus dicatur, mirandum est, quòd tot intricẽtur difficultates, cum ex tot annis, quibus deserta remansit habitatio, dicatur verè deseruisse, nec animum habuisse morandi, argumento eorum, quæ notantur ad §. Pauonum instit. de rerum diuis. & licèt mutatio domicilij non præsumatur cum sit accidens, attamen pugnantibus contrarijs cõiecturis receditur à dicta pręsumptione Bart. ad l. Assumptio §. vult. ff. ad muni-

cip. iun-

tip. iunctis cumulat. per Præsidem Menoch. de præ-sump. lib. 6. præs. 42. quod si ciuis originarius eo ipso quòd mutat domicilium perdit priuilegia ciuitatis, & desinit esse ciuis. Bald. ad l. 2. c. de infant. exposit, & latè per And. Gayll. lib. 2. obseruat. 36. n. 9. Natt. cons. 139. nu. 14. Quanto fortius id dicendum est in eo qui ex priuilegio ciuis factus, & sic accidentaliter non autem naturaliter. Auth. multò magis C. de Sacros. Eccles.

Ex his concludo nullam dari excusationem quin ex non implemento habitationis resolutus sit effectus ciuilitatis, cum commodis acquisitionis bonorum sub ea conditione sequutis. Laus Deo.

Franciscus Bernardinus Porrus I. C.

§. Delictum.

COeterum in hac quæstione quam supra attigimus, & quam summatim auctor hic tangit plures difficultates se offerunt, quę quia accuratè per dictũ Farin. per 20. quæstiones ventilantur nõ video esse opus alia superaddere, ommissis ergo multis quæ licèt elicere ex Iac. Menoch. de arbitr. Iud. casu 265. Franc. Viuio com. opin. 172. nu. 3. Mascardo de prob. concl. 463. Bertaz. cons. 399. vnum erit præcipuè obseruandum, quod, vbi actio non oritur parti, nõ oritur etiã Reipublicæ ad publicam vindictam, & cessat ius inquirendi, nec aliquod iuditium consistit, quòd procedatur in delictis commissis contra priuatos. Marsil. & cęteri adducti à Baiard. ad clar. q. 1. num. 7. Vers. item adde quòd vtile est ad refrenandam, & compescendam iudicum auiditatem quærentium ex omni Arbore fasciculos colligere.

Delicta quæ sint publica, quæ sint priuata præter Clar. in alleg. q. 1. Luculentius per Tiber. Decian. lib. 5. cap. 3. & seq. & concludit publica dici, quia ius accusandi omnibus patet. Et hæc publica magis lædunt, & perturbant humanam societatem, & Republi-

bli-

blicam, cum principaliter in Rempublicam dirigātur.

Causa turbatæ possessionis an sit criminalis, an verò ciuilis Ioseph. Lud. Decis. 21. Mediolani ad tollenda scandala, & iniurias quæ fiunt à potentioribus humilioribus imposita est pœna mortis, & confiscationis bonorum per cridas Principis iis, qui aliena temerè occupant, inuadunt, & sibi ipsis propria auctoritate iusdicunt, & licèt loquantur in turbatione aquarum, tamen idem in alijs dicendum est, & ita hæ cridæ se declarant, & memini omissis cridis, contra quendam, qui nuper decessit, Iul. Cæsarem Serenium nobilem fuisse acerrimam sententiam à Senatu latam, querelante quodam de Prandonis, & parum ab fuit quin ad triremes transmitteretur, quia propria auctoritate ius sibi dixerat, ideò caueant homines ab iniusta vi, turbatiua, inquietatiua, & expulsiua, ne seueritati pœnæ sint obnoxij.

Sit in hac inspectione antè oculos tuos hæc certa regula delicta esse publici iudicij, quæ vel lege aliqua enumerantur inter publica, qualia recensentur in l. 1. ff. pub. iudic. vel ex Senatusconsulto iux. l. 3. in fine ff. præuaricatur. Vel cridis Principum, quæ etiā præmia accusatoribus, & delatoribus proponunt. Quando enim delicta non lædunt in specie, nec offendunt aliquem, tunc publicum datur iudicium. Do tibi exemplum in hæresi, in qua datur publica accusatio, ex eo quòd in religionem diuinam committitur, non quia aliquis certus homo iniuria afficiatur. fieri tamen aliquo modo potest, quòd quæ priuati iudicij sunt efficiātur publici per exempla allata à Deciano in allegatur cap. 3. vers. 3. ea omnia, quorum vnum facile, & breue tibi sufficiat. Intendit quis furari, famulum, vel puerum occidit furando, furtum, quòd erat priuati iudicij, & quòd per remissionem partis tollitur in hoc Dominio Mediolani per Constitutiones Cæsar. tit. de accusat. nisi sit tertium, redditur publicum propter homicidium sequutum, nam lege Cornel. de sicarijs agitur, ex Decian. tamen habes singulares quæstiones quas hic subnecto vt si casus contigerit ad eum recurras.

ras. Et 1. an statutum possit facere delicta publica quæ non sunt, & è contra,

Secundò an statutum,& cõsuetudo populares actiones constituere possint ex aliqua causa cognita ;vel nõ cognita iure ciuili .

Tertiò statutum, vel consuetudo volens de iure ciuili aliquod delictum haberi cognitum pro delicto,an semper sit priuatum.

Quartò nominis delicti mutatio facta à consuetudine, vel statuto non alterat naturam nisi exprimatur exemplum.ibi sub num. 11.

Quintò.Vbicumque lex noua,vel statutum, aut consuetudo transfert nomen delicti de iure prius cogniti, & nominati in aliud delictum pariter, & cognitum à iure,& nominatum puta furtum in vim publicam sortitur semper naturam delicti cuius nomen noua lege est adeptum,& ideo si prius connumerabatur priori nomini inter priuata delicta, & nomen nouum fuerit connumeratum inter delicta publici iudicij,non dicetur amplius priuatum,sed publici iudicij crimen, & inibi exemplis confirmatur.

Sextò.Vbi lex,vel statutum nouum non mutat nomen delicti,sed tantùm pœnam, vt puta pœnam pecuniariam,quæ est priuati delicti : mutat in capitalem, quæ vt plerumque est publici iudicij, non tamen fiet ideo publici iudicij crimen,& est ratio,quia pœna noua est subrogata in locum antiquæ,ideo antiquam naturam sapere debet,quia mutatio in non substantialibus,non dicitur quid nouum constituere, sed pœnæ qualitas in delictis quoad qualitatem publici,vel priuati iudicij,non facit delicta publica, aut iuditium priuatum:quia tam in publicis, quàm in priuatis iudicijs variæ pœnæ sunt constitutæ, & tam capitales, quàm non,ergò grauitas, vel leuitas pęnæ non facit etiam delictum priuati,vel publici iudicij,ergò pariter, nec eius mutatio,& sic augumentum,vel diminutio pœnę, non immutat naturam delicti.

Septimò.Vbi statutum, vel lex noua det licentiam cuilibet de populo accusandi pro aliquo delicto,quod alias

aliàs erat priuatum, non tamen ideo efficitur publici iudicij nisi expresè hoc caueatur; ita è contra si lex restringat facultatem. Hoc enim non est de essentia, & natura publici iudicij. Quòd quilibet possit accusare, vt videre est in accusatione. Adulterij, quæ ad certas personas restricta est, l. Quamuis la secunda. C. Adul. ter. non tamen esse publici iudicij Gram. decis. 31. Idē in accusatione de suspecto tutore, quæ cuilibet de populo competit, & tamen est priuati iudicij.

Octauò. Si per legem nouā, & statutum, vel edictum sit cautum, quòd quilibet possit accusare, & secreto tenebitur vt faciunt Principes in suis cridis, & lucrabitur præmium, non tamen censebitur delictum publici iudicij, nam hoc casu quis potius est inuitatus ad indicandum crimen, quàm ad accusandum ibidem nu. 15.

Quamuis in aliquo casu speciali Delictum aliquod quod priuatum est, fiat publici iudicij, non tamē ideo illud crimen efficietur publici iudicij, quia leges ad ea, quæ frequentius accidunt adaptantur, & ibi subnectuntur exempla sub nu. 16. & sic è contra.

Multa delicta præter ea, quæ enumerantur in l. prima. ff. pub. iudic. recensit Decian. dicto loco nume. 17. versiculo præter igitur, quæ ego scriberem libenter, sed quia per statuta, & consuetudinem Ciuitatum immutata sunt omnia circa publica, & priuata delicta, vt nullum videatur relictum discrimen, vt attestatur Iul. Clar. in c. primo vers. Hæc tamen omnia, ideo libenter ab hoc onere vti superfluo abstineo.

Capitulo primo, de mod o procedendi in criminalibus.

§. Adulterium.

Delicta publica scite author hic recenset, inter quæ Adulterium de iure cōmuni, at secus de iure municipali ex cap. 49. Verùm Clar. dissentit, & dicit esse priuatum in §. Adulterum, & reddit optimam rationem,

nem, quia si esset publicum accusatio non restringeretur ad certas personas iux. d. l. quamuis. Cæterum conciliat Flam. rub. sub tit. de adulter. ca. 11, & dicit publicum dici respectu publicæ iniuriæ. Priuatum, respectu accusationis, quæ certis tamen personis conceditur, iudex tamen Ecclesiasticus procedit indistinctè ex officio per Concilium Trident. sess. 24. de reforma. Matrim. c. 8. Romæ sub Pontifice Sixto Quintò constituta est pœna mortis, cuius Papalis Constitutionis meminit Baiard. ad clar. dicto §. Adulterium num. 56. vers. si qua mulier.

§. 1. Ad litteram excepta est hæc clausula ex statuto crimin. sub decimo ibi capite priuatur. Posset quæri de quo capite sentiat naturali, an ciuili, sed quia huius statuti pœna recessit ab aula, ideò ociosis, & curiosis relinquitur, & licèt per Constitutiones cæsar. tit. de pœnis §. mulier, Adulterium dicatur puniendum secundùm formam iuris municipalis, mihi mirandum videtur, quod illi compilatores huius statuti non meminerint, cum essent Mediolanenses I. C.

An pœna sit correlatiua ad masculum adulterâtem vxorem alterius, & an hoc casu fœmininum concipiat masculinum, cum dictum statutum si qua mulier, & Decretum Mediolani, mulier adulterium, ex eo, quod versamur in odiosis sit restringendum Nicol. Euer. in loco Arg. ff. correlatiuis ait non dari equiparationem vt patet ex hoc, quia vxor non accusat de iure ciuili maritum de hoc crimine l. 1. cap. eodem. flamin. cap. 14. num. 9.

Pœnas triginta septem enumerat flamin. dicto tract. cap. 16. vbi dicit, quòd in Vrbe Romæ est pena mortis vt supra, & iure merito quia adulter magis est quàm fur.

Dum hæc scribo allata ad me fuit inquisitio formata per prætorem Vilanterij contra Nicolaum de Mezana incolam dicti loci de adulterio commisso cum Catharina Testa vxore Petri de Magnanis, & à me quæritur in quam penam condemnandus sit, iussi ad me deferri statutum Papiense, vt deliberem, cuius fit

mentio

mentio per Menoch. casu 419. nu.67. de arbitr. iudic. vt sit locus pœnæ cõfiscationis bonorum, ad quam anhelat fiscus dominicalis. Nam Constitutio sub titu. de iure fisci §. omnium qui recenset casus, in quibus locus est confiscationi, non excludit alios casus in quibus de iure communi municipali, vel ex præsentibus Constitutionibus imponitur pœna confiscationis bonorum, statuto Mediolani in criminalibus quid disponatur habes supra. Constitutio autẽ loquitur tantùm de muliere. Expecto responsum à Senatu quem puto non discessurum à Claro dicto §. Adulterium. Vers. sed quæro quæ pœna. In vide Menoch. de Arbitr. iudic. dicto casu 419. Cuiac. lib. 20. obser. cap. 18. eundem lib. 11. obser. 117, & 78. in Regno Franciæ Papon. lib. 22. tit. 9. Aresto verbo, & Adulterium notorium potest ex officio puniri, & quandoque Adulter punitur pœna mortis vinc. Franc. decis. 240. par. 2. v. cumul. à tepata titu. 309. ad l. Iul. de adulter. & hoc anno 1614. Duo fuerunt ducti per ciuitatem cum mitra in capite, maritus consentiens, & socrus, & concubinarius ad remum destinatus, cum, & ipse vxoratus esset, & filios plures habebat, magnus fuit populi concursus. De his pœnis vide Farin. differentem in tract. de delictis carnis q. 141. nu. 67. cum seqq. fol. 73. Thom. Sanchez de Matrim. lib. 10. disput. 8. num. 31. vbi plura ad materiam.

Vidi arduam quæstionem in crimine adulterij vertente inter equitem Carolum Antonium Londoniũ, & Orisandam Vicecomitem eius vxorem de crimine prædicto postulatam, quæ nunc sopita remanet, & longus processus super ea constructus est, in qua cum I.C. Bernardino Sicco consului fauore Londonij super articulo amissionis dotis, quod cum alijs imprimetur nam frequentiores sunt causæ de dotis lucro, quàm de honore vindicando, quia ludibrio haberi solet maritus si vxorem deferat vti adulteram, vindictã honoris ergo appetens vt monet clar. §. Homicidium vers. sed quærò in fine, & ibi Baiard. nu. 56. & consultius esset maritis abstinère ab hac accusatione, quando

do ipsi præueniunt vxorem in fornicationibus, nec sibi arrogare deberent licentiam in eo delicto versandi, & castitatem ab vxoribus exigendi, quam ipsi præstare non possunt, quòd deplorat iuuenalis in satyra credo pudicitiam. Ca. intelleximus de Adulter. Surd. de alimen. tit. 7. q. 16. nu. 47, & seqq. nam paria delicta mutua compensatione tolluntur iuxtà illud nil Iudeus Iudeo, nil Catilina Cethego: quare meritò conqueruntur hæ miseræ proueis claud care leges, quæ in æquilibrio consistere debent, & nisi incertitudo sobolis augeret delictum in eis, dignæ essent aliqua miseratione, quò fit vt si vindicétur iniuriæ sibi illatæ ob mariti concubitum cum Amasijs, eo casu non amittunt dotem. Decis. Pedem. 77. nu. 18. 29. relatus à Baiar. dicto §. Adulterium nu. 104. vers. sed quid si ibidem vers. inter verò delicta priuata. Circa hanc quæstionem versatur Prosper Fatinac. q. 10. tit. de delict. nu. 8. cum seqq.

His adijciendum putaui vti ad materiam conferens Responsum redditum pro quodam primario equite huius nostræ Vrbis, quod non videtur negligendum.

In vna adulterij notorij.

CVm agatur de Adulterio, quod in ora omnium transijt, & cuius probatio resultat ex confessione Adulterorum emanata coram Egr. N. transmisso ex ordine S. Excellentiæ ad ambos, quos conuenit narrans quæ in mandatis ab ea habuerat. Ex ea enim plenè probatur adulterium Farin. conf. 38. n. 6. Guid. Pap. decis. 446. Vincen. Franc. decis. 240. num. 3. vers. item fuit dubitatum. Et ex baptismate in quo inscribitur nomen vtriusque, tum infantis, tum ex qua matre sit natus, adhibitis compatre, & matre spirituali, nec video esse opus aliqua declaratoria, circa Auocationem dotis, cuius locus ex offensa facta vxori, contra eum vti indignum factus est, cum magis vxor ex eo contristetur, quam ex amissione filiorum. Nulla enim tergiuersatione potest illud celari, quod ei placuit publicari

blicari

blicari cum tit. hic est filius meus ex ea familia ortus, quæ penè interciderat ex eo immortalitatem aspirans festum genialiter agens apud propinquos, & amicos. Confessio enim inducit notorium tex. Ca. Cum vestra Cap. tua nos. De Cohab. cler. & mul. Mascard. de prob. conclus. 1102. concordan. adducit Ferdinan. q. 21. num. 31. vers tertia fit conclusio. Et cum agatur de notorio per facti euidentiam non eget, aut disputatione, aut fori disceptatione, aut probatione, quia habet vim sententiæ Bart. in l. ictus fustium ff. his qui not. infamia decis. Surdi 259. conuentio nu. 14.

Hinc sequitur non esse necesse vxori reprobare super hac dotis amissione aliquam sententiam declaratoriam. Sed antequam manum à tabula amoueam addo agi de duplici notorio, Populo, & iudicibus cum à Secretario omnia in scriptis sint redacta, ideo dicitur agi de facto permanente iux. adducta à Mascard. dicta concl. 1103. num. 14. Farin. q. 121. nu. 84. 85.

Porrò non esse necessariam hanc sententiam trad. dec. in l. fin. nu. 17. ff. si cert. pet. quando factum est omnino notorium, ita quòd nihil opponi potest, & omnibus euidenter constat, secus si simpliciter dicatur, & allegetur esse notorium, & sufficere præceptum loco sententiæ, tam in ciuilibus, quàm in criminalibus Farin. eo loco nume. 115. vers. Pro concordia.

Quòd autẽ maritus priuetur lucro dotis ob adulterium est tex. in cap. 1. vt lite non contestata Socin. iun. cons. 32. vt præsentis lib. 2. vbi, quòd æqua lege cauetur maritus, & vxor, & æqua lege manet necessitas relinquendi maritum adulterum, ac vxorem adulterum, & sicut maritus potest accusare vxorem adulteram ad separationem thori, & ad lucrum dotis, item vxor maritum ad eosdem effectus. Abb. cap. fin. in 3. tractat. de Adulter. licèt respectu pęnæ imponendæ criminaliter, mulier verùm accusare non possit glos. in l. p. C. ad l. Iul. de adulter. vbi Salyc. in cęteris non debeat iudicari ad imparia. Imo etiam vxor hac causa lucratur donationem propter nuptias, quod nos augumentum appellamus Vincentius Franc. decis. 244. fuit in Sacro, post Abb. dicto Cap. fin. in 3. not. de Adulter.

Superest tantùm videre an maritus possit allegare vxo-

rem remisisse hanc iniuriam ex eo, quòd tolerauit meres mariti, & passa est concubinam habitare in ijsdem ædibus, seu propinquis in quibus maritus meratur cum ea, & multa etiam ad eius vsum necessarium iubente marito trãsmisit, quo casu volenti non videtur fieri iniuria clar. §. Adulter vers. conuenit. Bertazol. cons. 226. lib. 1. nu. 12. ex authoritate Bald. in cons. 310. aut mulier num. 5. puncto vol. & cons. 303. Ista dos lib. 3.

Verùm respondetur hanc taciturnitatem vxoris acceptam esse ferendam illius timidæ naturæ, & metui reuerẽtiali, & regulariter maior metus cadit in muliere, quàm in masculo, concurrente præsertim feroce natura mariti viri formidabilis, & metuendi: In hac enim probatione plurimum tribuitur religioni iudicantis, qui examinabit qualitatem vxoris, & mariti iun. not. per Menoch. de Arbit. iudic. casu 136. nu. 2. Mascard. de prob. conclus. 1416. vbi differit de coniecturis metus, & quis est, qui si videat elatum illud supercilium mariti, & flammeos oculos, non putet ab eo cauendum, & auersus sit ab eius voluntate, si vel in minimo contradicat, ideò sola præsentia inducit metum quando agitur de persona, cui debetur reuerentur. Socin. iun. cons. 47. nu. 33. lib. 3. Multo per Menoch. de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 225. Tiraq. de legi. connub. Glos. Vniuers. in vers. contrac. num. 3.

Ego vero hactenus non legi aliquam mulierem honestam, qualis hæc est, æquo animo tulisse mariti adulteriũ. Satis dictum, &c.

Quòd condemnatus ex publico delicto sit infamum trad. Farinac. ibidem nu. 9. vbi ampliat procedere, siue per viam accusationis, seù Inquisitionis, cuius contrarium est in damnati de crimine priuato. limit. non proc. in damnato de crimine in contumaciam Clar. q. 72. in fine. Quod ampliatur habere locum quando processus esset contra præsentem non seruatis tamen de iure, vel consuetudine seruandis, nam hoc casu non committitur infamia.

Delicta priuata connumerantur à Farin. ibidem nu. 15. versic. sexta Regula, & de iure Canonico omnia delicta sunt publica ibi num. 16.

Rursus, quòd cõsuetudo immutat naturam delictorum &

& facit transitum de priuato ad publicum, & ècōtra nu. 57.

Item quòd hodie superflua est differentia inter publicum, & priuatum, quo ad effectum procedendi de delicto non pro vtroque ex officio proceditur, & Mediolani etiā quæ non sunt publica, sed aduersantur bonis moribus puniuntur Principis, & Senatus arbitrio, & memini quòd iussu Illustrissimi, & Excellentissimi Comestabili fuit eiectus ex Vrbe quidam Bernardus Dondina tamquam malis, & corruptis moribus infictus, & rectè, Quia morbida facta pecus, totum corrumpit ouile, & qui tetigerit picem, coinquinabitur ab ea, & quòd ea, quæ sunt mali exempli puniantur. Viden. insignis Caball. Resol. crimin. casu primo, & 214. Condemnari.

Ex officio etiam proceditur quando iniuria est illata Iudici, aut Ecclesiasticæ personæ Maranta in suo Speculo fol. 42. An sit iudicium ciuile, vel criminale num. 13. Farin. lib. 3. q. 105. per discursum.

Idem secundum Cridas Principis contra incidētes, seu sfrisanses faciem alicuius, quia imposita est pęna mortis, nam graue est hoc delictum, vt per Farin. q. 18. De delictis, & pœnis nu. 92. versic. Viii. sit conclusio. Quod intellige quando est deformitas prout declarat Farin. ibi. nu. 98. declarans similem Constitutionem Vrbis.

§. De crimine Vis priuatæ.

Plura apud Bonifac. De Vetul. fol. 375. De Crimine vis priuatæ. Vis quæ in delictum sonat duplex est, publica, & priuata, & quæ sit, & de pęnis diffusè apud Decian. in secundo tract. crim. lib. 8. cap. primo. Et quomodo contrahatur Vis publica vide Cap. quinto tit. De alijs causis, & mod. quib. contrahitur Vis pub. Et Cap. 16. tit. De cæteris causis Vis publicæ, & sub Cap. 17. de Vi priuata, & de pœnis vtriusque 18. Et de processu vtriusque cap. 19. Et de excusationibus violentiæ cap. 20.

Circa actum gestum per metum insistit Surd. cons. 513. lib. 4. Res non habet, & ibi multa. De metu reuerentiali verbo Thesaur. iun. q. 50. Actio quod metus causa, contra eum qui vim intulit duret triginta annos, at quomodo ad

tertium tollatur spatio decimo, & 20. annorum Surd. dicto consilio.

Pro Illustri Comite Aluysio Marliano.

ARguitur Illustris Comes Aluysius Marlianus de mandato dato scienter, & dolosè diuersis personis manu promptis ad vim inferendam in hunc modum: cum controuersia esset inter Egregios fratres Marlianos filios quõ. Comitis Herculis ex vna, & ex altera dictum Aluysium congregari fecerit per Ambrosium Consulem, suum negotiorum gestorem plurimos incolas loci Busti feudi sui ad numerum quinquaginta armatos sclopis paratis ad vsum militarem, qui omnes descendentes è loco Busti distante per milliaria decem octo à loco Marliani, recepti circa secundam horam noctis in domo vxoris dicti Comitis ab institutoribus eiusdem Comitis, & circa sextam horam noctis è dicta domo exeuntes asportarunt è domo, seu Area massarij dictorum fratrum Comitum quantitatem frumenti in paleis existẽtis, & in dictis Comitis transportarunt, & detulerunt animo in proprium vsum conuertẽdi. Mox omnes excepto dicto Comite Aluysio accesserũt ad capsinam Sanctæ Margaritæ dicti Territorij in Agris, vbi dicitur del chiuso in quibus repositæ erant quantitates ficalis quærelantis Massarij d. fratrum, ex quibus confici potuissent modij triginta quinque ficalis valoris librarum quindecim pro singulo medio, & in alio agro vbi erat reposita quantitas frumenti, & in dictos cumulos, & manipulos segetum ignem immittere, quo flamma combussit.

Querela hæc ad duo capita restringitur: Alterum inuasionis, cum coniectione hominum armatorum d. segetum in alienis agris existentium; quod delictum est vis publicę de qua in titulis ff. & C. ad l. Iul. de vi publ. alterum est incendij immissi in alienas segetes de quo differit Iac. Menoch. de arb. iud. cas. 390. Mascard. concl. 891. vol. 2. Rol. à valle cons. 95. vol. 2. quamquam etiam dici possit incendium commixtum cum dicto crimine l. Iul. de vi. iux. Tiber. Decian. lib. 8. tit. de varijs causis vis pub. num. 2. fol. 204. in tract. 2. crimin. & de hoc cap. 16. fol. 223. verùm de

de hac non tenetur Comes, quia illatam vim per dictos fratres in impediẽdo vxorem suam, ne re sua vtatur, Colonos concutiendo, tyrannidem exercendo magis propulsauit, & aruit, quàm intulit; & licitum est vnicuique. Hinc est, quòd qui spoliatus ab aliquo, incontinenti vi armata spoliantem spoliat possessionem suam recuperãdo, non delinquit. Bart. in l. 1. §. fin. col. 1. ff. vti possid. Aegid. Boss. de plur. viden. num. 9. Paris. cons. 10. nu. 86. lib. 1. & satis est in Comite Aluysio, quòd nullus fuerit dolus, & quòd veri similiter credidit sibi licere suam possessionem tueri, quia qualibet causa colorata excusat à dolo, quando quis ad id congregat homines armatos. Scitè Decian. in 2. tract. crimin. lib. 20. de excus. viol. Ias. cons. 86. in causa nu. 2, & 3. lib. 4. Menoch. cons. 28. nu. 12. 29. Osasc. decis. pedem. 138. nu. 29. Menoch. cons. 8. nu. 47. lib. 1. vbi meminit Decreti nostri, & rationes alleg. Plot. in l. si quando nu. 295. C. vnde vi. vers. vndecimo. Et hæc prætensa possessio comitissæ sola sufficit, quòd Res dicitur habere originem à contractu, quia sola possessio sapit naturam contractus. Boss. de plur. violent. vers. 45. 46, & de obseruantia Senatus in tit. de Decreto nu. 9. c. finem, vbi dicit, quòd criminaliter procedi non potest stantè constitutione Mediolani, quando controuersia est seu super Dominio, seu super possessione, & circa hoc caput nullitatis inquisitionis, inde elicitur, quòd fit in ea mentio de dicta controuersia inter dictas partes in hunc modum videlicet, quòd cum inter Comites Marlianos fratres ex vna, & ex altera dictum Comitem Aluysium maritum dictæ Comitissæ, controuersia magna esset ex causa de qua in processu: Non obstat dum Decretum excipit vim, quia intelligitur de vi illicita, non autem concessa ad custodiam, & tutelam rerum suarum. Boss. vers. 5. nu. 10. Hæc verò tãto magis procedunt quia in casu isto nulla personarum offensa, aut cędes, aut vulnera successere.

Quod spectat ad caput incendij de eo non tenetur Comes Aluysius qui in loco præsens non erat, qua in re adduco singularem iuris conclusionem, quòd quando delictum principaliter propositum non tendebat ad aliam speciem delicti, quod postmodum fuit patratum non te-

netur l. vtrum ff. furt. §. 1. vid. Bart. in prin. quia ad illud non fuit animus, & ita limitantur in l. quoniam multa facinora C. ad l. Iul. de vi pub. licet enim illi qui dicuntur transmissi è loco Busti ad locum Marliani accesserint ad grana asportanda, non tamen comburenda destinati sunt, alioquin diceretur Comes laborasse contra propria commoda, ergo non tenetur propter ea, quæ inciderunt in aliam speciem delicti scilicet incendij, quia excesserunt mandatum operandi in plus, quàm eis diceretur mandatum, & hoc est verum, saltem in casu nostro, quo erat in potestate hominum non comburere, ideò pro hoc excessu non tenetur Comes mandans; & hoc diuersum est à casu quando mandatum datur de vulnerando tantùm, nam si sequatur mors, tenetur mandans, quia non est in potestate vulnerantis vulnera ad mensuram inferre, ita conclud. Paris. cons. 160. difficultas nume. 17. vers. distinguit lib. 4, & in terminis est text. in l. cum mandati. C. mand. cęterum quia DD. circa hanc materiam loquentes, quorum amplam facit mentionem Tiber. decian. lib. 9. Cap. 36. per totum discursum, & Farin. q. 135. per totum à nu. 150. cum seqq. concedunt, vt alicui pœnæ minori extraordinariæ sit locus. In casu isto nulli pęnæ esse obnoxium Comitem dicemus, quia mandauit, quod de se licitum est decian. ibidem nu. 38. vers. excusabitur per tex. in cap. dilectus ibi, nec dedit operam rei illicitæ de homicid. Farin. q. 126. nu. 75. vers. limita 1.

Cum ergo Comes nullum habuerit animum delinquendi absit cum sit omnium modestissimis meritò in eum cadit delictum, ita nec pœna, quia nulla eius culpa præcessit casui ex regulis generalibus.

Causa adhuc pendet, & tractatur transactio, cum sint affines. Laus Deo.

Causa benè expedita fuit pro dicto Comite, qui verè nobilitatem sui generis, moribus suis implet, vt inter equites huius Vrbis facilè primum locum sibi vendicet.

§. Remissio.

IN verbo tertio loco.

Nota in priuatis remissionem partis offensæ tollere deli-

delictum, quando sola pecuniaria pœna imponitur tantùm; Exceptis quibusdam, Hoc tamen nimis transcursoriè dicitur, ideò primò loco monendus eris, quòd Constitutionem habemus Mediolani sub titu. De accusat. §. In casibus. Ita disponentem in casibus, in quibus condemnatio pecuniaria facienda est, vbi adsit Pax, seu remissio offensi, aut eius hæredum, & successorum, aliquo modo procedi non possit, nisi hi sint, quibus ex officio procedi concessum est.

Constitutio ergo loquitur in pœna, & sic comprehendit omnem mulctam siue parti, siue fisco applicetur, & per hanc Cōstitutionem cessant multæ quæstiones, quas ponit Farin. q. 4. num. 32. Nota tamen ad declarationem Constitutionis. Vide ordinationē Senatus anni 1542. diei 16. Septembris, quæ ædita est ad consultationem Prætoris Comi. Rescripsit enim ei Senatus, quòd cum ex statuto Comensi ex officio procedi possit in his maleficijs, in quibus pœna adiudicatur dictæ Communitati, vel fisco Regiō, vt procedat, etiam si accusatio, vel denunciatio, non esset delata: Verùm ille proter non satis benè mihi egisse videtur, non secus, ac illi, qui in Magistratibus positi, omnia consulenda; & non consulenda ad Senatum referunt, & inter multas occupationes, Senatus cum inscientiæ suæ eos non pudeat, cum Princeps, & Senatus non nisi de rebus dubijs sint consulendi; ita ut melius eis cum puerorum haurientium prima elementa committi fas fuisset, quàm vt tantam personam sustineant, quæ Regiæ Maiestati proxima est. Circa hanc remissionem adest ordo Senatus editus in anno 1542. die 16. Septembris directus Prætori Comi.

Rursus inter crimina publica connumeratur tertium furtum, quia pro duobus prodest remissio; Et qui tertiò furatur, habetur pro famoso, & veniam nullam meretur; & Constit. Mediolani cautum est sub tit. De accusat. §. Sācitum est. Vbi autem adest primum furtum magnum, non solet Senatus etiam habita pace, illud prorsus impunitum relinquere, prout censuit contra quendam Alexandrum, quem ad remum condemnauit triennalem, à quo posset se redimere, solutis fisco ducentis aureis; Quos soluit.

An in tertio furto computetur commissum extra territorium, vide Decis. Triuis. 60. lib. 2. crimin.

In materia Pacis, & Remissionis à quibus requirenda sit, vide Farin. q. 4. & 5. n. 18. & q. 11. 13. 14. tit. De accusat.

Et quomodo remissio sit concipienda per Notarium docet Iac. Alba cons. 799. num. 9.

Vtrum autem crimen Adulterij tollatur per remissionem tutum puto adhærere Clar. q. 58. vers. excipitur; Ego attenta remissione mariti mulierem adulteram ex propria sua confessione liberaui; Cum Constitutiones Mediolani sub tit. De penis. §. Nullus, loquantur tantùm de causa in qua agitur de pena mortis naturalis, aut mutilationis membri, confiscationis bonorum, eiusmodi pœna, non est in Vrbe, quod supra dixi, cum sit crimen priuatum vt pariter dixi.

§. Casus ad Senatum non referendi.

QVi sint casus in quibus non est necesse ad Senatum referre summatim colligo infrascriptos.

Relationes prohibitæ exequutionis in causa ciuili, vbi non adsint vulnera, vel alia delicta, sed ad Iudices remittuntur, qui iustitiam faciant. De his infra.

Secundò. In casu blasphemiæ, vbi non agatur de atroci, vel dubitetur an sit atrox, & de his vide infra ad fol. 11, huius praxis.

Tertiò. In simplici euaginatione, quando vulnus, vel aliud delictum non est sequutum.

Quartò. Non referatur ad Senatum quomodo sit procedendum nisi vbi certa forma in iure, vel ordinibus data non reperiatur; & hoc fuit editum in anno 1580. à Senatu ad se redimendum ab imperitorum iudicum molestiam.

In terminis dictæ Constitutionis. §. Nullus, videndus Plotus cons. 52.

Materia remissionis per necessaria est, hoc tempore quot hæc scribo anno 1605. De mense Decembris in Vigilia Natiuitatis Dominicæ ob frequentes disputationis, & altercationes, quæ in foro audiuntur eorum, qui petunt

se

se declarari comprehensos in indulto, & abolitione generali, quæ non conceditur nisi habita pace, in casibus in quibus Pax, aut remissio necessaria est, super quo tractatum edidit Garsia Mastrill. cap. 24. 25. Io. Aluysius Catellan. eodem tract. cap. 44. Clar. q. 59. vers. sunt tamen col. 3. Farin. de inquis. q. 6. num. 24. vbi scribit casus in quibus non est necessaria Pax, seu Remissio.

Hoc loco quæro opportunè nunquid delictum de quo in Constit. tit. de penis §. qui fallacibus vers. item Res vendentes tam artificiosè, tollatur remissione. Disponit Decretum sic. Item vendentes Res artificiose, vt pretiosas, quæ viles sunt, & pauci valoris, qui Barri vulgo dicuntur; puniuntur pœna pecuniaria, an corporali arbitraria pro qualitate, & modo delictorum, & non solum ipsi, sed ipsis dantes ad præmissa auxilium, aut consilium. Modò quidam in Vrbe nostra appellatus il Stella eiusmodi genus crimen cōmisit, nam panes argenteos adulterinos pro bonis supponebat, hoc enim delictum stellionatus est clar. q. 83. vers. si quis imposturam. Quæsitum est an remissio tollat delictum censuit Senatus non tollere, cum habeat admixtam falsitatem de anno 1590. referente proiudice equi in Prætorio Domino Iosepho Archinto olim amantissimo discipulo meo, qui post officiū Capitaneatus Iustitiæ ad quæsturam, mox ad Senatoriā dignitatem prouectus est. Mitius tamen puniuit Senatus scilicet in tribus ictibus funis, & eiectionis è Dominio sub pœna remi triennalis, non obstante remissione.

Fuit quoque superioribus mensibus post longam carcerationem ad remum quinquennalem damnatus quidam ianuensis qui adeò erat inductius, vt fasciculum cōponeret ita ornatum in quo aderat panis miliaceus, fingebat autem ille se à mercatoribus velle emere caligas, vulgo calzette staminis, cū qua suppositione plures mercatores aucupatus est. Vid. Caball. resol. crimin. casu 177. Menoch. casu 383. de arbitr. Iud. in Nouissimis additionibus verbo clar. q. 83. vers. si quis imposturam.

Fuit quoque dubitatum stante cōstitutione, quòd pax prosit pro primo, & secundo furto, quid sit censentur de furto qualificato, puta cum factum. Distingue aut Con-

stitutio

stitutio tantùm loquitur de furto, & remissio non operatur, quia tale secundùm quid, non est propriè tale simpliciter, aut verò excipit aliquod genus furti, vt in statuto Mediolani, quod excipit Robariam, & venit in eo quoque furtum qualificatum, cum exceptio formet regulam in contrarium, & hoc nisi illa qualitas faciat transire furtum in aliam speciem delicti, ita decidit Senatus sub die 18. Decembris 1584. idem censuit in alia causa cuiusdam Galli qui facto hostio furtum commisisset referente Capitaneo Iustitiæ sub die vltima Ianuarij 1587. idem referente eodem in causa cuiusdam Stephani de Vincentijs die 22. Decembris 1589. notarius Taliabos.

Plura alia statuta criminalia Mediolanensia lege sub cap. 161, & duobus seqq. in materia remissionis quæ referre non expedit, quia tam per Cæsareas Constitutiones, quàm per contrariam consuetudinem abolita sunt, nec decet infructuosa his scriptis inseri.

Et Cap. 67. tit. de pœnis furis non famosi, ex quo deducitur, quod pro tertio furt o cuiuscumque quantitatis sit, fur suspendendus est, nec prodesse ei pacem, quod in hoc videtur se conformare cum dicta Constitutione.

Ibi, qui de suis proprijs manibus homicidium fecerit fol. 4. linea tertia.

Finitur hoc loco statutum criminale vetus, quod est in ordine sub Cap. 4. nec super eo immoror, quia omnia iudicia criminalia complectitur.

Alium addit Caballin. casum, in quo proceditur criminaliter, cuius statutum criminale nullam facit mentionem, quando infertur iniuria dicto, vel facto Doctori, vel causidico de collegio ex causa prouenientе ab exercitio muneris Doctoratus, vel Patrocinio; in hoc non piget commemorare exemplum, Senatus contra quosdam satellites, qui iniurijs affecerant Doctorem Collegiatum Ioannem Tabernam Protectorum carceratorum virum pium, qui in anno 1607. Vicarius Marthesanæ obijt. Hic enim dum vidisset trahi quandam mulierem a satellitibus ad carceres ex eo, quod annulum aureum digito haberet, miseratus eius calamitatem, quod aspectus suus nō videbatur meretricius, rogauit satellites est eam dimitterent

terent, quibus recusantibus iocosè dixisse fertur: si pęnes me potestas esset, præciperem vxoribus biruariorum ne qua aurea, iocalia, aut Margaritas gestarent, tunc illi cōtumelias contra eum eiomere non dubitarunt: grauiter hoc tulit Collegium I. C. mox Senatus, qui Senatus consultum reddidit, quod remigarent per triennium.

§. Iniuria.

PEndet etiam nunc processus contra nob. Antonium Sormanum, quòd ausus fuerit iniuriari Guido Mazētæ I. C. de Collegio tunc Vicario Prouisionum Mediolani; decessit ille pendente processu oussus. Tulit tamen Senatus ægrè illud factum, vt patet ex præcepto pęnali eidem Sormano transmisso.

Neque tamen existimes velim, quòd solùm locus debeat esse pœnæ quando offenditur Doctor de Collegio, sed etiam si non sit de Collegio; nam virtus, & scientia non circumscribitur loco: hinc illud: omne solum forti patria est, vt piscibus æquor. Punitur namque iniuriæ pęna l. Iulia. De vi publica. Iac. Menoch. in ter. Constitutionis de arb. iudic. casu 263. nu. 7. Nouissime Farin. de var. & diuers. crimin. in 3. lib. q. 105. nu. 103. vers. duodecima conclusio. Quòd igitur ex officio procedatur disponit tex. litteralis in §. si quis non prouocatus, tit. de pęnis, & scripsi in Apostilla ad meam Constitutionem in hunc modum: Nunquid quilibet de populo possit accusare in hoc priuato crimine, nam regulariter non admittitur, nisi cui à interest glos. l. fin. ff. priuati delic. dic quòd in omni casu, in quo agitur de pœna applicāda fisco etiam in delicto priuato admittitur. Glos. singul. in Rubr. de popul. act. & ibi Burs. Ang. de malef. in verbo, & ad querelam nu. 9. Farin. latè q.

Ibi ex causa prouenientе ab exercitio Doctoratus fol. 4. linea 5.

Rectè, quia omnis disputatio restringitur à sua causa quamuis sit generalis. In dubio autem præsumitur offensa facta ex odio priuato in mitiorem, ideò Doctor volens vti beneficio dictę Constitutionis debet docere hanc

quali-

qualitatem, quod offensa facta fuerit ex causa respiciente dictum exercitium, qua in re plurimum valent coniecturæ ad quas recurrendum est. Rol. à valle cons. 1. nu. 36. lib. 3. vt si facta sit in aliquo actu iudiciario, vt post Parid. de put. & Capryc. trad. modern. Roman. in tract. de delict. q. 17. nu. 41. vers. amplia hanc sublimitationẽ; quare dictam in causa atrocis neuis patratæ in Io. Paulũ Cruceum fisci Regij Patrouum homicidium nõ posse adscribi crimini læsæ Maiestatis, quia ex priuato odio Sciarij moti fuerunt ad occidendum eum casualiter repertum in vehiculo cum alijs dum veniret è loco legnani, cũ sæpe de eis obloquutus fuisset vicit tamen sententia Senatus, quod esset crimen læsæ Maiestatis; & ego in ea sententia permaneo more Bart. qui in terris Ecclesiæ consuluit pro validitate donationis factæ per Constantinum Ecclesiæ. Iustitia tamen erat administranda cum rigore, & mãsuetudine, iuxtà illud virga tua, & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Et aliud Ecclesiasticum: Cum sederem circumspectante exercitu, eram mœrentium cõsolator; Et nunc pendet causa iniuriarum inter quendam Doctorem Io. Antonium Aplanum de Collegio, & Io. Baptistam Tessaram causidicum in qua citatus est ex ordine Senatus Tessera ad sistendum in carceribus, ex eo, quòd dicto Doctori iniuriam intulerit ob sententiam contra eum latam, quia ille diceret sub fide sua data circumuentum.

Negare non possum, quin honos, & reuerentia habenda sit Magistratibus, sed quãdo in notoria versantur iniustitia, & causas commissas vulnerãt, saltem in aliqua parte pœnæ sunt temperandæ, & molliendæ habita per Senatum cognitione qualitatis, & modi, quibus sententia lata est; ideò nuper dicebam, quòd optimum erat Principi nostro significare causam ex qua dicitur motus Egregius Ferrandus Nouatus ad euellendum pilos è menæ Carpani Actuarij Vicarij Marthesanæ, quia non ita cõtra eum seuijsset in mittendo tot milites ad damna incolatum loci Merati, & aliorum locorum, in quibus dictis Nouatus bona possidebat, quasi in modum possessionis tædialis. Edoctus enim ego eram de qualitate dicti pro-

cessus

cessus in quo arguebatur de suggestione per eũ facta cuidam villico haud mentis compoti, vt diceret, quòd de societate cuiusdam Iulij Villę homicidæ, & eorum qui eum associabant, post homicidium, erat quidam bannitus scilicet Sanctinus Pertreatus, quem exploratum habebat dictis Nouatus iam vltra annos duos abesse ab hoc Dominio; maximaque delicta, quòd in causa tam in iniusta vexarentur multi pauperes de conuersatione, cum eo vti bannito, quare contra hominem ita ex improuiso excanduit, & detestatus est apud eum hanc rem, non mediocri bile ferendam, vt hanc modicam in eum, extra tamen locum officij, offensam inferret. Nunc agitur in Senatu non solùm de reformãda dictã inquisitione, sed penitus euellenda; optimamque spem concipio pro Iustitia, prout postea sententia censuit Reuocandam Inquisitionem dicti Vicarij vtinam verò pœna ad suos authores redundaret, & huius Actuarij exemplo, cęteri deterrentur à similium processuum, fabricatione, dum nimis auidi falsa testibus suggerentes in rem suam ad illicita lucra anhelant. Sed iam satis de hoc.

§. Blasphemia.

VErsiculo item contra blasphemantes, & deturpantes Imagines Sacras.

Vide ergo quæ Miracula recenseat contra hos Caffan. cons. 3. contra blasphemum, & forma lupoſque ori tuo inijce. De hac Plot. in suo opusculo de blasphemia. Adde Farinac. tract. 1. q. 20. incip. pœna mortis. Ego vidi quendam appellatum Il Spagnoletto iuuenem eximiæ proceritatis, & robustum ex ordine Senatus suspensum, & interfui eius mori, & Hieronymum Oldanum carnificem ob pedibus calcatam imaginem Sacram, qui vix adduci potuit ad peccata confitendum, cum nunciata morte Dęmon eum obsedisset. Nunc etiam Senatus condemnauit quendam Benedictum Viceconitem nobilé ob blasphemies atroces ad triremes quinquennales, & quòd prius in iugo eius lingua poneretur, quamuis hæc secunda pœna fuerit ei remissa, cum ego dicerem hoc ad ignominiam

nimis agnationis suæ redundare, & præsertim sororis nubilis, quæ difficilius maritum inuenisset.

Incidit autem quæstio, an dictus Vicecomes gauderet beneficio indulti gratiosi, opposuit se vir acerrimi ingenij Fiscalis Franciscus Torniellus, casum hunc exceptum per illud Decretum, dum excipit crimen læsæ Maiestatis Diuinæ, & Humanæ. Pro eo dixi locum habere Decretum in crimine hæresis, & sic in potentiori significatu, nō autem in blasphemia hæreticali, & in non consueto, nam licet blasphemus hæreticalis, sit suspectus de hæresi, non tamen proprie hæreticus est; & mecum consuluere nonnulli Theologi, attamen vix obtinere potui; nam negotio in Senatu proposito, ordinatum fuit sententiam exequutioni mittendam, verùm Garsia in dicto tract. de Indultu cap. 26. nu. 14. citans Gomez de crimine læsæ Maiestatis sub nu. 5. vers. item addo, attingit quæstionem hanc. Ego ne viderer defensor blasphemorum, mihi ipsi silentium imposui, & iudicio Senatus me submissi tanquam tutiori.

Libet mihi ad detestationem tanti sceleris blasphemię referre, quod dum Papiæ studerem, cognoui quendam scholarem, qui postea lauream Doctoratus assumpsit, sedato animo tam Deum, quàm Sanctos, siuè serio, siuè iocosè loqueretur contemnentem, & verbis blasphemis intestantem, Diuino quodam iuditio in lethalem morbū incidisse, ex quo per multos menses in lecto iacuit, tandē corrosis veluti igne Sacro omnibus intestinis abrupta vena in pectore, ex qua continuus sanguis manabat obijt, statim, atque visitatus fuit à Sancto Carolo Archiepiscopo, & ab eo benedictionem, quam petierat accepit; dunquā ad eum visitandum accessissem dicere solebat. Heu quò me blasphemiæ perduxere, & conuersus ad imaginē Christi hæc verba fundebat, dimitte me Domine, vt plangam peccata mea in amaritudine animi mei; cuius memoriam dum recolo lachrimarum imber oboritur. Ignosce Deus illi.

Ad declarationem Constitutionis titulo de pęnis §. seuerè contra blasphemos, vide ordinationes Senatus cōtra quosdam blasphemos in anno 1581. die 3. Ianuarij, &

alia m

aliani in anno 1589. die 22. Iulij. Et dixi supra, quòd blasphemorum causæ non referuntur Senatui, nisi sint atroces, aut dubitetur, an sint atroces.

Circa blasphemiam atrocem vide Gasp. Ant. thes. q. forensi 78. lib. 1. qui differit, quæ dicatur blasphemia atrox, vt quis puniatur pœna Decreti Noui Sabaudiæ sub tit. della biastemmia.

Contra deturpantes imagines Sacras plura apud Farin. q. 20. num. 71. post clar. q. 68. vers. imaginem in fine. Iac. Menoch. de arbitr. iudic. casu 376. horret animus in recensenda qualitate blasphemiarum, quas ex dictis locis colliges, satis sit mihi referre id, quod vidi super itinere, ex quo rectè itur ad Cassianum citra abduam, quandam capellam paruam cum imagine Christi crucifixi, cuius oculi fuerunt à scelestis euulsi, dum ad eum locum se applicuissent ingruente imbre aleis ludentes, & hi paruo tempore interiecto fuerunt laqueo suspensi, & præter alia delicta hoc quoque sunt confisci, Nunc ille locus in elegantem firmam est instauratus.

§. *Ludus.*

VErsiculo item percutiens, ibi Ludenses ad Zarram, & alios ludos prohibitos fol. 4. fol. 7. de his ludis vide Farin. in 3. tract. crimin. q. 109. par. 1. nu. 2. 3. 4. post Menoch. de arbitr. iudic. casu 399. Miratus sum tamen, quòd Farin. tantum studij in eo collocauerit. Mediolani contra lusores adsunt cridæ quæ malè obseruantur, nam reposcitur pœna tantùm ab humilibus iuxtà illud. Dat veniam Coruis, vexat censura columbas.

De his habetur in dicto §. seuerè constitutio de pœnis.

§. *Pax.*

IBi in quibus potest imponi pœna alternatiua, vel arbitraria Principi, vel Senatui, nam remissio in his non tollit processum fol. 4. linea 12.

§. *De*

§. De pœnis.

POena hec arbitraria in Principe poteſt extendi vſque ad mortem Farin, de delictis q. 17. nume. 60. verſ. ſublimita. per totam illam quæſtionem plura ad hanc materiam conferentia.

§. Remiſſio, & Pax.

HAbita pace à parte offenſa, an poſſit Iudex proſequi proceſſum diſtinguit Clat.q.58.verſicu. Sed punctus eſt,& in q.17.circa finem,& ſeruatur, quòd vbi ſummus in delictis in quibus non poteſt procedi, niſi ad quærelã partis, Remiſſio ſuperueniens tollit omnem proceſſum, vt in furto ſequuto,& ſimilibus. In cæteris remiſſio nihil operatur.meminit Farin.De Inquiſit.q.4.nu. 35. verſicu. ſublimita, & ibi per aliàs quæſtiones huic proximas, & finitimas.

§. De Pœnis.

NOta etiam in praxi. Quòd vbi pœna imponitur arbitrio Principis,vel Senatus,Reus debet ſiſtere in carceribus, quia Princeps poſſet arbitrari pęnam corporalem,nec admittitur procurator ex Anchar. conſ. 272. In Chriſti,latè Plot.conſ.52.num.40.verſ. In omnibus,qui multa addit.& in Cap.l.ſi quando nu.339.verſ. Pœna,pacti de quota litis,& num.540.verſ.& iſtud ampliatur,vbi addit vnum in quo quis facilè labi, errareque potuiſſet, quod etiam ſi per Principem Senatumue, aut Iudicem in cuius arbitrium eſſet tollata pœna contumaciter,quis eſſet condemnatus in pœnam pecuniariam, & talis condẽnatos vellet admitti ad nouas defenſiones, quia receditur à pœna banni, tenetur Reus ſe conſtituere in carceribus prout tenebatur ante condemnationem in pœnã pecuniariam,& ſicuti in cauſa principali tenetur quis ſe ſpõtè conſtituere in carceribus, ita tenetur facere in cauſa Nou defenſionum, & Reſtitutionis, Quòd eſt ſignantur

ad

ad declarationem Decreti tit. De accusat. §. A sententia, & §. sed quia.

Facit adhuc consilium Albæ 722. qui magis apposite loquitur, quàm Plot. Dicit enim quod licèt non sit certum quod veniat puniendus corporaliter, quando tamen possibile est, & sola possibilitas, & aptitudo sufficit, vt quis in carceribus detineatur quia potest euenire, quòd arbitrio iudicis corporaliter puniatur, & in dubio via tutior amplectenda est, vt in vinculis retineatur, ne iudex laboret frustra, imò etiam, quòd certum esset, quòd locus non sit pœnæ corporali, immediatè, sed pęnæ pecuniarię, adhuc ex quo potest esse, quòd per indirectum deueniretur ad pęnam corporis afflictiuam, vt qui nõ habet in ære luat in corpore, retinendus esset in carcere; & respondet ad Constitutionem Mediolani sub tit. de accusat. §. Rei carceribus.

Hinc dicebam nuper in causa ardua relata in Senatu, nihil circa Rei relaxationem posse deliberari, nisi ea relata ad Consilium supremum Hispaniarum quia Rex mandauerat vota Senatus colligi, ne si Rex vidisset non satis condignam pęnam fuisse à Senatu impositam, maiorem imponendo frustra laboraret, & nihil ageret. Responsum redditum hoc est.

§. Bannitus.

Pro Nob. Hieronymo Brebbia.

Tempus carcerationis an subducatur à banno.

ETsi abundè demõstrauerim tempus quo fuit carceratus Nob. Alexander Coirus non esse deducendum ab exilio ei indicto, cum nulla diceretur sententia ante confirmationem Potentissimi Regis eo ita mandante, attamẽ Aduocatus aduersarij videtur adhuc vrgere his fundamẽtis, & negotium facessere in causa.

Primò. Quòd aut Reus stetit in carcere ex propria culpa, aut Iudicis. Primo casu non subducatur. Secundò sic ex Salyc. & Bald. in l. Non omnes per illum tex. iun. l. seq. C. Pęnis Vinc. Franc. decis. 317. in princ. Caball. resol. crimin.

min.cas.142.nu.4.& 6.Respondetur, quòd hæ authoritates quas ego iam adduxeram non afficiunt,nec contradicunt casui nostro, quia non ante dicitur condemnatus Coirus,quam Rex de causa cognouit,& vota Patrum cōfirmauit,& non nisi post sententiæ publicationem, ante enim confirmationem actus sententiæ dicebatur irritus ideò denominatio fit ab ipsa Regis sententia non autem confirmata,nā qui confirmat de nouo dat.§.fin.vbi Glos. & Bald.instit.de Tutel.l. Adoptio, vbi Ang.not.ff.Adoptio Paris.conf.30.nu.40.& seq.vol.4. Et actus artribuitur confirmanti,non autem facienti .Natt.conf.669.num. 16.Ias.in l.More nu.31.ff.iur.om.iud.Nam si Rex censuisset augendam pęnam vltra vota Patrum,vel minuendam illi standum erat,non autem votis Patrum, aliud quippe arbitror si confirmatio esset de necessitate facienda, quia retrotraheretur,ad idem Aug.Bero.conf.7.num.18.lib.3. Vbi quòd actus denominatur à confirmante quando per se absque confirmatione erat inualidus Felyn. cumulatè in cap.Inter dilectos de fide instrum. post Bart.in l.quia. ff.iur.omn.iud.Alex.conf.primo col.10.vol.4.

Et magis ad rem facit quādo tempus apponitur Actui qui pendet à futuro euentu, vel ex facto alterius, id non currit pendente dubio euentu l.3.§. si quis hered. ff. stat. liber. l. si cui ff. legat. 3.l. si rem §. vlt. ff. pignor. act.l. si mandauero Titio ff.mandati Glos.in l.in illa stipulat. si calendis ff. verb. oblig. Socin.conf.76. visā col. 4. vers. confirmator lib. 1. Et ita videtur sensisse Curia, & DD. Delegati, quo tempore Coirus petijt se relaxari è carceribus, nam dictum fuit, quòd non esset audiendus, ne si fortè in Hispanijs aliquid durius Suppremum Consilium decreuisset, Ille extra carceres tunc existens pęnam eluderet, cui sententiæ acquiescere debemus.

Non obstat modò dum dicitur non decere Coirum duplici pœna affici, vna scilicet exilij, altera carcerationis, quod genus argumenti videtur concludere Nicol.Euerar. cap.34. 35. quia respondetur, quòd carcer non est ad pęnam,sed custodiam l. 1. ff. custod. rerum, quando quis carcere distringitur ante sententiam, & quando carcer computatur in pęna illud est quantùm ad minuendam

pęnam

pęnam iux. tex. in l. si diutini ff. pęnis Tiraq. de pęn. tēp. cap. 41. Farin. q. 27. nu. 96. tunc enim carcer ad pęnam est quando pro delicto imponitur pęna carceris, ideo Dominus Consultor in hoc valde errauit.

Non obstat, quòd relatio quæ fit Principi post sententiam non impediat effectum sententiæ, & quin ea dicatur sententia iux. l. fiu. & ibi glos. in verbo Pronunciauit C. relat. vbi propterea supponitur à tali sententia dari appellationem, & quòd Regia Maiestas voluit eam esse Senatoriam, nam respondetur, quòd locum habet illa lex in ea relatione quæ fit à Iudice Principi voluntariè, non autem in eá quæ fit ex Ordinatione Principis, is enim qui referre tenetur, pronuntiare non potest Bald. ibidem Cæterùm hic demandata erat à Rege sola discussio causæ, quo casu fit relatio Regi ex necessitate ita Bald. in rubr. C. eodem, & ita intelligitur glos. in verbo pronunciet, vt scilicet habeat locum, quando primo Iudex pronunciat, & postea referat, non quando Princeps id ei mãdat, sed ex propria voluntate, puta quia habeat aliquod probabile dubium, & ideò consulat, at in casu isto Delegati referunt ex necessitate præcedentis mandati Regij, ideò non videntur ipsi iudicare, sed Rex, qui etiam eorum vota suspendit vsque quo ipse de causa cognouerit.

Ex superioribus determinatur alia obiectio, quòd si Sacra Cat. Maiestas confirmauit sententiam Senatus, nõ tamen dici potest, quòd actum de nouo fecerit, itaut dicatur Coiro exilium impositum ex confirmante, sed potius ex confirmato, cum sententia iam lata fuisset à Senatu Iudice competente, scilicet qui eam validè tulerat iux. Bart. d. l. More nu. 5. nec Sua Maiestas confirmauit actũ, & illum quidem validum qui licèt esset in potestate Suę Maiestatis quæ poterat velle, & nolle, quòd actus haberet effectum, tamen non apparet, quòd voluerit Sua Reg. Maiestas facere confirmationem, tanquam, quòd de nouo induceret, sed quòd antequam confirmaret, & propterea, quod hoc casu, cum confirmatur actus de se validus confirmatio retrotrahitur ad diem ipsius actus, & perinde habetur ac si ab initio affuisset.

Quia his omnibus responsum est, quòd cum sententia

penderet ex facto alterius actus, attribuitur confirmanti, non autem confirmato; Rursus quando quis confirmat actum imperfectum dicitur perficere, & dare §. Interim in auth. de defens. ciuit. Bart. in l. fin. C. defens. ciuit. quòd si quis fuit vnus ab vno, & confirmatus ab alio, & velit renunciare debet renunciare in manibus confirmantis, & non eligentis; Rursus quando actus pendet à potestate confirmantis, & apparet eum velle de nouo confirmare, tunc attenditur confirmatio Ias. d. l. more nume. 33. Multa autem adduci possunt ad confirmationem ex Paris. cons. 3. nume. 4. cum seqq. vol. quarto sed non expedit stantibus prædictis. Cum igitur noluerit Rex authoritatem ferendæ sententiæ esse pœnes Senatum sed illius validitatem, & inualiditatem abeo pendere, Ergò tempus confirmationis attenditur, non autem tempus actus confirmati Marsil. singul. 296. in Patria Crott. cons. 97. nume. 14. Bertrand. cons. 179. nnmero 3. vol. 3. Vasquius de success. creat. lib. 3. §. 26. lim. 31. numero 101. Tiraq. de Rettr. consang. §. primo glos. 10. numero 64. Alder. in l. 2. in fin. princ. ff. Procurat. vbi si actus nullus ratificetur, attenditur locus ratificati non autem celebrati contractus glos. Anchar. & Imol. in Clem. 1. in verbo collato, vt lite pendent, & idem dicit in tempore, vt attendatur tempus ratificationis Tiraq. loco citato num. 65. post Bald. Castr. & alios.

Postremò obijcitur ponderanda esse verba tex. in d. l. omnes, ibi diuersis exilijs, cum triplex exilium dicatur l. exilium ff. interd. & releg. & presertim in insulam relegatio, at contendit aduersarius, quòd in Insulam quis mitti non potest post sententiam, maximè si iudex non habet sub se Insulam, quin iudex prius scripserit Principi, & ab eo responsum cum Insulæ assignatione habuerit l. inter pœnas §. Præsides, & l. seq. §. fin verò ff. Penis, De qua re est glos. in d. l. 1. in verbo Pronunciauerit C. Relat. Modò sic arguitur, quòd omnibus destinatis ad exilium etiam si Insulæ relegandi sint, computatur tempus, quòd steterunt in carcere post sententiam, & tamen scribitur Principi non solùm vt assignet

gnet insulam], sed etiã vt existimet an sententia sit sequẽda ergo relatio non impedit effectum d. l. omnes.

Verùm respondetur hoc argumentum nequaquam cõcludere in casu nostro, nam vt supra dixi Iudex hic rescribit Principi non ex Principis iussu, sed ex propria voluntate; nec scribit ei vt videat an sententia iusta sit, nec ne, sed tantùm sponte, ideò ex diuersis non infertur l. Papin. ff. minor. l. 3. §. nihil commune ff. acquir. possess. ideò præualent quæ à me pro veritate sunt responsa.

Ex his constat integrum exilium esse seruandum, nec tempus carcerationis esse detrahendum ab exilio, & ita &c. Laus Deo, & Beatæ Virgini Mariæ.

§. Remissio, & Pax.

Ibi in versiculo si in vna causa, seu denunciatione fol. 4. linea 17.

HOc statutum criminale positũ est sub tit. de nõ proseq. accus. seu denunt. Cap. ita incipiente prout hic.

Ego fateor me non intelligere hoc statutum, quia si sunt plures accusatores, quos omnes tangit qualiter iniuria puta affines in eodem gradu affinitatis possit, ab omnibus remissio est habenda, nec refert, quòd in vno eodemque instrumento remittunt, aut in diuersis, ideo huius partis statuti interpretationem inutilem relinquo curiosis.

Vers. in illis maleficijs fol. 4. linea 29.

QVòd Pax, seu remissio tollat ius cõmunitatis quæ solet gaudere priuilegijs fisci, ego deduco à paucitate summæ lib. tertiolorum quinquaginta eò quia in similibus potest magis versari interesse partis, quã Cõmunitatis, ideò, quòd principaliter agitur, attenditur non autem id, quòd venit in consequentiam l. si quis, nec causam vbi not. ff. si cert. petat. vltra, quòd de minimis non curatur Tiraq. in suo tract. de Iud. in rebus exig. ad l. scio. ff. in integr. restit. cum simil.

Versiculo in remissione accusæ linea 4, fol. 27.

Faueat hoc præsens statutum Paci, & remissioni vt per eam tollatur processus, nō video tamen, in qua prosit nā si accusa, aut denuntia non probatur crimē, quorsum opus est remissione cum actore non probante, reus absoluatur. l. qui accusare C. edendo.

Ibi arbitraria in persona, vel auere fol. 4. linea 29.

Notatur, quòd vbi agatur de pęna arbitraria in persona vel in pecunia, censetur tamquā si esset crimen in quo nō ingeritur pœna sanguinis, & in hoc videtur cōcordare cū Decreto Mediolani sub tit. de accusat. §. Rei carceribus. Vbi cauetur, q rei non possint carceribus mancipari pro aliqua imputatione, nisi ex ea ingeratur pęna corporis afflictiua, & nititur hoc Decretū magna æquitate, ne rei de aliqua leui causa postulati, cogantur impensas quæ in carceribus fieri solent sustinere, qua ratione etiam disponitur in §. seq. quod incipit Pax. Quòd non fiant descriptiones bonorum, nisi pro delictis pro quibus venit confiscatio bonorum.

Folio 4. ibi Et cum lex linea 30.

§. Accusatio.

Quando delictum plenè probatur si non præcedat vel querela partis, vel denunciatio officialis processus est nullus, inquit hic auctor, & benè quia certus debet esse accusator ob regressum calumniæ, & facit illud Dominium\ *Mulier quis se accusat? Nemo respondit illa, tunc Christus; si nemo te accusat, nec ego te condemno.*

Et inter accusationem, & delationem an adsit aliqua differentia, dico quòd persæpe ijs vocabulis promiscuè vtimur, si tamen verborum proprietatem sequimur, plurimum interest, nam deferre dicitur quando accusatio non pręcedit, at si quis delictum accusat, & defert dicitur accusare.

Dela-

Delatorum autem plures sunt species. Quidam denunciat fisco bona spectare ad consequendum tertiam partẽ pęnæ: Quod hodie fit apud Dominos Quæstores Aerarij fisci. Et hic dicitur delator, nec apud nos hic benè audit, & horum similium facies inuisa est, & de his est tit. C. de delat. lib. 10. & licèt multa didicerim quæ ad hunc locum afferri possent ex Tiber. dec. lib. 3. tit. an, & quomodo differat à denunciatione, attamen, quod ad rem pertinet omissa longa congeriè verborum. Teneo, quòd is dicatur deferre, qui spe præmij crimen alicui obijciendo conqueritur; At accusator qui non spe præmij sed ob vindictam, vel publicam, vel priuatam reum aliquem facit. Primi ergo habendi sunt in execrabili l. fin. C. Delator lib. 10. contra hos delatores est Sanctissima constitutio huius status tit. de accusat. §. omnibus vers. hos etiã admittere cuius meminit hic auctor. inoluerat enim quidam abusus, vt quis per memorialia secreta danda Principi, & sæpe etiam iudici aperiretur via iudicibus replendi crumenam pecuniæ, sub velamine harum delationum. Res sanè perniciosa cùm ferè omnia ad Principem referantur; nemo intra suos lares priuatos tutus est, tanquam expositus sit periculis secretarum delationum, Senatus tamen quantum in se est vult Constitutionem seruari.

Memini dum puer essem, quendam fuisse qui volebat introducere praxim mittendi in capsulas ad id paratas bulletinos absque nomine delatorum in quibus recondebantur nomina ciuium, at non passum fuisse Præsidem Senatus Pet. Pau. Arrigonum virum mirificæ prudentiæ cuius supercilio huius Ciuitatis securitas pendebat, & cuius hæc præcipua fuit laus vt parẽs Patrię vno ore appellaretur; & tanta in eo erat maiestas, vt non puderet Potentissimum Regem Philippum eum loco Patris venerari, cuius mortis nuncium vt allatum est, palam incredibilem huius orbitatis status sui dolorem ostendit.

Et circa hanc delatorum materiam vnum esset eradicandum ex his tribunalibus. Quod quotidie crescente hominum malitia, quia ad delicta omnes suapte natura ingeniosi sunt, contigit, nam supponuntur personæ, quæ accusant, quarum imagines, & vestigia nunquã amplius

visuntur, nisi tempore accusationis cui rei quandoque occurrit Senatus iubendo, causidicis qui comparent v doceât à quibus instigati has accusationes fouent, & aliūt aut, quod Accusatores exhibeantur; vt sciat reus contra quem dirigat aciem suæ reaccusationis. Et nunc venerē ad me tres pauperes accusati de conuersatione cum bannito, qui carceribus mancipati fuere, & fideiussori relaxati, & nunc is qui inscriptus est in accusatorem comparuit, & protestatus est se non accusasse, nec nosse homines accusatos, nec nosce baunitum notarius est Iul. Cæsar Peregus ad officium Domini Capitanei Iustitiæ Mediolani.

Folio quinto linea 4. vers. ergo erectum fuit officium DD. Fiscalium Mediolani.

QVale horū sit officiū planè habetur in Constitutionibus sub tit. de aduoc. & Syndic. Fiscal. de his multa apud ordines Senatus anni 1561. die 26. Settembris quæ sunt annexi Constitutionibus vide aliunt ordinem Senatus anni 1546. die 15. Iulij, quòd Fiscales pro descriptione bonorum delinquentium nihil accipiant.

Nunc hoc anno 1614. sedent viri non contemnendæ doctrinæ, & magis ad pietatem, quam ad seueritatem nati, nec alicuius vindictæ apetenes, sed omnia ad Deum optimum maximum referentes.

Matheus Cairascus Maldonatus Hispanus I. C. religiosissimus omnes actiones suas ad honorem ad laudem referens, nihil in eo sordidum aut venale, quem de gradu Iustitiæ, non ciuium ardor praua iubentium, nec vultus instantis tyranni potens est ad eum dimouendum de mēte solida; nec mirum si nunc inter Senatores cooptatus est, mox ad altiora prouehendus ex voto omnium.

Petrus Franciscus Corius I. C. de collegio mitis in sermone; In opere efficax, nihil de se præsumens, sed sentētias suas authorum pondere, & numero communit, & à legibus scriptis totus pendet; nihil sibi arrogans in quo se consultissimum I. C. esse sine fastu ostendit

Ex̄spectatur tertius defuncto I. C. Ricardo Malumbra qui non sine optimorum ciuium mœrore in flore ætatis suæ

suæ, extremum diem clausit.

Ioseph Besutius acuti ingenij iuuenis proximus alteri Pariniano in quo agnoscitur mira rerum copia, vbertas, cui amæniores litteræ multum debent, quas cum magno honore coniungit cum praxi forensi, quod paucis cōtingit, nisi quos iuppiter æquus amauit. Hoc anno Romæ legatus Sanctissimo Pontifici missus pro nonnullis concernentibus Iurisdictionem Regiam moritur, cuius loco missus est dictus Corius.

Io. Franciscus Torniellus qui post Fiscalatum Sanctissimæ inquisitionis ad hoc munus translatus multa ingenij sui, & perspicacitatis monumenta in animis hominū impressa reliquit, indefessus agendo, & tuendo.

Hieronymus Rubeus cuius cum prima laus esset in munere Causidici virtutib' suis ad munus fisci Regij euectus est, Hicque Magistratus illi non affectati oblatus est, non sine Ciuium nostrorum gratulatione, cuius domus sine difficultate omnibus patet, nec patitur eius operam desiderari, & venientes ad se omni cum humanitate excipit per benignè cum eis agit, & tanta est morum suorum suauitas, vt nemo ab eo tristis discedat, etiam si contraria Votis, Vota reddat.

Io. Franciscus Panigarola his additur in sermone suauis, liber in eo, quod sentit, & sua beneuolentia ad eum & amandum, & colendum accendit, magni ex eius docili non fucata virtute prouentus exoriuntur morum benignitate nemini secundus.

Folio quarto linea penultima ibi hinc habemus decretum.

SEnatus retinet cōstāter dispositionē huius decreti, de quo in tit. de accusationibus §. omnibus vers. nec etiā, & sæpe processus fabricatos contra dispositionem huius Decreti annullauit iudicentes arguit, verùm à Principibus malè seruatur: Nam quotidie memorialia sub incerto, & Apocrypho nomine dantur, & virorum innocentum nomina quiesque turbatur, qui immemores sunt Sāctissimam esse ciuilem scientiam teste Bossio in tit. de accusat. nu. 3. quòd ex his notificationibus incertis sequuntur

tur mille vexationes, & calumnia comperta non potest accusator condemnari in expensis, quod est impium, & huic morbo occurrit Senatus per decretum cuius ibi meminit Bossius.

Ex hoc sequitur, quòd si quis in contumaciam cōdemnatur virtute sententiç latę ad delatiorum incerti authoris nulla erit condemnatio Bald. cons. 426. lib. 5, & stante nullitate hac non egebit condemnatus admissione ad nouas defensores quia, quòd fit lege resistente adeo nullum est, vt nec oriatur obligatio aut naturalis, aut ciuilis, l. non dubium C. ll. Baiard. ad clar. q. 15. nu. 4. quod satis clarè explicat Constitutio dum dicit processus sit nullus; & nullius momenti, & Iudex puniatur, quam obseruantiam Constitutionis huius status tam enixè præcepit fel. recordationis Rex noster Philippus secundus licèt paulatim vt video mali mores, & inueterati abusus renascantur, & tamquam herba irrigua succrescant.

Cęterum hæc obserua tu, qui Iudex es, vt diligenter inspicias quisnam ille sit qui accusat, an sit partus suppositus ab aliquo prout multoties vidi in Curijs in quib⁹ multi prætimore ne puniantur vti accusaturos, calumniatores supponunt stipites, & truncos, qui accusant quorũ copiã in fine causæ impossibile est habere, vel supponuntur aliqui forenses viles ad excludendũm accusatoré, in quibus fraudibus detegendis oculus Iudicis requiritur, vnde sicuti in ciuilibus, non suppositus contra suppositum non auditur nisi satisdet, ita in criminalibus ob seruãdum foret in quibus de maiore præiudicio agitur, iux. Boss. in citato loco de accusat. nu. 4. nisi is forensis suam, vel suorum iniuriam prosequatur.

Dum verò infra dicit erectum esse officium Fiscalium qui vices querelantium subeant, & iudices promouent ad procedendum, adeo vt si certus non sit querelans ad fisci instantiam procedatur, Verùm Fiscales nostri ita se modestè gerunt vt si eos non adiuuat accusator remisse agere soleant criminibus attrocissimis exceptis, denique ita se ad procedendum accingunt, vt in ipso rigore erga reos sint mansueti, quòd si fecisset quidam amicus meus nõ fuisset in morte truculenta pœnas elationis, & arogantiæ

suæ

suæ ipse fœlix quem faciunt aliena pericula cautum de his agit clar. q. 3. vers. sed certè.

§. De officio Sindici.

Eodem folio 5. à tergo ibi erecta est etiam constitutio linea 10.

Visus horum Ancianorum fuit per necessarius, sicuti vt Consulum terrarum sine quorum opera multa delicta in tenebris delitessèrent.

An hi etiam delictum patris, aut filij denunciare teneantur vide Steph. de Feder. de interpret. iur. par. 3. nu. 36. Camill. Gallia de verb. signific. lib. 10. cap. 3. nu. 26. Hier. Gabr. cons. 175. vol. 1. & ibi, quòd pœna Constitutionis locum non habet in delictis commissis ab his contra quos non potest quis cogi ad testificandum quæ personæ recensentur à Ploto in repet. l. si quando num. 149. C. vnde vi vers. 7. amplia.

An excusetur Syndicus à non denunciando maleficio qui iurauit, sed officium non exercuit, quia non erat legitimè electus Montesprell. 148. 149. Bald. in l. Iul. in lect. ff. testibus.

Quod scilicet ab alio præuentus non notificat an excusetur vide Aretin. in sua ptact. in ver. ad denunciationem nu. 34. Bart. in l. cum seruus ff. verb. obligat. Bertazol. cons. crimin. 385. nu. 3.

An furtum, quod est delictum priuatum sit denunciandum Cõstitutio omissit, quæ loquitur tantùm de robaria inter quæ magna est diferentia Plot. in repet. l. si quando C. vnde ui num. 708, & seq. sententia mea èst inconsultè fuisse omissum, & imprudenter nam etsi insultus, & percussiones sint delicta priuata attamen denunciantur præter id, quòd vbi furtum magnum est æquipollet robariæ, nec Senatus impunitũ relinquit, etiam, quòd accedat partis remissio vt supra memini. Caball. resol. crimin. casu 28. nume. 8. vbi quòd vnum furtum magnum æquipollet tribus paruis.

Non tenetur denunciare parua delicta Corn. cons. 77. lib.

lib. 2. tiraq. in suo tract. de Iud. in causis exiguis Brun. in 3. vol. de Constituto in verbo Sindicus.

Plura ad dictam Constitutionem vide apud Alber. Brun. dicto tract. in verbo Sindicus Nicolaum Loseum Senatoré Serenissimi Ducis Sabaudiæ in suo insigni tract. de iure vniuers. par. 4. tit. de delictis, vel quasi vniuersitatis, ibi enim est præcipuus locus quem libenter legi, cum cumperijssem eum esse affinem meum, dum in Ciuitate Taurini essem, & ab eo liberaliter donatus hic dum ad me salutādum venisset, quem nunquam aut videram, aut cognoueram, offendit me eius librum legentem, quo viso lętus fui, vnusquisque enim iungitur titillatione gloriæ, tum quia colligatus vinculo affinitatis, tum quia studiorum similitudo in fœdere amicitiæ coniungit homines.

An excusetur à noua denunciatione facienda puta virtute alicuius proclamatis si primo denunciauit vti Sindicus virtute Decreti vide Bertazol. cons. 385. negari non potest lib. secundo.

Cæterum cum ad vtilitatem practicātium non iniucundum erit, aut infructuosum hæc in quandam summulam colligere ad ornatum huius constitutionis.

Primo quòd isti Syndici, seu Consules tenentur iurare se benè, & fideliter officium suum administrare Bald. in l. 2. nu. 7. C. bon. hac. lib. 2. Et dicuntur tutores. Alba. cōs. 395. Et vti Sindici causarum singulorum de Vniuersitate, & dicuntur etiam Defensores, quia inde nomen accepere Virg. Boccat. in Const. Ticini. Glos. 6. nu. 18. fol. 102.

Secundò. Quòd tenentur de dolo, & lata culpa, & de exacta diligentia, quia mandatum ab Vniuersitate susceptum debent fideliter implere Bald. in l. 2. nu. 15. C. episc. & Cler. Quare caueant, ne dolosè ommittant, aut etiam per latam culpam dolosè denunciare ne in pœnas legales incidant, cum comparentur, seu Tutoribus, seu Curatoribus, seu Procuratoribus. Quare etsi Constitutio imponat pœnam scutorum decem in casibus, in quibus pœna corpus afficiens, vel confiscatio bonorum imponenda sit, non tamen includitur pœna eis debita ex falsa denunciatione, & notificatione, Puta quando accipiunt pecuniā, vt aliquem falsò denuncient iux. Bart. in l. lege Cornelia.

ff.ad l.Cornel.de falsis,vbi dicit nota contra Sindicos Cõmunitatum,qui pecunia accepta aliquẽ falsò denunciãt.

Quæ pœna reciproca est contra hos,qui curant aliquẽ denunciari falsò,& hæc sæpe in facto contingunt, de his late Menoch. ad declarationem Constitutionis in tract. De arbitr.iud.casu 323.Vbi quòd puniuntur vti præuaricatores si tacent veras probationes.

Tertiò.Ne nimis asperè cum his Sindicis agatur,qui vt plurimùm sunt Idiotæ,& in insulsorũ numero relegandi, scias eos tantùm teneri de euidenti calumnia,nõ præsumpta,ideò non tenentur probare contenta in denunciatione,sed solùm ea facere ; quæ præcipit Constitutio hoc in loco versiculo,Hæc omnia l.2.C.His,qui accus.non poss. Vbi quòd necessitas officij eos excusat ab hac præsumpta calumnia tenentur pœna Senatus consulti Turpillani , vel extra ordinem puniuntur iux.Menoch.dicto casu 323. quia nullam habent in euidenti dolo deprehensi excusationem innocentiæ,latè Mascard.De probat.lib.4.cõclus. D.V.nu.3.In signis locus dicto loco nu.71.72. Vbi ad eorum excusationem addit,Quòd si ad aliorum suggestionem denunciant,Isti instigatores sunt personæ quibus verisimiliter credi debet,nullam personam , quælibet enim causa colorata eos excusat iuribus notissimis, & est Dec. Io.Marc.26. Quæritur,quia fuerunt lib.primo quem sub nu.356.lib.2.allegat Losæus, Verum error forsan est in impressione nam liber meus est Lugduni impressus anno. 1584.

Quartò.Non tenentur quando vt supra dixi fuerunt ab alio præuenti puta à principali offenso , vel à Iudice inquirente qui succedit loco accusatoris, Ego tamen in terminis Constitutionis quæ eis præfigit terminum ad denũciandum,& quæ per verba geminata imponit necessitatem denunciandi haud eos posse denunciari existimarim, nec vnius diligentia releuat Syndicum à munere , quòd sibi assumpsit, nam alioquin sequeretur absurdum, quòd delicta non ita innotescerent, & mille imposturæ componerentur ad offuscandam veritatem delictorum reperi postea Senatũ ita edixisse in anno 1575.die 15.Ianuarij id Auctore supra hac eadem prima parte in cap. incipiente

visis

visis quoque versiculo. Neque releuaret fol. 4.

Quintò. Ex dispositione huius constitutionis in verbo a solis ortu, vsque ad occasum. Dirimitur quæstio an teneatur denunciare delicta clandestina nam cum ex officio suo teneatur inuestigare delicta quę de die fiunt, & de nocte, non est excusandus si dicat eum nullam scientiam habuisse cum præsumptionem habeat cōtra se, quòd non ignorauerit, & hoc modo cessat consideratio Camilli Gallinij de verb. signifi. cap. 31. nu. 25. lib. 20. per actualem interpretationem huius Constitutionis nostræ quam ille non examinauit, sed innixus communibus regulis, nostra Cōstitutio necessariam esse dicit denunciationem in vtroque casu, tam delictorum de die quàm de nocte commissorum concedendum maius tēpus in nocturnis, vt excludat allegationem ignorantiæ, nec Constitutio dicit à die scientiæ, sed à die criminis, vel excessus commissi, non nego tamen si delictum esset adeò occultum, quòd verisimiliter deuenire haud potuerit in notitiam Sindici, quòd hoc tempus ei non currit, & ita resoluuntur quæ cōgerit Tiraq. de retract. leg. §. 35. in verbo ignorans glos. 4. nu. 18. cum multis seqq. & ita intelliguntur adducta per Marsil. in l. qui ignorans num. 24. ff. ad l. Cornel. de fals. & in l. qui falsum nu. 74. ff. eodem iunctis alijs cumulatis à Iosæo sub num. 78. cui addo Barbat. inter cons. calcan. 66. nu. 6. in fine. Pet. Rouen. in sing. 274. vbi dicit, quòd Sindicus nunquam excusatur prætextu ignorātiæ nisi constet de diligenti inquisitione cit. Bald. in l. p. C. ad sen. cons. Maced. ad hunc locum faciunt quæ trad. farinac. in 1. lib. tit. de inquisit. q. 10. num. 13. in illa quæ an præscriptio in delictis, currat à die delicti, an à die scientiæ, vbi si opus erit per se videre poteris. Et nota quòd cum constitutio grauet ancianos ad denunciandum maleficia nocturna largitur maius tempus dierum decē.

His adiungitur, quòd si delictum fuisset aliquo modo præscriptum, & completa præscriptione eius notitia deuenisset ad Sindicum non teneretur ad denunciandum, quia Constitutio intelligitur de delictis punibilibus, at præscriptio succedit loco absolutionis, vt latè dicam Deo dante in materia præscriptionis delictorum ergo &c.

Sex-

Sextò. Dum eadem Constitutio imponit necessitatè denunciandi in delictis, quæ committuntur à solis ortu, vsque ad occasum, considerat, quòd ea facilè innotescunt Sindicis scilicet in mane, in aurora, & diluculo vsque ad occasum solis, vsque ad Vesperas, seu sero, nam totùm hoc tempus, quo homo aspici potest adscribitur diei viden. Marc. Ant. Eugen. cons. 63. nu. 20, & seq.

Septimò. Succurrēdū est Sindico, qui vadit ad Prætorē, & eum reperit absentē, vt intra tempus præfixum à constitutione compareat ad tribunal, & protestatur iuxtà doctrinam Bart. in l. 2. §. item si nu. 9. ff. si cq. in ius voc. non erit, iux. id quòd dicitur de appellatione interponenda coram honestis viris.

Octauò. Nō excusatur Sindicus, qui cōsultò ex pluribus delinquentibus eorū aliquem silentio supprimit, & celat, nā nihilominus tenetur ad pēnā Constitutionis quia nō perfectè denunciauit Alex. in l. minoribus num. vlt. C. His qui vti indig. & ibi Pau. Castr. sub nu. 5. quòd omnes participes debet accusare aliàs puniretur si vnum omitteret.

Nonò. Circa officium Sindicorū Cōmunitatū versatur Specul. in 3. parte primæ partis tit. de actor. Sindico, & œconomo, hic igitur constituitur vt singulorum de Collegio, & vniuersorum persequantur, & defendant iùs de his agit Petr. Gregor. in Syntagm. iuris vniuers. lib. 15. cap. 40.

Decimò. An teneatur Sindicus denūciare semetipsū cōcl. Losoeus. sub nu. 84, quòd si Sindicus verè commisit delictum non tenetur se ipsum denunciare, & hoc credo verum, nam si quis potest seipsum redimere quoquomodo iux. not. in l. qui explicandi, & ibi per Bart. C. accusat. etsi licet reo obiecta crimina etiam cum iuramento negare nec de periurio punitur iux. celebre cons. Laderch. 203. nouum hoc est genus ergo à fortiori licebit, non denunciare semetipsum ne videatur suscipisse mandatum contra se, quare indistinctè hoc admittendum videtur, ne quis propriam salutem negligere videatur.

Vndecimò. Elegās est quæstio an teneatur denūciare delictū de quo laboret fama publica cōtra aliquē si ipse sit

certus

certus, quòd illud non commisit, Deciditur hoc à Castr. in l. cum quædam, quæ est lex 30. §. 1. nu. 7. ff. acquir. hæred. ratio est, quia non debet stari credulitati suæ, sed ei, quod communiter dicitur, aliter punitur, nec refert, quòd postea innocens appareat, quia publica vox, & fama excusat eum à calumnia.

Duodecimò. Denuntia facta ante Sindicatũ adeptũ releuat à denunciando post Sindicatũ, quia iã est satisfactũ causæ ob quam requiritur notificatio Paul. Castr. in l. si si quis, quæ est 18. ff. iniur. Rap. rest. per casum illius legis per quam si extraneus institutus adoptetur noua institutione, vel ex hæredatione opus non est.

Tertiodecimò. Sindicus tenetur denũciare maleficiũ durãte tẽpore suo cõmissum licet tẽpote denũciationis non sit amplius Sindicus, quia inspicitur tempus patrati delicti, non autem tempus denunciationis Iosæus ibi num. 86. citans Bald. in l. nam & seruus §. vlt. ff. neg. gestis, & est de reliquijs officij sui Hier. Gabr. cons. 175. in fine vol. primo.

Decimoquartò. Tenetur denunciare homicidiũ de bannitto cõmissum, quia nõ pertinet ad Sindicũ cognoscere an delictũ sit impunibile cũ sit merus exequutor Losæus ibi nu. 90. Cui addo, quia occidens bannitum in praxi nostri fori tenetur se consignare in carceribus, nec admittitur per procuratorem in quibus cognoscitur de iustitia banni Clar. §. fin. q. 32. vers. Quæro modò, & hoc non ab re, nam multa contra possunt opponi ne bannitus potuerit impunè occidi, ideò concludo Sindicatum teneri denunciare delicta impunibilia. Straua de mercat. prima par. num. 86. Hier. Pitagor. decis. 60. num. 10.

Decimoquintò. Quòd delictum cõmissum in cõfinibus, seu in locis Limitatis, Sindici vtriusque loci tenentur denunciare Iosæus num. 88.

Decimosextò. An absoluto delinquãte agi posset cõtra Sindicũ Boss. tit. de captura num. 50. Ias. in §. pœnales nu. 42. Institutio action.

Decimoseptimò. Sindicus non tenetur denunciare nisi delicta, quæ sunt intra territorium commissa, non extra Hier. Gabr. consil. num. 10. lib. primo.

An

Decimooctauò. An debeat consequi partem accusatoris virtute bannimentorum Salic. in l. & quid com. C. accus. Ang. in l. si va-cantia C. bona uac. lib. 10.

Decimononò. Ad declarationẽ Constitutionis sub tit. De accusat. vers. Et eo amplius, & nota q dum requiritur inter nomina, & cognomina Testiũ, qui ipsis delictis interfuerunt, intelligitur de veris non autem falsis, quia illi nõ possunt dici testes Menoch. dicto casu 323. n. 16. & meritò, quia nummus falsus, non est nummus, nec debet esse in potestate Consulum his artibus eludere Constitutionem ad publicam vtilitatem editam.

Decimoseptimò. Anciani denuntiare tenentur blasphemos si aut eos audierint, aut ab alijs intellexerint sub pœna priuationis officij, & aureorum decem extat Cõstitutio sub titu. De pęnis. §. seuerè. vers. Anciani Parochiarũ

Vigesimoprimò. Cõstitutio præcipit, quòd commissa pęna ob nõ denũciationẽ, quòd nihilominus sub cõsimili pęna teneantur iterũ denuntiare, vt in versic. & nihilominus, & hac ratione hoc fuit statutum, quia dispositio non cõsideratur in primo actu quando illa iuxtà intentionẽ statuentis effectum habere non potuit. Tiraq. l. boues. §. Hoc sermone lim. 6. ff. verb. signific. cum simil.

Vigesimosecundò. Eadẽ Cõstitutione præcipitur, quòd pęna per eã in dicta fiet cumulatiuè, seu augmẽtatiuè ad pœnã cõtra hos proditã ex statutis. Idem etiã dico iuris cõmunis, quia inducta ad augẽdum, & in odium, nõ denũciantis non debent operari diminutionem.

Vigesimotertiò. Quòd contra hos Consules agitur criminaliter ex eo, quod pecuniaria pœna fisco applicatur. Farin. diffusè in tertio to. crimin. q. 105. nu. 10. cum seqq.

Vigesimoquartò. Quod eligãtur Anciani Parochiarũ cautum habetur in Statuto Mediolani sub c. 189. in 2. vol.

Vigesimoquintò. Quòd etiam teneantur erga meretrices aliqua denunciare Potestati, & officio Bulletarum cauetur sub ca. 472. in secundo vol. stat.

Vigesimosextò. Quòd pro debito viciniæ capi non possint habetur in cap. 185. in secundo vol. stat.

Vigesimoseptimò. Sindicus quis sit, & eius officiũ Caspan. in primo vol. stat. c. 5. n. 5. & quæ sint necessaria in eo

constituendo cap.65.num.6.7.in primo vol.stat.

Vigesimooctauò.Cōstitutio obligat Cōmunē,& incolas locorū,& vicinos loco Consulis si inhabilis sint ad pœnam pecuniariam soluendam,si illi defecerint in notificando,& est æqua ratio vt eis imputetur de mala electione iuxta notata in ca.Gratum de postul.prælat. Tiraq.l.ones.§. Hoc sermone prima limitatione nu.32.& seq.

Vigesimononò.Nota pœnā impositam Iudici negligenti agere cōtra hos Cōsules,seu Antianos ad pœnæ exactionē vt ex ære suo proprio fisco dāna resarciat,ratio est quia Iudex negligens priuatur salario, & omni emolumento ratione officij Farin.tom.3.q.111.nu.417.& seqq.numeris.

Trigesimò,Hæc notificatio facienda est,si delictum cōmissum foret per forensem,cōtra alium forensē,licèt statutū criminale quod ad litterā refert Author excludat hūc casum hoc modo;(superius descripta locum non habeāt, si Misclautia,ferita,vel Homicidium fuerit inter foresterios) ea autem est ratio, quia etiam statuta pœnalia habent locum,& ligant forensem delinquentem in loco statuti Marsil.in cap.Postulasti nu.16.De foro competen.Felin.in cap.A nobis el primo de senten.excommunic.Abb. circa fin.nu.44.& ibi Felin n.24. De foro compet.Quamobrem hæc statuta pœnalia ligarent nisi inducta quoque esset necessitas,ea delicta notificandi per Constitutiones reiecto illo statuto criminali abolito, quare tantùm hæc Constitutio seruanda est, abrogato antiquo statuto, notatur in cap.primo.De Constit.in sexto l.Non nouum. ff. ll.cum seqq.l.pacta nouissima.C. pactis.l.si quis in principio de leg.3.

Trigesimoprimò.Titulo, quod per ordinarium Iudicium, cessat extraordinarium. Nec quomodo an superueniente altero ex nominatis in hoc capitulo cesset officium Iudicis ex officio inquirentis,superflua est nostris tēporibus, & ex omnium Curiarum nostrarum consuetudine adeò ut infructuosum sit differere vtrum remedium sit ordinarium , vel extraordinarium vt apud Clar.q.3. vers.sed certo,ideò ad alia.

§. De

§. De Publicanis.

Folio 7. In Rubrica incip. D. Potestas. De arbitrio procedendi contra Daciarios.

HOc ſtatutum indiſtinctè ſeruatur,& hi Daciarij exoſi habentur à legibus,quia in eorum officio nullum genus commenti prætermittunt ad fraudandum homines, & hi tenentur etiam pro delictis famulorum ſuorum l. prima.§.familiæ.ff.publican. & inſolidum tenentur, nec liberantur exhibendo ſeruos pro noxa Iul.ferret.De Gabell.nu.217.verſ.An teneantur,& de varijs contra hos pœnis agit ſub nu.212.& 213:Qui tractatus eſt inſertus inter vol.tractuum tom.12.& tenentur ad expenſas, & damna Bertaz.conſ.crimin.207.num.primo. Hancque infinitam audaciam prædicat tex.crimin.in l. Quantæ audaciæ.ff. publican.Cõtra hos Franc.March.q.421.par.2.Vbi quòd exigens tributum, ſeu gabellam præter debitum ſcienter committit furtum,ſi ignoranter tenetur ad duplum, & ſi mercatores recuſant tranſire per illud Territorium ad intereſſe.

Folio 8. Cap. Initium Regiminis.

NOn ſeruatur, quia officia biennalia ſunt, quæ à ſolo Principe dantur,& exercentur,ſtatim atque litteræ patentes è Cancellaria Principis leuantur,& iuramẽtum præſtitum eſt de exercendo ſincerè officium. De hoc Apoſtill.ad ſtatutum in ſecundo vol.6.tit.De elect.D.Poteſt.& eius ſalario.

Folio 3. Capitulo vbicumque.

§. De officio Vicarij Prætorij.

HOc non ſeruatur nam adeſt particulare ſtatutum de electione Vicarij ſub cap.12.2.vol.ſtat.& eligitur vnus ex quattuor nominatis à Vener. Collegio iuriſperitorum;& olim non nominabatur aliquis ex I. C. dicti

E 2 ol-

Collegij,& meritò, quia debet esse distinctio personarũ inter eligentes,& electos, at postea datis precibus Senatui obtinuerunt vt se ipsos possent nominare, tamquam non sit præsumendum eos,qui nobiles sunt posse declinare à iustitia gerenda, vel ad dexteram, seu ad sinistram. Quam rem non potui ego vnquam probare præsertim cũ habeant duos Causidicos,qui dictum Vicarium Sindicãt quo casu nimis vilescere videtur eorum dignitas,cum prę ter Doctoratum sint omnes Comites, & insignia Comitum palam gerant ex diplomate Pij Quarti Pont. & si enim habentes potestatem eligendi possint vnum ex se ipsis eligere,vt apud Abb.in cap. Cum in iure, quod est 23. De elect.Sic auctoritatem nominandi, attamen cum prisci illi,ac præstantissimi præcessores sui abstinuerint à se ipsis nominandis, tamquam hoc non careat nota ambitionis, laudabilius egissent si eorum vestigia fuissent sequuti. In quo videri potest Lambert. Epis. Insul. in suo tract. De iure patron. in 8. q. princip. 1. par. 2. lib. incip. expeditus. Ibi enim desumi possunt multa ad prosternẽdam hanc nominationem, etsi ea fundamenta Senatui proposita fuissent non facilè consensisset eorum nominationi, sed recta via ex eius arbitrio alios eligisset; Non enim facile mutanda erant quæ antiquam obseruantiam accepere,& habuere, attest. Carpan. ca. 12. tit. De elect. Vic. imo hoc etiã video deduci ex ipsomet statuto dũ granat I. Cõsultos Colleggij ad se informandum aliunde,neque enim alia informatione opus esset intereos cum recepti, & cooptati idonei, etiam ad maiora iudicantur nisi forsan respondeant, quòd in eo munere in quo consistit nerius ferè omnium causarum ciuilium huius Prouincię desiderabatur aliquis spectatæ nobilitatis,& eminentis scientiæ, quæ non aliunde petendæ erant quàm ex eo Iuris promptuario, quod penes eos tamquam in legitimo domicilio conquiescit, & hoc ante oculos Senatus versatum fuisse arbitror omissis his,quæ contra adduci possentè latere reliquorum I. C. qui non fuerunt auditi. *Vicissitudines temporum sic ferunt,& nihil sub sole certum.*

Ibi

Ibi in Vers. Neque releuaret.

SAtis supra dictum est in materia Sindicorum, & Ancianorum.

§. Accusatio.

Ibi in Vers. Aduertere etiam debes fol. 9. lin. 13.

QVòd in processu supprimatur nomen accusatoris, multis in casibus, sicuti, & testis, id summa cum ratione factum est vt in crimine hæresis,& sic læsæ Maiestatis diuinæ, vt per director. inquis. 3. par. tit. de modis sex tradendi copias processus delato de hæresi suppressis delatorum nominibus, & ibi in additione,& in q. 75. tit. an nomina testium sint delatis publicanda.

Sic nec nomina testium sunt edenda parti aduersariorum potentia vigenti; nam disparitas inter litigantes debet attendi si quidem vna pars est potentior altera, præcellitque diuitijs, & honore, quia iustus est timor subornationis comminiscendæ, & qualis, quantauè sit potentia relinquitur arbitrio Iudicis Thom. triuis. decis. 44. breuis lib. 1. Caus. ciuil. Octau. Vest. lib. 6. Capitulo 2. nu. 18. Philipp. Massin. ad l. 1. C. edendo num. 79. vers. succedit modò fol. 110. Vbi autem sunt producti, & examinati, tunc petenti eorum nomina sunt edenda ad finem opponendi contra personas, vbi vero non sunt examinati ob causam prædictam non sunt edenda eorum nomina parti, sed satis est ea nominare iudici, vt per Massin. nu. 80. in fine.

Fol. 5. Capitulo 2. Incip. Querelans.

QVòd teneatur accusator in libello exprimere nomē, & cognomen suum, cum hoc conueniat Constitutio tit. de accusat. §. nec etiam admittere possunt & de hoc supra dixi eadem ratione debet esse certum nomen accusati, aut qualitates sufficientes rei, Clar. q. 10.

verſ. Scias, etiam, vbi requirit hæc tria, nomen accuſatoris, accuſati, & iudicis.

Ibi ne delictum commiſſum; cum his quæ ſequuntur. Linea 28. fol. 9.

HAec omnia deducuntur à famigerata l. libellorum de accuſ. ſi enim hæc non ſpecificarentur Iudicium eſſet nullum cum accuſatio foret incerta. Farin. de inquiſ. q. 1. nu. 11. uerſ. tertium requiritur.

Ibi non agatur de delictis.

BOſſ. de inquiſit. num. 90. 91. vbi, quòd in inquiſitione falſi, tempus, & locus commiſſæ falſitatis apponatur. At contraria opinio, eſt communis vt per Farin. q. 1. nu. 13. Plura enumerat Sigiſm. Scaccia ad tract. cauſarum ciuil. & crimin. cap. 51. de libell. accuſ. n. 20. uerſ. De anno dati libelli.

Quid ſi accuſator non opponat dicit Scac. valere libellum nu. 34. uerſ. 3. difficultas.

Ibi vel niſi de illo qui eſſet Foraſterius, vel Vagabundus. Fol. 9. Linea antepenultima.

IN vagabundo, & extero, cuius nomen ignoratur, non eſt neceſſaria nominis expreſſio.

De hoc ſcripſi in meo opuſculo ad Ambroſinum in lib. primo Cap. primo.

Quid ſi accuſator eſt aduena: An teneatut fideiubere vide Scacc. dicto cap. 51. nu. 19. in fine.

Ibi, & ſi reus extra mi petat diem fol. 9. linea penultima.

VIde Clar. q. 12. verſ. Dixi etiã. Vide plures quæſt. per Scacc. d. q. 51. nu. 34. verſ. 3. Difficultas cum ſeqq. numeris.

Adde etiam, quòd falſa demonſtratio diei vitiat probationem criminis. Bald. in l. prius num. 46. C. his qui accuſ. non poſſ. vbi concludit, quòd non ſecus in falſa menſis expreſſione quia deficit tempus, quod eſt de forma Iuditij.

Et

Et an opponens crimen contra testem debeat specificare locum delicti, tempus, & circumstantias, & quid de die, & hora Baiard. ad Clar. q.24.nu.13. 14.

Ibi continere etiam debet tempus datæ querelæ. fol. 10.*lin.* 3.

RAtio adducitur in l. quærelam C. falsis,& ex his,quę ego plenè scripsi in tract. de præscript. delict. prope diem excudendo.

Fol. 10. *Incip. Querelat.*

FOrmula quærelæ pro delicti veritate variè etiam formari solet, & solemnitas in accusando amplius non seruatur, ideo attende ad titulos, & inscriptionem delictorum, quando deferuntur; nam vnum quodque delictū tibi suppeditabit formulam, si sciàs quæ sint requisita ad illud delictum, & scias, quòd vis tota est in conclusione ipsius accusationis quare caue, si quem accusas de furto, ne concludas in robaria, ne insciencie tuæ adscribatur, quòd nescias inter vtrumque discernere, etsi Decretum dicat, quòd Pax furi prosit, vide ne illiud trahas ad rapinam, hæc enim sermocinatio integrè tractata non posset absolui.

Ibi, & in delictis. fol. 10. *linea* 5.

§. *Delictum*.

CAue ne decipiaris nam præscriptiones variá habent temporum curricula, quandoque longiora sunt, quādoque breuiora, & in actione de dolo est biennalis Farin. q. 15. nu. 22. iniuria annalis est q. 10. nume. 21. & de multiplici genere dico in libello præscriptionum criminalium.

Folio 12. *cap.* 3. *Incip. sed antequam.*

QVando constat de delicto plenè Boss. de delict. Clar. q.4. & cæteris plenius Scac. q.71. tit. De denūtiat

num. 3. vbi distinguit inter delicta facti permanentis, quæ relinquunt post se vestigia, & delicta facti transeuntis furtum puta sine factura, alapam percussio non sine liuore, adulterium, hæresim, & alia delicta, quæ animo cōficiuntur. Et de pertinentibus ad hanc partem, & ad visitationem quę fit per notarios scripsi ad praxim Ambrosini .in lib. 1. cap. 1. Et ibi recensui nonnullos ordines Senatus, qui sunt in viridi obseruantia plura apud Sigisin. Scacc. cap. 83. De inquisit. Gen. nu. 12. cùm seqq. vbi desumuntur hæ quæstiones.

Prima Inspectio. Inquisitio delicti per euidentiam rei quomodo sit facienda, & quanti referat in describendis vulneribus descriptio eorum, & an sint punctim, vel cæsim, & in quam corporis partem illata, & quo armorum genere.

Secunda. Chyrurgi, & Medici ad inspicienda vulnera quot adhiberi debeant.

Tertia. Relatio notarij an sufficiat ad hoc, vt dicatur cōstare de corpore delicti.

Quarta. Ab alio fieri an possit præterquam à Notario, & Iudice, & quid seruetur in stupro.

Quinta. Testes an adhibendi in recognitione corporis delicti, & an debeant esse periti in rem recognoscendam.

Sexta. An sit necessaria inspectio cadaueris, si adsunt duo, vel tres testes qui oculatim deponant contra delinquentem, quòd commiserit homicidium.

Septima. In delictis autem quæ sunt fori transeuntis, quorum non remanent vestigia puta in furto sine fractura, & in percussione alicui manu vaccua illata, in stupro, adulterio, dic vt latę per Mascard. de probat. lib. 2. concl. 830. nu. 7. Clar. quæst. 55.

Fol. 15. atergo. Ibi, quòd Vulnerato linea 24.

§. *Assertio Vulnerati.*

De viribus assertionis vulnerati grauantis aliquem an sufficiat ad inquirendum, & ad torquendum præter Clar. q. 20. vers. assertio vulnerati vide Menoch. de arbitr.

bitr. iudic. cas. 99. nu. 6. Mascard. de probat. conclus. 244. Baiard. ad Clar. d. q. 21. nu. 56. ceterum in hoc art. ordinarie proced. Farinac. q. 46. tit. de ind. & tortura. Et ibi firmat conclusionem negatiuam cum multorum fallentijs, ex cuius longo examine hæc in rem tuam elicio.

Quod si vulneratus dicat se mori aut culpa medici, aut propter malum regimen uitæ suæ, an hoc excuset delinquentem. In verbo confessio offensi.

Communem esse opinionem negatiuam, quòd non faciat indicium ad torturam per tres rationes ibi adductas lim. vt faciat aliquam præsumptionem ibi num. 17. quæ à Doctoribus leuis, & vilis appellatur. 2. lim. vt faciat indicium ad capturam, nam ad eam sufficit simplex, ac summaria informatio saltem quando assertio facta est in mortis articulo.

Tertiò. Vt nullum faciat indicium si vulneratus conualuit, & superuixit ibi num. 24.

Quartò. Sufficit ad inquirendum specialiter quando nominatus fuit à vulnerato in mortis articulo ex quo mortuus est ibidem.

Quintò. Etiam si vulneratus superuiuat sufficit ad Inquisitionem generalem nu. 25. & licèt Farin. apperto marte congrediatur contra hanc distinctionem, num superuiuat vulneratus, vel ne. Attamen Mediolani passim seruatur, & Senatus æqui, ac iusti amantissimus hàc distinctinctionem inconcusse obseruat, & si quis me consulit, qui de homicidio arguatur. Primo eum interrogo an à vulnerato sit in eius visitatione grauatus, quod si ille affirmat statim in ancipiti discrimine eum versari respondeo, cū vix sit qui n leuia etiam adminicula post assertionem consequantur ideoque vt sibi caueat moneo, cum in tali assertione magnam Iudicij vim sitam esse nō dubitem, nimirum si Farin. qui non accedit obseruantiæ nostræ sub nume. 34. Dicit tamen ex praxi Curiæ Romanæ decerni capturam ex tali assertione, mox subsequente fuga inculpati formata inquisitione perueniri ad condemnationē capitalem.

Sextò. Fallit si concurrat aliquod leue adminiculum puta fuga, trepidatio, variatio, simplex mendacium in

quo

quo iudex,& rectè,suspicit, qualitatem morientis,an sit vitæ exploratæ,cum circa ista adminicula non possit tradi certa regula num.36.

Septimò. Licet aliqui tenuerint negatiuam non proced.quando vulnus illatum constituto in articulo mortis non posset per alios testes probari, puta quia de nocte, vel in loco secreto,attamen eorum opinio confutatur ab eodem Farin.nume. 37.vers.lim.5. cum sequentibus numeris.

Octauò.Retinenda est negatiua,etiam si assertio sit iurata,aut ad præsentiam iudicis, siue etiam facta sit post susceptionem Sacramenti Eucharistiæ nu.44. Hæc enim iuncta non operantur, vt ex tali assertione ad torturam procedatur.

Nonò.Ab hac negatiua,non est discedendum, ex eo quod vulneratus sit vitæ inculpatæ nu.47.Ratio est,quia quando testis tractat. de suo interesse proprio ei credendum non est,etiam si dignissimus sit.

Decimò. Non stari assertioni, etiam quod offensus offerat se velle stare ad torturam cum inculpato Mascard. conclus.1129. num.20. 21.

Vndecimò.Plurimum tamen in actu practico ponderandum esse arbitror, vt iudex respiciat ad qualitatem personæ asserentis,an esset mentis compos. Farinac. Ibi nu.49.lim.primo.An assertio sit cum iuramento ibi num. 50. quia sine iuramento nullum faceret indicium, cum nec testi sine iuramento credatur.

Aduertẽdum est etiã ne in assertione fiant suggestiones à propinquis,vel amicis,qui uel aspirant ad hæreditatem,vel vindictam, vel ad eliciendas pecunias ab his quos procurant nominari,parum curantes, quod ille ædificet ad Gehennam ignis æterni, sicut in exculpatoribus Iudex debet laborare,ita vt contrariorum eadem sit disciplina,in inculpationibus; nam æqua lance hæc duo metiri debemus.Et paucis ab hinc diebus obtulit se mihi quędam mendicata assertiò, ex qua ille fuit indebitè grauatus,vt non immeritò illius vices indoluerim.Quòd carceres,denique tormenta innocens ille subierit, vt non mirũ mihi videatur si ille Capistronus Patritius Neapolitanus

& Ad-

& Aduocatus Fiscalis, qui edidit opusculum conscientiæ sponte se Magistratu abdicauerit, vt inquit Boss. in tit. De examin. Reorum nu. 4. Rursus putarem minorem adhibẽdam fidem huic assertioni si delictum posset per alios testes probari, ut ibidem num. 53.

Nec omittendum est, quod licet assertio faciat indiciũ ad torturam non tamen ad condemnationem. Ibi nu. 55. vers. lim. 6.

Vlterius non progredior, quia animus est in Theatris publicis, quæ mirabili etiam sumptu extructa sunt super platea maiori è regione Ecclesiæ matricis in quibus spectanda sunt publica millitaria certamina ob lætitiam natiuitatis filij Regis nostri, cuius imperium Deus augeat.

Folio 15. Litera talis Iudex.

§. Citatio.

Formulæ præceptorum pro consuetudine Regionum variantur at Mediolani hæc solent haberi impressa ab Actuarijs rerũ criminalium. Primo præcepta ad perhibendũ. Secundò ad allegandũ. Tertio mulcta. In qua solent iudices esse valdè circumspecti in ea transmittenda, ne ipsi teneantur, de his agit Bertazol. conf. crimin. 77. in princ. Vide Constit. tit. De Senatoribus. §. Cum autem criminales vbi succurritur indebitè mulctato, per recursum ad Senatum, non tamen adhuc vidi aliquem iudicem mulctatum eo quòd mulctam ad Regiam Cameram indebitè transmiserit iux. terminos d. Constitutionis. §. Cũ autem in versicu. Ea tamen lege. Recurre ad Boss. titu. de Mulctis.

De ista secunda citatione ad allegandum vide Boss. ibi nu. 6. Claud. ad Bertazol. patrem 79. in appost. incip. quæ citatio lib. 1. plenè circa hanc formulam Farinac. q. 18. nu. 44. Caball. resolut. crimin. casu 81, & 77. Arymin. Zepol. casu 304.

Et ne hæc mulctarum materia quæ frequens est in Iudicijs criminalibus, cum audiantur vndique reorum voces clamantium plus æquo se fuisse mulctatos, & nulliter,

ne-

negligi videatur, non erit ab re aliqua ad materiam con- ferentia subnectere ex varijs auctoribus excepta, & honu- sta, & cuius materiæ sedes est in l. v. ff. si quis Iusdic. non obtemper. plura apud Plot. in repet. l. si quando nume. 254. vers. sic, & Decretum, & seq. & nu. 276. vers. 4. quia, & 349. vers. & vbi Curt. Iun. cons. 34. in fine.

Mulcta irrogatur primò, ex contemptu, & eo cessante cessat mulcta, quare quælibet causa colorata excusat, & hoc est in ore omnium Cagnol. d. l. vnica nu. 28. Claud. ad Bertazol. patrem in d. Appostilla. Farin. quæst. 18. num. 42.

Mulcta, ne te lateat, eius definitio est peccati animad- uersio pecuniaria iudicis arbitrio inferenda, & dicitur pecuniaria ad differentiā pęnæ, quæ est corporalis pecu- niaria, & certa prout lege statuitur; Dicitur peccati quia noxa caput sequitur, & pęna est nomen generale, & om-
2 nium delictorum coercitio; mulcta specialis peccati quæ tamen nonnisi à maioribus Magistratibus imponi potest. Hinc Sebast. Medices in tract. de definit. cap. 26. qui est insertus inter vol. tract. tom. 18. fol. 300. secundum im- pressionem Venetam. Hier. Muscorn. Cipr. in tract. De iusdic. & imper. num. 114. Plenius à Camillo Borello de Cath. Reg. præstantia cap. 13. Mulctæ.

3 Quibus Magistratibus competat ius, & potestas mul- ctandi trad. Hier. vbi supra.

An Delegati, seu Arbitri possint mulctare ibidem nu. 116. Bertaz. cons. 79. num. 8.

4 Mulcta imponitur hodie arbitrio Iudicis Farin. q. 18. num. 31. Vbi circa modum mulctandi non seruatur hodie dispositio. l. eos C. mulct. Menoch. casu 280. num. 2. Berta- zol. dicto cons. 79. & 181. num. 120.

5 Mulctari non potest contumax in amissione causæ, nec in eo, quòd valet causa, nec in pœnā vitæ, aut vltimi sup- plicij, nec in pœnam corporalem, nec confessatorum cri- minum, quod tamen limitatur non procedere quādo post accusationem, seu inquisitionem contumax condemna- tur vigore statutorum volentium cōtumacem haberi pro confesso, quod sublimita quando pœnę sunt cōdignæ de- licto, ex quibus in summa habes, quòd tantùm conclusio

locum

locum habet quando contumax condemnatur, vel non propter delictum, vel si ob delictum ante formatam inquisitionem, quæ nota quia sunt plena lucro.

Contumacem non posse mulctari in pœnam confiscationis bonorum, quod facit contra iudices, qui è latere Principi assistunt, & ei persuadent, vt capiat bona subditorum suorum, quibus deuoueo ea incommoda, quæ describit Vates in suo ibi Farinac.q.18,n.33.versicu.quarta fit conclusio. 6

Quòd mulcta insolita, & inconsueta de stilo Curiæ dicitur iniusta Farin.ibi nu.38.& in q.34.num.4. Quòd nota contra Iudices, qui ita Reos obsident, vt quando eos relaxant sub fideiussione excessiua, nam malè faciunt, quia debent expendere, & trutinare qualitatem delicti, & eius pœnam, ideò prudenter facit Senatus, qui quotidie vel annullat, vel minuit has mulctas, cum à mulctis tantùm concedatur recursus iuxtà sæpe citatam Constitutionem titu.De mulctis.§.Non possit appellari. 7

Mulcta viribus non subsistit, vbi præceptum fit iniustū Bertazol.conf.29.vis.lib.primo Farin.d.q.18.nu.45. 8

Citatio debet fieri personaliter, non domi, vt valeat mulcta, quia exigitur vera contumacia, vt quis possit mulctari in pœnam cominatam. Cagnol.l.1.num.25.ff.sique iusdicen.non obtemper. Verùm Mediolani adest ordo Senatus vt sufficiat citare ad domum. 9

Quando citatus, erat absens, vel non potuit comparere sine periculo, excusatur à mulcta Iaf.d.l.Vnica nu.28.29. Farin.d.q.18.num.40.& 43. 10

Contumax citari potest ad comparendum sub pœna banni, vel carcerationis, & non comparens potest banniri, carcerari, sub pœna diruendæ, seu demoliendæ domus ex Boff.dicto tit.De mulctis quod procedit in Iudice laico, secus in Ecclesiastico, qui potest comminari pœnam excommunicationis, & vbi eam non timeat potest inuocare brachium seculare, vel si Ecclesiasticus persistat per annum in excommunicatione pro communi tamen; beneficio priuatur vti suspectus de Hæresi, quæ in consequētiam excommunicationis, non autem principaliter Farin.d.q.18.nu.39.vers. sexta fit conclusio. 11

Præ-

Præceptum, quod in Curia Romana monitorium appellatur, est nullum quando fit de comparendo nulla precedente suspicione, nam legitima causa monendi reum ad comparendum est, vt se subijciat examini, & quando iudex id facit nulla præcedente suspicione, id perperam, & malè facit, quia probationes non sunt sumendæ è domo rei. Tum quia scelestus est iudex, qui procedit nullo præcedente indicio, aut suspicione, aut ergo adsunt indicia legitima ad capturam, quæ ex quali quali informatione concedi solet, seu ad inquisitionem, & tunc iudex mandat aut eum capi, aut formari inquisitionem; aut nō subsunt indicia ad inquirendum, & tunc proceditur per viam Monitoriorum ad effectum vt si ex eius examine eliciantur indicia contra eum procedatur ad inquisitionem & si non compareat procedatur ad mulctæ exequutionem, quæ mulcta est applausibilior fisco, quàm bonorum confiscatio. Caueat iudex in his Monitorijs, ne in manifestum incidant dispendium animæ, & ne sit minister Diaboli, non autem iustitiæ. Farin. q. 14. num. 4.

Quis possit mulctari Farin. d. 9. num. 18. & 47.

An vt quis possit vti contumax condemnari, debeat esse verus, an sufficiat etiam vt sit fictus, & quomodo hoc intelligatur vide Farin. dicta q. 18. num. 50. versiculo limita. octauo.

Vt mulcta sustineatur debet Monitorium continere causam aliàs nulla est, nam cum regulariter à præceptis, seu comminationibus inchoari sit prohibitum, imo, & alia præcepta, cum causa tantùm sustineantur, sed nec etiam sufficiat causam esse generalem puta pro homicidio, aut generalissimam ad informandam Curiam, vel pro nonnullis concernentibus interesse fisci Regij, vel Curiæ, an specialis puta pro homicidio patrato in personam Titij. Distinguitur sic post formatam inquisitionem, seu accusat reus potest moneri ad comparendum pro nonnullis concernentibus interesse Cameræ, & fisci, etiam sub pœna conuicti, & confessi criminis, aliter expressa speciecriminis, ante verò accusationem, seu inquisitionem sic citari, & inquiri non potest, nisi sub pœna pecuniaria, Mediolani autem quia præcepta pœnalia non fiunt ex

De-

Decreto Nou.Constitutionum inconsulto Principe, vel Senatu, hæc disputatio non seruiret tibi de obolo, benè uerum est, quòd in foro Archiepiscopali Praxis horum Monitoriorum est frequentissima, & Romæ prout didici ab affine meo I. C. Io. Baptista Porro, qui per annos viginti in Curia Romana uersatus est, ideo non pœniteat vt dicebat Ioan. Cephal. præceptor meus imitari calceolarios, qui calceos ad incertos pedes paratos habent, quia more eorum, qui piscantur in flumine. *Quo minime credis gurgite piscis erit.*

Mulcta per Iudices inferiores ex causa paupertatis in nostro statu, quicquid sit de iure, remitti non potest, sed dantur litteræ Senatui de impotentia, qui iubet informationes assumi Clar. q. 95. vers. sed quid si reus, dicit, quòd fuit repræhensus quidam Prætor, qui fecit fustigare incon sulto Senatu quendam qui mulctatus fuerat, nec habebat modum soluendi pœnam pecuniariam in quam fuerat condemnatus, occasione blasphemiæ; & Magistratus solet mulctatos componere, ita tamen, quòd mulcta non sit minor quarta parte totius mulctæ.

Mulcta si pro parte applicatur fisco, pro alia priuato, tota, & integra est soluenda fisco, qui tenetur dare alteram partem priuato; & ita in Magistratu sæpe fuisse seruatum trad. Clar. q. 95. in fine.

Contumax quando, & qualiter mulctetur vide remissiuè Farinac. d. q. 18. nu. 59.

Mulctatus si non habet in ære, an luat in corpore Clar. dicta q. 99. vers. sed quid si reus.

Quid seruetur in officialibus in Syndicatu mulctatis, & condemnatis. Ibidem vers. & scias.

Mulctatus ex causa delicti, non potest cedere bonis, secus in debitore ex contractu. Clar. ibidem. vers. sed pone.

Mulctatus si soluendo sit, & malit subire pœnam corporalem, quàm soluere pecuniariam, non est audiendus, sed cogendus soluere Clar. d. q. 95. vers. quæro etiam.

Mulcta remissa ob paupertatem, non potest exigi si ille peruenerit ad pinguiorem fortunam Nicol. Boer. decis. 349. nu. 4.

Mulcta

Mulcta applicata parti, siue adiudicata remitti nō potest per Iudicem Boer. ibidem num. 3. Aug. Boer. cap. 1. De iudic. num. 573.

Mulctæ geminatæ, siuè multiplicatæ omnes non possunt exigi, sed vna tantum, Loffred. decis. 214.

Mulctæ validitas, aut nullitas cognoscitur ex iustitia, vel iniustitia præcepti, nam si licet à condemnatione inchoari, & casu concessum est in mulcta; ni pareatur præcepto, seu monitorio; quare in hoc placent conclusiones formatæ, & firmatæ à Scaccia in tit. De iud. in caus. ciuil. & crimin. & hæres. tit. De monitorio in crimin. cap. 56. ex cuius dictis formo duas conclusiones quæ in praxi non mediocri vsui sunt. Primò, quòd hæc præcepta pœnalia ad occurrendum alicui malo, puta scandalis posse in initio alicuius iuditij, & absque causæ cognitione expediri, quando imminet periculum, puta, quòd quis è domo non recedat, aut fideiubeat sub pœna, & citra delictum vnicuique petenti apud criminalia tribunalia dãtur, sed cessante periculo debent reuocari. Secundo quãdo fiunt ad eruendam veritatem, & eam inueniendam sine testibus ad se subijciendum examini, vel iuxtà à me superius adducta, expressa causa generalissima pro nõnullis concernentibus interesse Curiæ, & fiunt hæc præcepta ante inquisitionem, modò aliquid præcedat, quod moueret possit iudicem, quin saltem constet aliquid de corpore delicti, & hoc casu non est hæsitãdum de huius præcepti validitate, & hac formula vtuntur iudices Ecclesiastici in foro Archiepiscopali, & sunt formidolosa, quia homines inducunt ad examinandum conscientiam suam, etsi eis abutantur, æquipollent ceteris præceptis prohibitis à lege, & per Constitutiones huius status.

Meritò arbitrio Iudicum pauca esse relinquenda monent leges, ne arbitrio, quod æquum esse debet, ad iniquum vtantur. Tertio quando fiunt monitoria contra delinquentem, tunc etiam res incedit vtrum fiant ante inquisitionem, hoc est ante sumpta indicia legitima; aut post. Primo casu nulla præcedente suspicione monitoria sunt reprobata per Boss. tit. quom. proc. per præcepta nu. 3. si post, & tunc à cessante causa, quia non dicitur

inchoa-

inchoari à comminatione, sed ab indicijs, & legitimis suspicionibus permittuntur cum comminatione pęnæ pecuniariæ idem Boss.num. 10. Et vrget hæc ratio si præcedente aliqua suspicione decernitur captura; ergo fortius ad præceptum, quia non ita infamat, prout captura, quæ grauat opinionem hominis, in qua Iudex tenetur actione iniuriarum, si iubeat aliquem detineri absque suspicione probabili, vt latè apud Farin. q.27.nū. 123, & 134. vers. circa secundum post Clar. in q.28. vers. Scias autem.

Suspicio ob quam conceduntur, & decernuntur monitoriæ non est sufficiens ad constituendum reum aliquem ratio est, quia non valet consequentia. Potest examinari ergo, & reus constitui, quia argueretur de minori ad maius; sic ob suspicionem solam examini subijci, quàm ex indicijs legitimis examinari, & reum constitui Boss. de exam. Reorum sub nu.6. qui tamen hoc clarè non explicat, sed benè Scaccia dicto cap.58.num.9.vers. nec illa suspicio vbi dicit cauendum esse à latrunculatoribus, ne forment examen per modum constituti, vt non monitum comparentem reum interrogent quando pręcedit aliqua leuis suspicio, nec Senatus authoritatem deferant, quæ ex his excitari debet ad repræhendendum Iudices graui cum supercilio ad fortunas conuertendas inhiantes horum, qui hoc terrore monitoriorum expauefacti coguntur se submittere examini eorum; nam his deliramentis implent aures tam Principis, quàm Senatus, imò verò etiā quando moniti comparent, tandiu differunt examina donec eliciatur ab eis vsque ad sanguinem, quin etiam aliquos vidi non timore conscientiæ adductos, sed ex hoc modo procedendi in infirmitates, & ex eis in mortem incidisse. *Non ignota queror.*

Monitis via d. præceptorum terribilium aliquam opē ex iuris promptuario desumere debemus. Dic ergò succurri his monitis posse si alligetur ab eorum defensoribus aliqua infirmitas, carcetatio, nam expectandum est tempus quo hęc impedimenta cessent, & si sunt perpetuę, & pro legitimis habeantur, tunc alio modo prouidetur deputando Iudicem in loco viciniore, vel aliter, vt per Mandos. in tract. monitor. quæst.33.tom. 3.par. 2.inter vol. tract.

F Huic

Huic loco plurimum confert praxis quotidiana Monitoriorum, quæ fit iuxtà formam Const. tit. De pœnis. §. si quis falsum versicu. iisdem pœnis, quæ nos appellamus interrogationes si quis vult vti testibus de quibus loquitur Boss. tit. De falsis nu. 155. Verùm quia est satis ampla materia remitto te ad Doct. in cap. Præsentium de teste Mãdos. dicto tract. De Monit. q. 45. 49. Scaccia in tract. de Iud. in caus. hæred. ca.

Et circa hoc tu, qui teneris respondere interrogationi omnem operam adhibe, & consule Peritos, an possis aliqua exceptione te subtrahere ab onere respondendi solēt enim hæ interrogationes capitis vertiginem prouocare dum quis nescit, quo in loco lateat anguis, & nunc in facto habeo in quo respondi, an procurator cogi possit ad respondendum interrogationi, an quis velit vti Testibus, quod respósum insertũ est in libello meo de præscriptione delictorum.

Monitoria non debent continere pęnam maiorem delicto, de quo quis imputatur. Bertazol. cons. 200. num. 9. quia quando Monitorium, seu præceptum est iniustum, pœna potest sperni, propterea attende ad qualitatem cõminationis, etsi ea tibi videtur iniusta ad Senatum implora eius opem, qui tibi prouidebit iuxta necessitatem tuã, cum sit circumspectissimus in pęnis inferendis, & dolet quoties cogitur eas imponere, exemplo iusti Principis, de quo sic cecinit poeta.

Sit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox quique dolet quoties cogitur esse ferox.

Quamuis monitorijs exprimatur pœna non tamen cogitur iudex eam sequi, sed multo minorem potest imponere, & in totum eam potest remittere Bertazol. cons. 415. num 6. lib. 2. crimin.

Iudex an possit præcipere alicui ne de domo exeat, sub pœna vltra pœnam delicti Bertazol. cons. 415. & seq. Baiard. ad Clar. q. 31. nu. 30. fol. 123.

Contumax an quis dicatur tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, si in die cadentis citationis contumacia nõ accusetur Decisio Thesauri 19. Contumax.

Contumax habetur pro confesso quo ad delictum principale

cipale, non autem quo ad qualitatem granatiuam Hier. Gabriel conf. 170. nuni. 26. lib. primo.

Contumax absoluitur, vel mitius punitur si ex facie inquisitionis, vel accusationis appareat delictum in eis contentum fuisse in totum, vel in parte excusabile Caball. resolut. crimin. casu 256 stante nu. 5 & 6. cui adde ordinationem Senatus superinde factam in anno 1584 inter ordines postremos nu. 12. qui videtur accedere his, quæ ibi scripsit Caball.

Quomodo auxiliator ad homicidium casuale in contumaciam puniatur vide ordinem Senatus anni 1582. 7. Maij ad declarationem Constitutionis. De pœnis. §. Homicidium versic. pari modo, & §. Quicumque est versic. si quis verò auxilium, & quando sequuto homicidio non teneatur Caball. resol. crimin. casu 300. nu. 63. & post delictum non dicitur verè auxiliator. Idem casu 273. nu. 3.

Contumacia sine bina monitione non inducitur Farin. decis. 11.

Et quando dicatur verus, & quando præsumptus idem in decis. 12. & decis. 84. plura ad rem & 86, & 109. & 28. ferè per totum.

Socio in contumaciam condemnato, an possit socius ad sui dafensionem proponere exceptiones etiam respicientes personam condemnati, & eius innocentiam, & an si recipiantur, & admittatur talis defensio prosit in aliquo dicto contumaci, & an teneatur reus inquisitus nominare fisco nomina Testium examinandorum vide Farinac. conf. 73. Habui hoc in facto in causa Io. Baptistæ de Vitalibus rei, & fratres Ferrarios in anno 1608, & resolutum in Curia vt admittatur ita tamen, quòd hæc testificatio non prodesset Aplano contumaci condemnato capitaliter.

Contumax qui ex forma statuti habetur pro conuicto, & confesso, effugere non potest quin torqueatur admissus ad non. defensiones. Clar. q. 44. vers. Quæro nunc Alciat. de præsumpt. Reg. 3. præsum. 22. tiu. 10. Marsil. lib. primo nu. 3. ff. Quæstio. & conf. 517. nu 51. Clar. de indic. nu. 293. Boss. de lit. princ. in fine, & Tes. de bann. nu. 4. & titu. de indic. & considerat. ante torturam num. 133. Foller. in

F 2 Pract.

Pract. crimin. in verbo etsi confitebuntur nu.8. & seqq. & nuper enucleaui hanc materiam in causa Hieronymi Casati nobilis, qui fuit admissus ad nouas defensiones mox me pro eo patrocinante absolutus illata sibi leui tortura ob sententiam contumacialem, quod respõsum hoc in loco appono.

Responsum pro Hieronymo Casato.

CAsatus probauit se occidisse ad necessariam defensionem, sed tamen ei obstat contumaciali sententia cõdemnatoria fundata super ficta confessione, quæ contumacia operatur secundum Clarum q.64. versic. sed numquid in fine, quod siue in defensionibus præstitis elisa sint omnia indicia contra reum existentia, propter solum bãnum, seu contumaciam, & potest torqueri, & ad hoc probandum Clar. nihil allegat, sed dicit tantùm quòd in practica ita obseruatur, Cœterùm idem Clar. in q.44. versic. Quæro quando reus vult sententiam in contumaciam latam exequendam, nisi reus probet aliquod ad eius defensionem. Quare Senatus ibi rescribit Prætori Cremonæ, vt sententiam latam contra Variarũ cõtumacialiter condẽnatum in pœnam ignis exequatur, nisi intra tempus à dicto Prætore statuendum aliquid ad eius defensionẽ probauerit; & sic Clar. constituit solùm fundamentum super exequenda pœna super contumacia & sic sibimet videtur repugnare, nam in primo loquitur tantùm de torquẽdo, Hic de exequendo omnem pœnam; At idem Clar. in q.96. in versic. sed nunquid meliori spiritu ductus dicit, quòd licèt reus post admissionem ad nou. defensiones nihil probet, si tamen indicia contra eum existentia sint val dè debilia, non fit exequutio sententiæ, sed vel quæritur, vel commutatur pœna, & mitigatur, & ita intelligit Boss. in tit. De lite princip. Caball. consf. 110. num. 26.

Apud me non probatur opinio Clari in dicta q.64. Nã cum innocentia rei emergat ex probationibus factis magnum mihi videtur, quòd ea contumacia operetur hunc effectum torturæ, cum ex contumacia inducatur leuis suspicio ex Baldo in l. prima n.7. C. Hæred. instit. Menoch. de

de præſ.lib.2.præſ.70.nu.14.& ita in ſpecie multorum au thoritatibus fretus trad.Farin.q.11.nu.82,verſicu.limita. 7.Carthar.poſt hæc viſus de exeq.ſent.cap.bann.c.primo num.455.

In hanc ſententiam inclinat Ioann.Neuizan.conſ.60. num.6.verſ.Non 165.ubi ita declarar Bald.d.l.prima C. hæred.inſtit. vt intelligatur quando bannitus nollet ſe defendere, nec purgare indicium reſultans ex contumacia,puta alia via quam per torturam,ſed Caſatus purgauit per teſtes deponentes de inſultu in eum facto cum armis,eum vulnerando,& de neceſſaria defenſione,ergo tollitur omnis effectus contumaciæ, & Bald.appellauit contumaciam aliqualem ſuſpicionem delicti ex ea orienté. vt in ſpecie dicit Menoch.d.præſ.70.num.14.

Addo in caſu præſenti, quòd tempore delicti Caſatus erat minor,& ſic minor contemptus in eo dicitur Odd.q. 80.art.7.de Minor.Nam infra annum ſe conſtituit, & innocentiam ſuam probauit.

Rurſus aduertendum eſt, quòd Caſatus fuit capitaliter condemnatus ex proceſſu in quo non aderant certa indicia legitima ad condemnandum, cum reſultaret ex eo neceſſaria defenſio, ex qua delictum fit impunitum, iuxtà not.in l.vt vim.ff.Iuſtitia,& iure.Bertazol.conſil.1. crimin.Ita punctualiter tradit Farinac. q.11 nu.78.verſ. limita 10. Illa enim ſententia notoriè eſt iniqua, & hoc caſu reus abſoluitur,& tradit Baiard.ad Clar.d.q. 44.nu. 78.Quòd ſi Iudici ex proceſſu informatiuo de innocentia rei conſtaret contumacia non deberet eum condemnare licèt habeat confeſſionem fictam ex contumacia vigore ſtatuti,& cit.Bart.& Afflic.Caball.caſ.256.lib.Reſol criminvid.Farin.conſ.84.num.91.

Fuit hic abſolutus,& tortus ob contumaciam ex inueterata huius fori conſuetudine, & per annum bannitus à Dominio licèt haberet pacem ab hæredibus occiſi,qui poſtea fuit gratiatus à dicto banno.Laus Deo.

Contumax quas expenſas reficere teneatur Farin. cóſ. 49.nu.41.& ibi plura de effectibus contumaciæ,quod cóſilium eſt Ioannini Zannini.

Sententia lata vigore fictæ contumaciæ ſurgentis ex

inordinato processu est prorsus nulla Farin. dicto consil. 45.num.105.

Quomodo impugnetur Farin.cons.89.& 101.num.48.

Contumacia debitoris non nocet creditoribus ipsius, sicuti, & sententia lata contra contumacem non nocet tertio Surd.cons.499.Nouæ Constitutiones lib.4.

Si Procurator ob suam contumaciam condemnetur in expensis,an facienda sit exequutio contra Procuratorem, an verò contra Dominum Petr.à Syria lib. pract. Forés. q.11.vbi tenet contra Dominum faciendam esse exequutionem, qui Dominus potest eas repetere à procuratore, si sit soluendo,sic igitur Dominus non auditur,nisi solutis expensis.

Plures declarationes ad statutum, quod contumax habeatur pro confesso,vt per Gaspar. Antonium Thes. lib. primo.QQ.forens.q.6.

Contumaci non competit beneficium attentatorum Lancell.tit.De priuil.attent.cap.30.nu. 205.versic. Duodecimo.

Contumax non allegat pendentiam litis ex beneficio. l.vbi cœptum.ff.iudic.Idem in tit.De attent.pend.lite ca. 9.limit.2.num.86.

Plura ad statutum, quòd non comparens in termino ad respondendum inquisitioni, sed contumax existens habeatur pro confesso, vide apud Caball. resol. crimin. cas.256. stante statuto.

Quæ causa sit iusta ob quam excusetur contumax,vide Iac. Menoch.cas. 153.contumacia.

Contumax quibus afficiatur pœnis, & quas litis expensas reficiat Iac.Menoch.cons.154. De arb. Iudic. lib. 2.

Contumax non potest condemnari ex eo delicto,quòd in eius personam cadere non potest Caball.resol.crimin. cas.256.num. 7.

Contumax ficte si fuerit Vassallus ob eius contumaciā non perdit feudum nisi ter monitus fuerit. Peregr. cons. 21. num. 24. lib. 1.

Contumax non potest se iuuare ex actu in quo fuit cōtumax Peregr. cons. 143. nu.12. lib.5.

Procuratoris contumacia, an noceat Domino, sic Prælati

lati, Ecclesiæ, socij, socio, vsufructuarij proprietario, Principali fideiussori, Rebuff. in tract. de contumacia in præfat. nu. 20.

Pœnas quadraginta duas contumaciæ trad. Rebuff. de contum. art. 13. glos. vnica, quas vidi.

Contumax habetur pro sustinente litem ad sui præiuditium Rota Rom. decis. 314. nu. 4. par. 1. in nouissimis.

Contumax nō potest allegare litis peruentionem, nec pendentiam illius Franc. Marc. decis. 100. par. 2.

Contumaci denegatur audientia in omni causa vertēte coram eodem Iudice, inter easdem personas, nisi purget moram Neuizan. cons. 18. n. 15. Vincen. Franc. decis. 271. par. 2. Surd. cons. 300. nu. 13. vol. 1. vid. Magon. decis. 62. Rol. cons. 47. lib. 2.

Contumax qui moram non purgauit, nec satisdationem obtulit, an possit recusare Iudicem vti suspectū Costa cons. 46. Nunquid contumax.

Contumacia, & bannum vt faciat indicium ad torturam vid. Farin. cons. 22.

Condemnatio contumacialis non nocet condemnato quando citationes sunt nullæ Farin. cons. 14. nu. 3.

Contumacia mandatarij an sufficiat vt procedi possit contra mandantem Farin. cons. 24. nu. 11.

Contumax in non veniendo, seu parendo Iudici dicitur eius iurisdictionem turbare, latè Farin. de crim. læs. maiestatis q. 113. nu. 58. vers. ampl. 12.

Non manifestè cōtumax an possit appellare Bellamer. decis. 545. tit. de dolo, & contumac.

Contumacia vbi est dubia, & incerta, absolutio non impeditur Bellamer. de sent. excom. cōclus. 174. vbi per. Procuratoris contumacia non nocet in his quæ sunt grauis præiuditij Bart. in l. 1. §. si procurator nu. 2. vbi Curt. Iun. nume. 8. ff. si qui iusdic. non obtemper. Menoch. in causa finariensi art. 5. nu. 4.

Contumax non potest allegare nullitatem actorum, & censurarum in sui contumaciam emanatarum, etiam si essent nullæ ex defectu iurisdictionis Ioann. de Neuizan. cons. 18. num. 12, & 15.

Contumax tenetur prosequi causam in illis terminis

in quibus eam inuenit, in tantùm, quòd non potest opponere exceptiones dilatorias Neuiz. dicto cons. 18. nu. 13.

Contumax, & inobediens, non potest damnari, nisi præcedat declaratio inobedientiæ, vel contumaciæ parte citata Decian. responso 14. nu. 81. vol. 3.

Contumacia vbi est geminata, nunquam admittitur purgatio moræ, idem Decian. cons. 10. nu. 11. lib. 1. Et ibi plura in materia.

Contumax in vno, non est contumax in alio, idem Decian. responso 96. nu. 18. lib. 3.

Excusatur ex qualibet causa etiam leui, & colorata, Decian. dicto cons. 96. num. 14. lib. 3, & debet esse contumacia inexcusabilis ibi nu. 12. Farin. q. 18. nu. 40.

Reo contumaci non est danda copia processus Clar. §. Final. q. 49. vers. scias tamen, & quid si ex pluribus. Reis, aliqui sint contumaces; & aliqui comparuerint, ibidem vers. sed pone.

Quibus modis contra contumacem procedatur Clar. quæst. 44. per totum.

Actor non comparente reo, contumaciam non accusat Caball. in Milleloq. 846. incip. Actor.

Verus contumax restitutionem petere non potest in integrum, alioquin non puniretur contumacia imò, commodo ei esset Caball. Milleloq. 857. Verus contumax vide Sfor. odd. in tract. de minor. q. 82. art. 7. per totum.

Contumacis domus euerti an possit vid. Caball. Milleloq. 858. Potest destrui.

Quādo alter socius rei communis refecit rem cōem, & alius socius est contumax ad restituendam dimidiā partem expensarum post quattuor menses, socius ille reficiēs efficitur Dominus partis socij, etiam si domus esset diuisa de nouo, quæ requirat parietem de nouo construi Caball. in Milleloq. 859. incip. quando.

Bannitus ex contumacia an dicatur bannitus ex delicto Clar. q. 1. vers. quæro etiam, & ibi habetur, quòd habens aurexum contemptum Iudicis dicitur delictum, & potest criminaliter puniri Farin. q. 18. num. 26. 27. lib. 1. crimin. vid. remiss. Iun. cons. 707. lib. 6.

Contumacia nimia licet mulctanda sit, non tamen efficitur

fi[n]gitur vt res magis ad petētem pertineat Odd. de minor. q. 68. num. 23.

Sententia an præsumatur lata ob contumaciam, aut propter delictum, vide Farinac. q. 11. nu 97. cum seqq. & in eo quando plura leguntur pertinentia ad materiam contumaciæ, & in Indice in verbo contumax, & in ditione multæ.

Contumax non dicitur citatus ad locum non tutum, & quomodo Farin. q. 18. nu. 43.

Contumax fictus an mulctari possit ibidem nu. 50.

Testes non citata parte examinantur, nec eo reo comparente repeti debent Farin. q. 11. nu. 105.

Confessio resultans ex contumacia licet ficta, & præsumpta tamen inducit liquidissimam probationem, & æquiparatur confessioni iudiciali Farin. d. q. 11. num. 97. & statutum loquens in malefactore habet locum in condemnato in contumaciam ibi nu. 33. circa medium.

Contumax si de innocentia sua contra sententiam statim doceat, an incōsulto Principe sit absoluēdus Boss. de remed. contra bann. nu. 3. latè Caualch. de brach. Reg. par. 4, nu. 286. Caball. resol. crimin. cas. 256. nu. 8.

Sententia lata in cōtumaciam, an possit retractari Caualch. de brach. Reg. Par. 4. num. 291. post Carthar. de exeq. sent. cap. 3. nu. 51.

Contumax vt damnati possit debet constare de corpore delicti in genere Carthar. de exeq. sent. cap. ban in præfat. nu. 27. quia contumacia certitudinem delicti nō operatur, & sic non facit, vt ex ea dicatur constare de corpore delicti, idem cap. fin. nu. 142.

Contumax nō dici[t]ur prorogare iurisdictionem idem cap. fin. n. 198, & hoc quia prorsus est incompetens Conrad. de offic. Præt. in ciuil. lit. de contumacia nu. 12.

Et vt habeatur pro confesso, & conuicto, & condemnatio valeat, requiritur, quod legitimæ probationes precedant de delicto, idem dicto cap. fin. nu. 137. sed secus est in statu Ecclesiastico ex generali practica quia contumax condemnatur etiam absque plenis probationibus ibidem num. seq.

Pro cōtumace defensor admittitur de iure ad allegādū causas

causas absentiæ, & alias causas quæ iustæ videantur Iudici Carthar. in Præfat. nu.39, & in cap.1.nu.114. de exeq. sent.cap.bann.

De contumacia, & eius effectu differit Conrad. de offic. Præt. in ciuil. fol.41.

Contumax in toto processu est citandus ad sententiam ibi num.3. vers. vbi.

Fori priuilegium allegare non potest. Afflic.decis.133.

Aduersus contumacem iuramento partis de expensis creditur Marsil. sing.239. Contumax Ripa in l.2. num.8. ff. re iudic.

Contumax non dicitur qui præcepto impossibili non paret Bald. in l. si decesserit ff. qui satisd. cog. & cons. diuers. crim. 163. nu.7. 8. lib. 1.

Contumacia Procuratoris non nocet Domino personaliter non monito Alexander cons.188.col.2.lib.Ias. in auth. hoc amplius col. 1. ad finem. C. fideicom.

Contumax dicitur non solùm qui iudicium negligit, verùm qui venit, & parere contemnit, aut illicentiatus recedit, Port. Imol. cons. 187. ex facto vbi diffusè. Afin. in practica §.17.cap.3.cas. 11. nu.3.

Vide in materia Steph. Duo. 3. in iudice iuris ciuil. hac eadem littera Contumax Aresmir. Zepata tit.298. tit. de requir. reis, & absent. damnandis.

Contumacia quælibet militis aduersus Ducem, vel Præsidem capite punienda est. Caball. resol. crim. casu 294. num. 175.

Contumacia defuncti transit contra hæredem Caball. resol. crimin. cas. 198. nu.39. & ei nocet.

Contumacia satis est, quòd ex actis appareat absque alia iudicis declaratione. Caball. cas. 110. nu.9, & hodie de consuetudine non accusatur ibi num. 10. 12, & ibi plura alia de contumacibus.

Contumax amittit priuilegium opponendi de pendētia litis alibi motæ, & incompetentia iudicis Caball. cōs. 162. nu.16, & dixi supra vide Vincent. de Franch. decis. 417. Thes. decis. 265. Contumax.

Contumacia vnius ex simul accusatis non facit, quod supersedeatur quo ad alios Boss. tit. de delict. nu. 46.

Con-

Contumacia facit indicium ficut fuga, idem de indic. & confider. ante torturam nu. 134.

Contumax non eft qui non venit coram Tyranno, idem tit. de Principe nu. 51.

Contumax licèt ex forma ftatuti habeatur pro confeffo, & conuicto, fi tamen deueniat ad manus Iudicis, & Res ex qualitate indiciorum non fit clara, omnino non damnatur, fed torquetur tit. de confeff. per tortur. num. 23. Boff.

Contumacia 2. aggrauat delictum Rimin. Iun. conf. 631. nu. 9. lib. 6.

Non dicitur, quis contumax refpectu eius, quòd ignorat idem conf. 654. nu. 15. lib. 6.

Contumax fiue ad proceffum agitandum, fiue ad fententiam audiendam appellare non poteft Hier. Grat. cõf. 100. nu. 10. lib. 1.

Contumacia procuratoris non impedit quominus Dominus fiuè Principalis intra decem dies, à die latæ fententiæ poffit appellare Hier. Grat. conf. 100. nu. 7.

Ex Contumacia reftituere debentis, & non reftituentis transferuntur actiones in fideicomiffariam idem refponfo 27. nu. 27. lib. 1.

Contumax qui fi comparuiffet, non potuiffet fe defendere non repellitur ab appellando idem dicto conf. 100. num. 2.

Contumax non auditur etiam præueniendo Vincent. de Franch. decif. 271. nu. 4.

Contumacia non poteft fundari fuper citatione notoriè nulla idem decif. 232. nu. 5.

Bannitus in contumaciam non dicitur infamis ideò accufare poteft præfertim vbi de proprij honoris intereffe agitur Bal. in l. 1. C. calum. nu. 4. Decif. Triuif. 3. in fine libro 2.

Contumax licèt regulariter non appellat à fententia contra eum lata, tamen fallit quãdo ex infpectione actorum, & proceffus conftat de notoria iniuftitia fententiæ, quia tunc benè poteft appellari Marfil. l. 1. n. 199. C. rapt. Virg. Glof. in c. ex conquæftione verf. poft appellationẽ de reftit. fpol. Abb. conf. 44. nu. 3. verf. fed his lib. 1. de ftil

& e quit.

& equit. Verus contumax appellat. Io. Baptista Ferret. conf. 216. num. 3.

Tutoris contumacia quo ad primum decretum nocet pupillo.l.apud Iulium.§.fin.ff.ex quib. cauf.in poss.eatur. facit.l.cum qui res. C. procur.Bart. in l. quamuis prope finem.ff.damn.infect.Specul.in tit.De contumace.§. vltimo prope finem.

Ob contumatiam interrogatoria debent haberi pro negatis ad commodum partis contumacis.l. De ætate.§. Qui tacuit.Vid.Bart.ff.inter act.Bald.in l. ficut. C. Rep. hæred.Idem in l.1.in 7.verf.De fecund.Reg. C.de cõfeff.

Contumax non poteft dici reus non comparendo quãdo iudex non fedit.Natta conf.364.num.7.lib.2.

Stante ftatuto,quòd pofitiones in pœnam contumaciæ habeantur pro confeffis, an requiratur declaratoria Iudicis.Vid.Natt.d.conf.364.nu.8.& feq. lib.2.

Sententia lata in contumaciam contra mandatariũ an noceat mandanti Vincent. Honded.conf. 87.nu.146.lib. 2.Menoch.caf.349.nu.13.lib.2.fent. quarta Farin.confil. 24.num.11.

In materia vid.Farin.conf.5.& 8c.in difcurfu.

Contumax qui ex difpofitione.l. fancimus. C. Iudicijs non poteft audiri nifi refectis expenfis, Hic etiam teneatur fi fit fictè contumax, vt fi domi fuerit citatus cũ alijs ad rem facientibus,& quando præcipuè contumax teneatur ad dictas expenfas antequam declaretur contumax Vid.fingulare confilium Cephal. præceptoris mei 770. lib.5. vbi abunde habetur.

Contumax etfi vellet reficere expenfas non eft audiendus, nifi fatifdet de iuditio fifti, & de iudicij obferuatione ibidem num.22.

Contumax fictus patitur primum decretum.ibi nu. 24.

An requiratur declaratoria ad inducendam contumaciam quo ad expenfas num.25.

De effectibus contumaciæ vide apud Caffan. De confuet. Burgundiæ Rubr.prima.§.7.l. Timerda de fimpl. fol.290.

Contumax minor habet priuilegium, quia poterit poftea appellare à fententia lata fuper contumacia, quod ma-

maiori non concederetur Iac. Alba consf.646.nu.4. lib.2.

Innumeras quæstiones circa cótumaciam, & de modo procedendi contra contumacem vide apud Scacciam de iud.in cauf.Hæretic.q.97. & in suo amplo repertorio, in littera Contumax.

§. Iniuria.

In vna iniuriarum pro Ioanne Tranello Clerico iniuria affecto. Defensio.

COnstat ex processu offensiuo formato in foro Ecclesiastico quòd Marcellus de Bellazires fixerat clauũ super pariete ruinoso domus Clerici Ioannis Trauelli ad effectum vt appenderetur funis ad sustinendum pannos ad solem exiccandos, item quòd dictus Clericus rogauit dictum Marcellum, vt tolleret dictum clauum, quod cum ille non faceret, euulsus fuit clauus, & decidere in terram panni; mutua inter eos iurgia, quæ compensationem admittunt, orta sunt, cum verba, cum verbis sint compensata, quod si procedendum est, acies iuditij dirigenda est cõtra eum, qui dedit operam rei illicitæ scilicet Marcellum, qui non poterat clauum illum inuito Domino domus, in eius muro, aut infigere, aut retinere, dicitur enim ille fuisse author rixæ, quia fuit Princeps malitiæ, & tenetur pro omni eo, quod sequutum est argumento eorum, quæ habentur in l. Quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. De vi publ. notatur in l. p. §. Diuus. ff. ad l. Cornel. De Siccar. Ofasc. decis. 104. nu. 6. Farin. de homicid. q. 126. versic. Amplia ad num. 65. fol. 224.

Retento themate, quòd causa rumoris prouenerit à fixione dicti claui in alieno solo, sequitur quòd iniuriarũ mutuarum accusatio omnis abolitur, inspecta qualitate personarum uilium, & abiectarum ex reciprocis contumelijs Farin. q. 105. nu. 175. per tex. in l. Item apud labeonem. §. Quod ait Prætor. ff. iniur. Tyndat. De compensat, in caus. art. 5. Remig. Gony. de charit. subsid. q. 99. primo. Denique ita teneo in his mutuis delictis. l. 2. §. si publ. ff. Adulter. Iac. de Beluis. De iniur. num. 16. Est igitur repulsa dan-

sa danda huic Accusatori. Laus Deo.

§. Multa.

Fol. 17. vers. si tamen.

CIrca hanc Constitutionem loquentem de mulctis vide.Plot.in repet.l.si quando nu.254.fol.109.Vbi quod dictum Decretum non excludit nullitatem Curt. Senior cons.59.Dux num. 10.vers.licèt enim,& notoriam iniustitiam seu nullitatem ex actis,resultantem ibidem nu.255.

Nec censetur excepta exceptio doli Iudicis colludentis cum parte in mulctando ibidem nu.276.fol.122.

Et quòd qualibet causa etiam colorata excusat à mulcta ibidem num.349.versic.& vbi in fine.

De his mulctis plura supra quibus adde Arimin. zepatā in titu.304.tit.De pœnis, & mulctis delictorum in genere.

Litteris subsidialibus.

Fol.17. vers. At si Testes.

SVbsidialium litterarum vsus frequens est. De his Boss. tit.De citat.nu.24.Clar.q.26.& versatur in æquore vasto Vid.Menoch.De Arbitr.iudic.cas.150.Et recensentur tres casus,cum suis declarationibus,& in nouissima additione nihil intactum relinquit Baiard.ad Clar. dicta q. 26.num.8.Senatus solet vigilare in his concedendis extra Prouinciā,& nisi cum difficultate,in causa Egr.Raynaldi Abduæ pro homicidio eius fratris Iulij in Ecclesia in loco Cassani impiè trucidati, & Nobilium Sclafenatorum contra Equitem Alexandrum Verrium pro quibus in iure respondi.

Nota,quòd si quis maiori Magistratui suppositus sponte compareret coram Iudice feudatarij, & falsum deponit, potest coram eo puniri de falso per textum in l. Nullum. C.Test.Præses Menoch.De Arbitr.Iudic.cas.313.nu. 2. & in fine q.91.nu.4.Boss.de fals.num.110.

Fol.

Fol. 18. vers. Qui Testes.

DE Testibus examinandis plura dixi ad Method. process. inform. Ambros. lib. primo cap. 7. Thes. decis. 26. nu. 2. Vbi quòd quando Testis tenetur respondere interrogatorio; an aliter esse possit, quàm ipse deposuit, Nota casum illum.

Fol. 18. vers. Et licèt Notarij.

CIrca hunc Articulum cui magis credatur, an Notario, an Testibus Vid. Caball. resol. crimin. cas. 183. Vbi latè, reddidi responsum contra tres Testes, qui concorditer grauabát Notarium ad officium Egr. Domini Capitanei deponentes aliter scriptum à Notario, ac ab ipsis dictũ erat, & fuerunt ad remum per triennium damnati Vid. Mascard. conclus. 109. nu. 7. cum seqq. lib. primo Menoch. de præs. lib. 2. præs. 79. num. 15. Alciat. de præs. reg. 2. præs. 13. num. 19.

§. Tortura Testis.

Fol. 19. vers. Interueniente.

DE Tortura Testium plura apud Clar. q. 25. & 161. Bajar. Boss. de opposit. contra Testes, & de Testium tortura Aresmin. Zapat. tit. 296. 1

Testi torquendo an detur copia indiciorum, & quando torquetur vti varius, vacillans, aut verisimiliter informatus, & supprimens veritatem, Farin. De indic. & Tort. q. 59 num. 116. cum seqq. 2

Testis nõ potest torqueri nisi præcedant inditia contra reum inquisitum Car. Ruin. cons. 147. nu. 6. vol. 5. Boss. de tort. Test. nu. 1. & de mandato ad homicidium nu. 3. Berrazol. cons. 549. nu. 3. vol. 2. Scaccia cap. 86. in primo lib. de iud. in caus. ciuil. & hæret. num. 14. 3

Regula est, quòd in criminalibus Testis non torquetur ideo qui dicit Testem, non posse torqueri habet fundatã 4

in-

intentionem iuxta Dec.in l.prima.ff.reg. iuris. Econtra qui ad torturam Testis anhelat debet prospicere an sit in casu fallentiæ Boss.dicto tract.De Tortura Testis num.2. & 8.Quando ergo,vt hic habetur Testis negat se scire ea de quibus contra eum laborat præsumptio aut quia conuincatur per alium Testem torqueri potest iux. Foller.in prac.in 2.par.in verbo Capias informationes n.23. Brun. de indic.& Tortura q.4.princip.num. 5.

5 Tortura in Teste non est repetenda, licèt secus in reo Boss.de Tortura test.n.1.& de Mandato ad occidẽdum n. 3.per l. 1. in princ.ff.qq.Fallit. si indicia superueniant Burs.conf.216.nu.115.quòd ego non admitto, cum testis quæratur in alium.

6 Tortura Testi inferri non debet sub prætextu,quòd crimine sit notatus,nisi præcedat præsumptio,vel indicium Boss.de Tort.num. 152. quia tunc nemini prodesset, & sibi noceret.

7 Testes torqueri non possunt vbi plenè probent licèt qualitates adsint, quæ aliàs illos torqueri faceret, & rectè quidem,iudicio meo, quia tortura est remedium subsidiarium, quod opus non est quando de veritate liquet Boss. ibidem num. 41.43.

8 Abstinendum est à Tortura Testis quando aliqua bona ratio naturalis eum excusat Bald. cons. 131. lib. 1.col. 1. quem refert Boss.num.42. quia confessio Testis debet naturalibus conuenire.

9 Testis occultans veritatem si côuincatur etiam ab vno solo potest torqueri: exemplum. Committitur delictum in publica platea, sed quia is qui commisit est vir formidolosus, & terrificus nemò audet contra eum dicere testimonium tum iudex qui scit Testem interfuisse, qui negat se aliquid vidisse, potest eum torquere sed quia torturæ modus est refrenandus, torquere poterit duos, aut tres Boss. de tortura nu.10.Burs. dicto cons. 216. nu. 112. lib.2.Gram. cons. 40.nu.21, & voto trentesimo num. 20. Cepol.cons. 60.nu.17. Marsil. l. vnius §. Testes torquendi ff. qq. Franc. March. q. 780. nu. 10. Par. 2.

10 Testis vbi torquendus est non debet torqueri nisi postquam reus contra quem deposuit examinatus fuerit,nam

si ille

si ille confiteatur, aliqua contra Testem, tortura opus nō est. Baiard. ad Clar. q. 25. nu. 1. & vidi quendam Iuuenem in Magistratu existentem in hoc errare.

Tortura Testis non operatur si non adest ratificatio non secus ac in reo, cum eadem sit ratio Baiard. ibi num. 4. 11

Tortura cessat vbi tantùm imponitur pęna pecuniaria ne modus probandi sit granior ipso modo condemnandi Crau. cons. 758. nu. 4. & 806. nu. 6. vers. Modus probandi; Et similiter cessat tortura quoties quis nisi extra ordinē puniri debet per eandem rationem idem cons. 857. num. 25. Caball. resol. crimin. casu 18. 12 13

Testis potest cogi ad deponendum quid sciat de negotio. etiam per viam torruræ, si verisimiliter id sciat, & hoc ampliatur etiam in ciuilibus si aliter veritas haberi non potest. Quod in ignobilibus Testibus satis est apertè decisum vt per Natt. cons. 349. num. 1.

Et ex hoc solo quòd fuerit præsens, absque alio indicio vel mendacij, vel vacillationis potest torqueri tenuit Senatus Pedemont. Decis. 42. Testes cogendi, & ita passim Mediolani obseruatur. 14

Testis siue sit infamis infamia iuris, siue facti torquetur vt fidem faciat Clar. q. 25. in principio.

Testis criminosus etiam si non sit vilis, vt probet torquetur Clar. ibidem. 15

Socius criminis Testis torquetur Clar. q. 21. vers. Scias. 16

Testis varius torquetur. Clar. ibidem vers. Ita testis, & si sit Clericus à suo tamen Iudice Clar. Ibidem versic. sed nunquid fallit in Testibus in dignitate Constitutis nisi simus in criminibus exceptis, ibidem contrarium Capyc. decis. 142. num. 13. vbi vide. 17

Testis, qui non recordatur de eo, quod verisimiliter recordari debet an sit torquendus, vel puniendus de falso Scaccia iud. ciuil. & crimin. cap. 86. num. 14. 18

Circa hanc torturam habes multa apud Caball. Var. resol. crimin.

Tortura Testis debet esse lenis tam si torqueatur super validitate sui dicti, quàm si torqueatur super præcisa responsione, seu veritate habenda quādo est suspectus quod 19

sciat delictum Clar.q.25.versic.Torqueatur in fine.

Eadem leuis tortura adhibetur quando principalis torquetur ad sciendos complices, quia tunc examinetur vti
20 Testis. Quod nota contra eos, qui more vxorum inseruiũt in eos, qui delicta propria sunt confessi, ita ut putent ab eis extorquenda, seuerissima tormenta tanquam cadauer, vulgo, vno Sacro d'osso. Scaccia de iudic. in caus. ciuil. & crimin. cap.86. nu.57. vers. verùm aduerte.

Testes quorum dictis non adhibetur fides nisi cum tortura, puta socius criminis non sufficeret, quòd prius esset examinatus in tormentis, & quòd de nouo iuret, sed opus est, quòd de nouo post iuramentum deponat in tortura, & perseueret in suo dicto, nam illa tortura, & omne id, quòd agitatum fuit ante litis consistationem non habetur in consideratione quoad præiudicium ipsorum comparentium Clar.q.45. vers. cęterum Farin.lib.2.crimin.q.43.nu.137. Scacc.d.q.86.nu.56. in fine, & sępe habui in facto, & nuper in causa Nob. Desiderij Ferrarij notarij, ac Fratris Ioannis I. C. ac compatris mei amantissimi cuius exemplum subijcio.

Philippus III. Hispaniarum, &c. Rex, & Mediolani, Dux, &c.

Dilecte noster, visa relatione diffinitiua processus isthic agitati contra Bartholomeum Garziam reũ cõstitutum, quòd in viam publicam prodierit sclopis rotatis armatũ vno scilicet lungo, duobus autem breuibus, & contra Desiderium Ferrarium de subornatione testis in offensiuo examinati ad veritatem celandum contra fiscũ, & re tota accuratè perpensa; quod attinet ad Garziam mandamus vobis, attentis etiam defensionibus præstitis, & exceptionibus quas patiuntur testes contra eum examinati, vt illum benè torqueri faciatis, non tamen interpollatis vicibus prout Curia ista censuit, & vbi nihil emergat absoluatis; quod autem attinet ad Ferrarium planè cognouimus Bugnagam illum testem, qui in secundo examine Ferrarium ipsum grauat de subornatione non potuisse

tuisse interrogari de subornatore, & cum fateatur se passum subornationem, faciat propterea se infamem, debuisse iterum torturæ subijci vt purgaret infamiam, & faceret indicium contra subornantem, & cum id factum non fuerit non potuisse super eius dicto fundamentum facere, nec Ferrarium reum constituere, itaque mandamus ut posthac diligentius aduertatis Ferrarium autem absoluatis Mediolani die 5. Aprilis 1607. signat in angulo Bellassius à tergo sap. I. C. Prætori Vogoniæ nostro dilecto, & sigillata, &c.

Post examen suprascripti Bartholomæi Garziæ in tormentis factum, attento, quòd nihil emersit à dicta tortura præfatus Dominus Prætor cum Curia dictum Garziam ab impictis vt supra absoluit, & dimisit, prout etiã dictum Desiderium Ferrarium absoluit signat. G. Crispus, hoc addito, quòd si ratione processus dicti Ferrarij aliquid facere omisit ductus fuit doctrina Marci Antonij Blanci in tract. de indic. homic. ad l. fin. ff. de q. nu. 380, & nu. 389. vbi habetur, quòd sufficit nominationem fieri in tortura, vel statim deposito reo a tortura, etiam in casu vbi de socio, non potest fieri interrogatio signat, &c.

Testes infames an torqueantur in causa ciuili Scacc. cap. 82. num. 78.

Tortura non purgat multiplices defectus in teste Crau. cons. 6. nu. 54. lib. 1. Franc. Burs. cons. 192. nu. 22. lib. 2. Rol. à valle cons. 3. nu. 48. lib. 3.

Tortura non purgat defectus periurij Onded. cons. 112. nu. 36, & 106. nu. 29. Farin. q. 45. nu. 23.

Nec Inimici Farin. q. 53. nu. 10.

Testes quando possunt torqueri in casu, in quo vnum dixerint extra iudicium, aliud in iudicio, & è conuerso latè distinguit Cepol. cons. crimin. 60. per totum Gram. vers. 6. nu. 16. & cons. 20.

Torqueri potest testis, qui scit vnum factum, & non vult reuelare, & hoc fieri potest absque indicijs. Gram. cons. 40. num. 11.

Tortura in teste infami purgat vtramque infamiam scilicet iuris, & facti, secundùm authorem hic. Cæterùm in hoc aduerte, quòd multi æquiuocant tenentes in cri-

minalibus infamem probare cum tormentis, nam res non sic se habet, sed tu dic, quòd infamis in casu in quo admittitur à iure, prout est in subsidium, & quando aliter veritas haberi non potest, tunc non admittuntur absque tortura, & ista consequentia est falsa, quòd generaliter infames admittantur cum tortura Farin. in 2. tract. crimin. q. 56. qui ita accuratè differit quando infamis admittatur vt, nihil ille intactum reliquerit, vt si quid addas *in Syluam ligna, eras*.

Porrò, quòd attinet ad hunc locum enucleandum; infamia iuris dicitur; quæ secundùm leges ciuiles, vel ipso iure, vel mediante sententia est. Abb. cap. 1. de accusat. infamia facti quando opinio, & existimatio apud graues viros grauata, & læsa est ob aliquod factum ab eo commissum Couar. lib. Pract. qq. cap. 18. nu. 1, & inter vtrumque hoc refert quia infamia iuris non probatur nisi per sententiam, aut confessionem delinquentis, quamuis delictum per testes probetur, quomodò autē probetur vid. Mascard. de probat. conclus. 695.

Volo te vnum monere, quem non pudet aperto ore, & effuso contra testes, contra te, aut clientem tuum examinatos, ne eum infamem appelles, si non potes probare, nam in manifestum incidis periculum, ne contra te actione iniuriarum ille experiatur. Onded. conf. 96. nec iuuabit te protestatio, quòd non opponas animo iniuriandi, nam debes specificare locum delicti, tempus mensis, & alias circumstantias, secus tamen est de die, ac hora. Viuius in lib. comm. opin. in verbo testium criminosorum Boer. decis. 32. Baiard. ad Clar. q. 24. vers. item infamis infamia iuris.

Triplex est igitur infamia iuris, facti, & Canonica, vt auctor hic differit, quas singulas prosequitur Ias. in l. cūctos populos col. 11. C. summa Trin. & fide catechisma Didac. lib. Pract. qq. cap. 18, & infamia iuris est duplex, altera quæ per sententiam infertur, per sententiam ex genere pœnæ ipso iure, & facto Franc. in cap. repræhensibilis nu. 5. de appellat. infamia facti triplex Ias. in §. sic itaque instit. act. nu. 20. quando enim quis est accusatus, vel denunciatus de aliquo crimine statim contrahitur in-

famia

famia facti. Secundo quando Iudex sine causæ cognitione vti iudex ordinarius aliquid proferat contra aliquem vti criminosum ex hoc irrogatur sibi infamia facti, & hęc operatur multos effectus. Repellit à testimonio in causa criminali, & etiam in causa ciuili ardua, item repellit à dignitate, a querela inofficiosi testamenti, a tutela, quia pupillus est persona spectabilis, vel superior, puta Illustris. Canonica infamia, quæ irrogatur ex quocumque peccato mortali, & hæc aboletur per pęnitentiam infamia iuris tollitur per dispensationem habitam à superiore puta à Principe Iac. de Santo Georgio in l. testium §. in l. Iul. ff. test. nu. 24. vide igitur ne tu, famæ tuæ aliquod naufragium patiaris, nam eiusmodi infamia facti notati, non admittuntur in testes, in quibus requiruntur testes omni exceptione maiores puta in causa matrimoniali etiam si essent plurimi testes ibidem, & in alijs ciuilibus non arduis detrahitur de fide; dic ergo, quòd infamia est iactura, & pœna vt per Anchar. cap. cum super num. 5. extra de secũdis nupt. est enim infamis de facto sicuti nummus bonus, & imminutus qui non potest expendi nisi difficulter, idem, & abrasus, & habetur ratio in eo deficientis ponderis. Plura de hoc apud Pet. Gregor. Syntag. Iur. Vniuers. lib. 3. cap. 29. Par. 3.

Et quia infamibus portæ dignitatum non patent, ideo hoc etiam locum habet in Ecclesiasticis dignitatibus, & iniurijs ad quæ aspirare non debet is, cuius fama læsa est, etsi quis velit curiosus scire omnes, & singulos casus in vtroque iure recurrat ad Marcũ Antonium Cuccum in sua institutione can. maiore lib. 4. tit. 12. de his qui ad ordines nu. 147. reis infamibus cum pluribus num. seqq. quo in loco nihil de Decoctore, qui est infamis Frãciscus Burs. cons. 119. nu. 30. licèt nunc veluti adulteratis legibus Decoctorum fiiij in honore habeantur, ad quos opes de manu pupillorum, viduarum, orphanorum raptæ perueniunt, nec pudet Illustres viros (*Hæc tempora*) eorum filiabus, aut Decoctoribus mortuis, eorum vxoribus iungi; & affinitates inire, *Omniaque in præceps ruunt fortuna voluente vices, & lucis, & anni*. Cœterùm hæc exempla perdita (si qua sunt) haud te transuersum agant,

quia viuens cum vituperio mortuus est, & hæc infamia hominem vniuersum decolorat, & affligit, & si incidas in controuersiam cui magis debeas an ei qui te à morte liberauit, an eo, qui ab infamia comperies te magis huic, quàm illi debere, quia viuere ita, vt non sit viuendum, laudabilius est mori, & vt dedecus vites vltio appetendus, subeundus, excipiendusque est dolor iux. Tull. in lib. 2. Tuscul. q. 2. *Nam veh illi cuius fama obscura est.*

Fol. 20. Ibi item si varius est, seu vacillans lin. 27. de his aliqua supra perstrinxi.

Regula igitur hæc est, quòd varius, seu vacillans non facit fidem in indicio criminali, nisi cum tortura Cepol. conf. 60. Additio ad Bertazol. conf. 153. prima in ordine.

Ab hac regula excipiuntur cõstituti in dignitate testes, qui, etiam si vacillent, non torquentur, nisi in criminibus exceptis læsæ Maiestatis, falsi, priuati carceris Marsil. in l. ex libero nu. 4. ff. qq. Cephal. conf. 184. nu. 8. lib. 2. qui loquitur in medico variante qui fuit (& malè secundum eum) tortus, & addit, quòd variatio post torturam non nocet, cum sit stãdum depositis in tortura Ruin. conf. 7. lib. 5. in princ.

Quæ dicatur variatio, seu vacillatio, vide in cap. præterea de test. cog. Alber. de rosate in tract. de test. varian. cap. 2. Paris. in cap. quoniam contra n. 157. de prob. Tyndar. de teste var. cap. 2, & seq.

Plura de hac variatione, & contrarietate testium vid. apud præsidem Menoch. de arbitr. iudic. casu 108. post Clar. quæst. 53.

Nec omittam, quòd Index inscriptis debet redigere hãc variationem, & vacillationem, & qua trepidatione, & quo vultu animi indice deponit, alioquin si non scribantur præsumitur pro teste, & eius testimonio, & Iudex ommittens tenetur in foro conscientiæ, & etiam in sindicatu Paris. dicto num. 157. 159.

Testis vacillans punitur vltra torturam, quæ ei infertur pro veritate eruenda, pœna l. Cornel. de fals. & extra-

traordinaria vt per Parif. ibi nume. 158.

Fol. 21. Ibi si incontinenti se corrigat linea quinta.

COrrectio in teste quando fit habenda.

Primò attendi debet an fit verisimilis hæc correctio, & an fit vir probus. Alciat. reg. 3. præf. 29. Menoch. dicto caf. 108. num. 6.

Secundò. Correctio ex interuallo præsumitur per subornationem nisi doceatur de iusto errore Menoch. dicto casu nu. 7. verf. Tertius est casus puta de verisimili obliuione, & ibi alia desumere potes.

Tertiò. Correctio incontinenti dicitur sequuta, vt author hic probat, quando non discessit testis à conspectu Iudicis, vel si exiuit partem nō est alloquutus, & demum in hoc versatur religio iudicantis, qui subodorari potest an fit in correctore impostura. Idem Menoch. nume. 7. Farin. de indic. & tort. q. 52. num. 34. lib. 2. post Boss. de publ. proc. nu. 32, & seq.

Non tamen accede cautelæ cuius meminit author hic, cum per eam veritas non debeat coangustari quærendo vias ad impediendum ne veritas ex eius ore elucescat, qui errorem suum corrigere statim paratus est; *valeat ille Doctor author huius suæ cautelæ.*

Fol. 19. à tergo Ibi quia Tortura.

QVòd tortura non potest repeti vltra tres vices in teste vario, non satis hoc probo, quicquid fit in reo, vt per Præf. Menoch. de arbitr. iudic. caf. 472. vbi de repetitione torturæ ex professo agit, & an vltra tres vices vid. Farin. q. 38. nu. 105. verf. tertiò aduertatur.

Fol. 21. Ibi Nec quo ad istos Testes.

COmparitio præuentoria, quo ad testes informatiuos Curiæ non prodest quando torqueri non possunt ante copiam indiciorum, nam secus destruerentur mille processus, rectè hic loquitur auctor, tu vide Farin. q. 39. nu. 116. cum seqq. nu.

Fol. 21. vers. sunt tamen limit. 3.

Longum horum testium tractatum confecit Farin. de opposit. contra test. ad quem excurre post Clar. & Baiard. q. 24. Mascard. de probat. conclus. 1357. cum seq. lib. 3.

Ibi alioquin testis quem totaliter fol. 22. lin. 21.

Nota hunc casum, quòd testis, qui à lege prohibetur testificari non facit indicium nisi ad assumendas informationes super delicto specialiter contra aliquem, vel ad capturam, vel ad transmittendã inquisitionẽ non ad torturam hæc sunt verba Clari in quæst. 28. vers. vide etiam plerumqne qui est finalis.

Circa hoc nota quod exceptiones contra Testes non repelluntur à principio, sed sunt reseruandæ Abb. Aret. & Felin. cap. ex parte de appell.

Testes, qui non debuerunt examinari si examinentur faciunt indicium nisi contra eos reseruata sit exceptio Aretin. dicto cap. ex parte col. 6. vers. Tu autem in ista materia.

Exceptio contra Testes etiam repellens ab initio est reseruanda si requirat altiorem indaginem in probando illam, etsi plus temporis consumitur in discussione exceptionis, in probando merita causæ Abb. dicto cap. ex parte, Ego autem nunquam obtinere potui in obiecta Testium id quod scribit Menoch. in cas 239. nu. 8. De arbitr. iudic. Quod si obijciatur Testem esse inimicum apparentibus actis puta, quia testificatus sit in causa capitali contra me ille repellitur, nã Iudices indistinctè volunt, quòd hæ, & aliæ exceptiones similes super obiecta Testium reseruentur in fine causæ, iuxta. Stat. Mediolani in quo tamen discedunt à præscriptis regulis, quia in obiectu notorio, & indubitato cessat omnis præsumptio calumniæ.

An Testes, qui non debuerunt examinari, examinati faciant indicium Vid. Brun. De indic. & Tort. q. 2. prima par. Gram. consf. 42. num. 4. & 5.

Testes

Testes inhabiles si fuerint examinati, an ex officio possint repelli parte non opponente Gomez de delict. cap. 12. num. 22. Vbi vide.

Fol. 19. Ibi an inuestigauerit à fratre.

RECtè discribitur officium Testis in deponendo per vnum ex quinque sensibus corporis, & non titulare delictum, cum ad eum non pertineat officio iudicis fungi. Dec. cons. 100. col. 4. vers. 15. Hinc dicitur, quod debet deponere super facto non autem iudicare idem Dec. cõs. 445. 499. nu. 9. si tamen post iudicium suum annectat rationem per sensum corporis probat Ias. in l. iuri operam. ff. instit. & iure nu. 26. Marsil. singul. 183. Corn. consil. 139. num. 5. vol. 4. Non me extendo.

§. Læsæ Maestatis.

Fol. 23. Linea decima.

DE crimine læsæ Maiestatis extat integer tractatus Hier. Gig. insertus inter vol. tract. tom. 11. par. prima, & vlterius Author incertus sub fol. 23. Mart. Gar. Laud. Tiber. Dec. in secundo tract. crimin. tit. Quib. mod. contr. crim. læsæ Maiesta tis cap. 6. Alba cons. 296. num. 6. cons. 770. cum tribus seqq. In causa Priciualli Lampugnani, qui arguebatur reus eius criminis quando Dux Mediolani occisus fuit à Io. Andrea Lampugnano, & an frater carnalis eius, qui tale delictum commisit veniret aliqua pœna plectendus de iure communi, vel secundum statuta, vel Decreta Mediolani, quod cõsilium est Decij cum subscriptione Lancelloti eius fratris, & inter consilia Decij est in ordine 64. Et hoc facinus recenset Boss. tit. De crimine læsæ Maiestatis nu. 56. Menoch. cons. 99. & 102.

Ibi qui est subditus origine vel domicilio.

PEr hæc dixi in anno præsenti 1606. Quo vigebat Decretum gratiosum, quòd cum quidam Cremensis

edu-

eduxisset per vim è loco Camnaghi districtus Mediolanensis mulierē, quā per vim stuprauerat eū atteta remissione esse liberādū, quia nō dicebatur cōmisisse crimē læsę Maestatis, cum non esset subditus huic Dominio, & ita cū Fiscalium voto fuit in Senatu pronunciatum, & dictum esse in casu latè Tiber. Decian. tit. Qui crim. læsæ Maestatis cap. 8. num. 5. lib. 2. Crau. cons. 492. nu. 6. lib. 3. Alexander Rhaud. I. C. perspicacis ingenij de Analog. cap. 32. nu. 30. Et meritò fuit in eo Decreto exceptum crimen læsæ Maestatis Diuinæ, & Humanæ, tamquam valde graue Aloys. Cattelan. cap. 27. limit. prima fol. 222. Et quadraginta quinque casus in quibus committitur tale crimen connumerat Baiard. ad Clar. in §. læsæ Maestatis Moscatell. in sua Pract. crim. titu. eodem.

Et an delinquens contra Baronem illud committat Tiber. Decian. lib. 7. cap. 8. nu. 7. Viuius decis. 228. Burs. cons. 147. num. 24. lib. 2.

Non iniucunda autem sunt, quæ subijcio, & hunc locum exornant.

Quòd crimen illud comittit, qui suppositus iurisdictioni, & potestati Imperij ab obedientia se subtrahit, & hostilem animum assumit, & se Domino suo aduersariū, & infensum parat, & tales perduellos appellantur, parati ad duellum, siue bellum clandestinū, seu publicum Alex. cons. 13. in 6. vol. Socin. cons. 22. in 1. old. cons. 43.

Crimen læsæ Maestatis in primò capite dicitur is committere, qui non solum contra personam Principis, sed etiam prosperitatem, & statum opera fecerit, siuè aliquid machinatus fuerit ibidem probatur, & contra statum videtur facere, qui nititur illum mutare in aliud regimen.

Consiliarium Principis offendens an incurrat crimen hoc. Crau. cons. 923. lib. 5. num. 3, & 7, & plura in cons. 859. quomodo lib. 5. vbi consuluit pro Scipione Flisci Comite à cuius Fratre Io. Aluysio fuerat extrinctus Ioannectinus Aurius die 2. Ianuarij 1547. qui locū Pręfecti classis Cesareę obtinebat super quo themate respondit Menoch. cons 99. lib. 1. Cephal. præceptor meus cons. 304. lib. 3. Tiber. Dec. cons. 18. lib. 1. Rolan. à valle cons. 1. lib. 3. omnes nostri temporis primarij I. C. & in dicta causa moti-

ua excitauerat Polidorus Mediabarba Senator, & olim publicus professor primariæ vespertinæ lectionis in studio Papiensi.

Fol. 10. Rebelles communis Mediolani.

SVper venit tractatus Farin. de crimine lęsę Maiestatis. Qui sint rebelles diffusè Bart. in tract. qui sint rebelles, & sunt molientes contra Principem, vel Rempublicã, & illi inobedientes circa prosperitatem Imperatoris de hoc plura Decian. lib. 3. tit. de Rebell. cap. 32, & an committatur per non subditum num. 10. ex communi tamen vsu confunduntur hæc crimina læsæ Maiestatis, & rebellis præter quàm in hoc, quòd rebellis incurrit crimen ipso iure sed in crimine læsæ Maiestatis requiritur sententia, & rebellare idem est, quod deficere, nec dicitur rebellis nisi is qui resistit.

Fol. 11. Prouisiones.

HAec duo capitula sunt superflua, quia hodie erectum est officium Collateralis Cæsari exercitus, qui seuerè animaduertit contra huiusmodi fugitiuos stipendiarios de quibus scriptum est. *Nulla fides, pietasque viris qui castra sequuntur.*

§. *Blasphemia. fol. 27.*

DE blasphemia Plot. in suo tractatu de blasphemia. An ius accusandi de blasphemia aliquo tẽpore præscribatur dico in libro meo de præscriptione delictorum. Habui in contingentia facti, dum quidam eques pet. Antonius Lauda Mediolanensis accusatus fuisset à socero de blasfemia atroci, ego pro eo respondi, quòd constitutio Mediolani sub tit. de Pœnis. §. Accusatores, præfigit terminum dierum 15. ita, quòd vltra eum terminum accusare non possunt, decessit pendente disputatione, coram prætore Mediolani Ioanne Salieno Hispano; verùm mihi obij-

obijciebatur, quòd Decretum ſolùm locum habebat, quãdo fiebat accuſatio de blaſphemia ad effectum conſequẽdi præmium non autem ſi citra animum cõſequendi premium procederet. Exquiſiui, quid in praxi ſeruaretur à ſingulis notarijs criminalibus, qui omnes reſponderunt ſeruandum eſſe Decretum indiſtinctè; nam verè magna ſubeſt calumnia in diferente talem accuſationem, nam non debuit tandiu morari in re, in qua de ſalute animæ agitur, & magis eſt, vt poſt longum temporis interuallum præſumatur quis moueri non ex zelo fidei, ſed cupiditate vendictæ, & ego libenter huic eorum opinioni aſſenſi, iux. illud de quo in l. ſi forte ff. de pęnis. Ibi neque enim debuit rem tam grandem diſſimulare.

Cauſæ Blaſphemorum non referuntur Senatui vbi non agatur de atroci, aut dubitetur vtrum ſit atrox, ex ordine Senatus 1580.

Pęnæ pecuniariæ ob blaſphemias irrogatæ per generalem criminum abolitionem ſunt condonatæ; declarauit Senatus anno 1554. 10. Maij inter ordines Senatus fol. 85.

Blaſphemus an dicatur ſi quis dixerit Al diſpetto di quel becco, che mi tiene al mondo negatiuè concludit Franc. veg. conſ. 48.

Per quos teſtes delatus de blaſphemia minime conuincatur dic per teſtes ſingulares in verbis, per fæminas, minores, infames, & eos qui aliquam violentiam ſe paſſos dicant à delato. Sim. de Pret. conſ. 51.

De Blaſphemia lege apud Caball. reſol. crimin. caſ. 296.

Vtrum ſit blaſphemia dicere ad corpus, vel ſanguinem Dei.

Et an minoretur pęna ſi quis iratus blaſphemauerit, & caſu 180. num. 7.

Fol. 29. Ibi in verſ. Sciat autem de homicid.

§. *Homicidium.*

Colligenda ſunt aliqua circa materiam homicidij.

Pęna homicidij ſiue animo deliberato ſiue non comittatur eſt pœna mortis ex Conſt. tit. de Pęnis §. Homicida,

micida, & tanquam homicida qui animo deliberato occidendi aliquem vulnerauerit ex dicto Decreto, quamuis iste rigor à Senatu temperari soleat. De iure communi est etiam pęna confiscationis bonorum. Cassan. in suis consuetudin. rub. 2. §. 1. in princ. in 4. casu Clar. §. homicidium vers. sed quæro. Quod tamen correctum est per authen. bona damnatorum, vt referuetur personis ibi notatis, vt per Rol. à valle conf. 97. num. 1. lib. 2. vbi tamen dolo malo non fuerit comissum, & si lata culpa vel casu, vel aliter, absque dolo, tunc locus est pęnæ extraordinariæ absque bonorum publicatione Plot. l. si quando num. 765. C. vnde vi. & quomodo intelligatur vide Clar. dicto §. homicidium vers. culpa cum tribus seqq.

Pęna occidentis se ipsum an par sit cum occidente aliū, cum nemo sit dominus membrorum suorum vid. Alber. in tract. stat. q. 18. nu. 2, & 3. Diaz. Regula 165. damnatus ampliat. 1, & ego plura in methodo ad Ambrosin.

Homicidium à pluribus in rixa comissum vnico vulnere, si non constat, quis illud intulerit pœna ordinaria nõ punitur Caball. resol. crimin. cas. 192, nu. 12.

Homicidium comissum per minorem citra mortem punitur idem casu 134.

Occidens carceratos, aut à familia captos, vel coram iudice constitutos, aut ad supplicium ductos, an, & quando puniatur idem casu 94. per totum.

Occidens citatum à iudice, coram quo nondum comparuit non punitur, si aliàs eum occidere poterat, nisi citato data esset securitas, & ea innotesceret offendenti idẽ dicto cons. 94 num. 10.

Occidens inimicum, seu hostem, seu transfugam in bello, postquam est captus pęna mortis punitur, & quòd licitè potest offendere ibi.

Occidens bannitum habentem securitatem à iudice non notam offendenti ex cons. ibidem nu. 12.

Occidens hominem monstruosum habentem formam hominis punitur vt homicida, secus si habeat caput animalis idem casu 139.

Occidens duos volens occidere vnum tenetur de morte omnium idem casu 157. nu. 2.

Banni-

Bannitus occisus non connumeratur in numero occisorum, quod nota contra statutum proditum contra homicidas ibidem nu. 4.

Superuenit tractatus Farinac. de homicid. vberrimus.

Occidens vnum pluribus vulneribus eodem tempore illatis homicidij pęna an teneatur Caball. cas. 198. n. 16.

Occidens vnum volens occidere alium dolo, & proposito an puniatur pęna homicidij, ac si quem volebat occidisset, an verò alia mitiori pœna arbitraria idem casu 31. num. 8.

Occidens vnum, quem alius mortiferè vulnerauit quomodo teneatur idem Caball. cas. 153. num. 20.

Occidens eum, cui erat successurus, admittitur is occidens ad successionem licèt ei auferatur, vt indigno Bald. in l. eam quando nu. 10. l. fideicommiss. Bart. & Roman. in l. si sequens. ff. ad Syllan. Socin. in l. 1. nu. 30. & Ripa nu. 155. ff. vulg. & pupill. substit. Clar. §. Homicidium Var. priuatum etiam Socin. conf. 124. lib. 3. Crau. conf. 942. lib. 5. Farin. q. 120. De incapacitate occisoris Io. De Anicis conf. 10. num. 3. Peregr. conf. 91. nu. 20. lib. primo.

Homicidium quando à pluribus in rixa comissum fuit licèt vno vulnere, omnes delinquentes veniunt extraordinariè puniendi arbitrio Iudicis Thes. decis. 31. num. 3. Caroc. locati tit. De morte nu. 6. cum seqq. fol. 347.

Homicidium ira commissum an mitius puniatur vide supra Thes. decis. Pedem. 178. Incipiente ita motus.

Occidisse hominem confessus si addit ad sui defensionē debet probare hanc qualitatem, quòd si secus fecerit non poterit tamen nisi pecuniaria pœna plecti, sed si extant præsumptiones ex quibus ius præsumat ad defensam factum homicidium, tunc omnis pœnæ expers erit Bertazol. conf. crimin. 449. lib. 2. & 450.

Homicidium non esse factum per aliquem, quibus coniecturis probari possit idem conf. 162. nu. 11. conf. 449. supra citato.

Homicidium casuale inter amicos Bertazol. conf. 208. num. 16.

Homicidium præsumitur comissum ad defensam idem conf. 31. num. 9. 27. nu. 9. 128. num. 4.

Occi-

Occidere licet habentem ensem sub brachio, & deinde euaginantem. Idem conf. 101. num. 12. Et se præparantem ad insultum, & ad offensam idem conf. 1. nu. 36. Et venientem contra se cum armis conf. 128. nu. 5. Et ad euitandum iniuriam personalem conf. primo num. 19.

Occidens vnum credens eum esse ex percussoribus excusatur à pœna idem conf. 223. num. 12.

Occidens bannitum liberandum excusatur, si non apparebat de banni reuocatione, & solutione pœnæ idem conf. 223. Appostill. littera A.

Occidens minantem, & iniuriantem quando excusetur idem conf. 434. nu. 16.

Occisus si quis reperiatur in domo alicuius præsumitur contra Dominum domus, & est indicium ad torturam, quando concurrit aliqua præsumptio, vel suspicio contra Dominum idem conf. 448. lib. 2.

Occidens aliquem proditorie grauius delinquit, quàm, qui sine proditione Farin. q. 18. etsi dicatur proditor is, qui occidit suum inimicum nihil præcauentem Bart. in l. respicien. §. delinqnũt ff. pœn. latè Aloysius. Catell. in suo tract. de indultu cap. 31. limit. 4. vbi an occidens suum inimicum à tergo dicatur homicidium proditorium ibi in allegatione incerta incipiente Magna Curia, & ad allegationem seq. incip. quod ore Baiard. ad Clar. §. homicidium nu. 22, & seq. Farin. conf. 76. nu. 7, & 15.

Occidens carceratum conuictum, vel condemnatum an sit reus criminis læsæ Maiestatis Marsil. sing. 150. Boer. decis. 215. num. 23.

Ad excusandum homicidium casuale vide Socin. conf. 16. vol. primo.

De homicidio culposo differit Iac. Menoch. de arb. iud. casu 324. Cepol. conf. 30. Cacheran. decis. 104. Mascar. de probat. conclus. 97. 98.

Occidens cum percussione pugni quomodo teneatur Signorel. conf. 63. Baiard. ad Clar. §. homicidium num. 8. remissiuè num. 23. 26.

Homicidij pœna an teneatur is, qui occidit vnum, cum vellet occidere alium Baiard. 161. nu. 12.

Animus deliberatus non præsumitur ibi nu. 13.

Quan-

Quando dubium est an quis occiderit, animo occidendo, si constat, quòd ille aliquem occiderit resultat præsumptio, quod, animo occidendi illum, hoc fecerit Marsil. l. 1. §. diuus nu. 30. ff. sicar. Bajard. vbi supra nu. 13.

Coniecturas viginti animi deliberati circa homicidiũ recenset Iac. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 361. Mascard. concl. 98, & 864. lib. 3.

Occidens manibus strangulando homicidij pęna punitur quicquid in occidente manu vacua, vel manu armata in capite Viuius decis. 79. animus delinquentis lib. 1.

Occidere licet quinque modis. Primo iudicis authoritate iuxtà illud maleficos non patieris viuere super terram. Secundò bello iusto, quod publica authoritate geritur. Tertio vim vi repellendo, ad defensionem propriæ vitæ, nec incurritur aliquod peccatum, aut irregularitas. Quarto pro defensione reum. Quinto pro defensione proximi Viuius decis. 197. maritum col. fin. cap. primo.

In homicidio puniendo quæ qualitates, & circumstãtiæ attendatur vide decis. triuis. lib. 2. decis. 58. in vna vbi consuluit contra Presbyterum, qui cum ferro securis percussis humeris occidit Clericum, & declaratus fuit irregularis, & perpetuo bannitus ab insula Ausariensi.

An liceat viro ducere socios pro occidenda vxore reperta in adulterio decis. triuis. 22. in vna vbi concludit pro negatiua lib. 2.

Prouocatus modum excedens quomodo puniatur viu. decis. 439. in præsenti lib. 3. nume. 35. 36. vide infra fol. 56. pag. prima.

Homicidium perpetrans vltra decem annos capitis pęna amplectiatur Viuius dicta decis. 429. nu. 37.

Abortus connumeratur inter homicidia, & ex quibus circumstantijs præsumatur, & Testes qualiter admittantur Viuius Decis. 458. lib. 3.

Homicida quando dicatur notorius Eugen. consil. 22. num. 31.

Homicidij pœna ordinaria non punitur, qui occidit aliquem in rixa casu exorta, sed extraordinaria tantùm Eugen. dicto conf. 22. nu. 43.

Homicidium si plures comittunt culpa eorum ad casum

sum non præmeditata non omnes de homicidio tenentur Marc. Ant. Eugen cons. 46. num. 26.

Præmeditatum homicidium grauius punitur Eugen. cons. 76. num. 4.

Homicidæ etiam inuiti, naturæ mutant faciem, & oculorum formam Decian. De homicid. & eius attrocit. cap. 17. num 16. vers. sed, & hi lib. 10, & est maius adulterio ibidem nu. 18. vers. licet.

Statutum non valet, quòd pro debito pecuniario quis possit occidi ibi nu. 20. & cit. Ias. in l. omnes populi, & Ripam nu. 46. in fine ff. Iust. & iure. Decian. de homicid. cap. 20. nu. 25. 26. 27. 28. Farin. cons. 2. Beatus.

Homicidium vti genus comprahendit sub se varios occidendi modos, strangulando, præcipitando, suffocando, pede, vel calce percutiendo, & etiam capite pugno, claua, ligone, negando alimenta, veneno, malis medicamentis, & quocumque instrumento ibidem cap. 18.

Qui dat venenum ad sterilitatem homicida est, idem qui partum abigit, vel abortum violenter facit, vel in causa fuit, vt fieret, homicida est, præsertim si in corpore membra sint formata, & anima infusa; ideò in mortuum non potest dici verè homicidium, quia mortuus dicitur cadauer non homo, quia ad esse hominis requiritur anima, & corpus vnitim, & qui mortis causam dat dicitur homicida Decian. cap. 18.

Homicidij appellatione non venit qualificatum, & statutum loquens de homicidio non habet locum in qualificato ibidem num. 13.

Quid in mandante ibidem num. 14.

Quid in conante, non autem occidente ibi nu. 15.

Quid in auxiliante ibidem nu. 16.

Homicidium fit, aut ex proposito, aut ex impetu, aut casu l. respiciendum §. Delinquunt ff. penis ibi habes exempla.

Homicidiorum qualitas, quomodo distinguatur tex. in l. vsufructu §. 1. ff. pen.

Homicidia fiunt Armis, Veneno, falso testimonio, vel à Iudice per sordes, incendio, vel Abortum fieri procurando, vel consilio, & ope præstita.

H Leuio-

Leuiora, & grauiora sunt septem modis Decian. dicto cap. 18. in fine.

Homicidiorum genera explicat Igneus in l. 1. §. occisorum nu. 30. ff. ad Syllan. latè Tiber. Decian. c. 20. lib. 9.

Statutum an possit ex aliqua causa concedere homicidia fieri Decian. dicto cap. 20. nu. 22. vers. sed dubitatur.

Statutum loquens de homicidio non comprehendit eum qui committit homicidium à lege permissum, quia non dicitur gladium assumere, qui lege permittente accipit Decian. dicto cap. 19. nu. 24.

Statutum, quòd pro primo homicidio soluatur certa pęna, & pro secundo decapitetur, & soluatur pęna pro primo, pro secundo decapitabitur, quia statutum considerauit facta; & facta pro infectis haberi non possunt, ideò primum delictum aggrauabit secundum Decian. ibidem num. 28. vers. si verò.

Statuto disponente circa homicidia si nõ derrogat expressè iuri communi, & illud poterit seruari ibidem nu. 29. vers. nota, nisi appareat statutum voluisse derogare pęnis iuris communis pro vt in dubio præsumitur.

Quòd si statutum eandem pęnam imponat, quam imponit ius commune puta capitis, intelligatur tamen statutum secundum ius commune, idest si homicidium dolosè commissum sit, secus si casu: imò hoc habet locum etiam si statutum diceret quomodocumque, & qualitercumque sit commissum puniatur in capite, non intelligatur si ad sui defensionem Decian. Ibi nu. 30. vers. Quid si statutum.

Statutum concedens facultatem hęredibus interfecti impunè interficiendi homicidam an valeat vide ibidem num. 32. vers. Hic autem.

Si statutum condemnat homicidam in pęna pecuniaria quam si non soluit vult, quòd puniatur in pęna capitis, neque addidit tempus, quo soluere deberetur intra, quod tempus intelligendum erit statutum, tenendum est, quod intelligatur sensisse de tempore quadrimestre Bald. in l. promissor §. si fine ff. constituta pecunia.

Statutum de homicida an habeat locum in mandante, item de attentante non perficiente Tiber. Decian. dicto cap. 20. in fine.

§. Fe-

§. Veneficium.

§. Veneficium.

DE Veneficio habes Menoch. casu 359. de arb. Iud. tract. Deciani sub cap. 21. ex quo hæc summatim deducuntur.

Primo. Quod pęna est legis Cornel. de Sicar. contra facientem venenum, vendendum, vel habendum l. 3. ff. eodē.

Secundò. Lex loquens de puniendo veneno intelligitur de malo. Decian. dicto cap. 21. nu. 7.

Tertiò. Venenorum genera 21. num. 9. multo tamen plura relinquenda sunt Medicis.

Quartò. Veneno inficiuntur sagittæ, & tela omnia, & multis authoritatibus etiam Poetarum probatur ibi numero 10.

Quintò. Venenum, Veneno opprimitur, & necatur ibi num. 11.

Sextò, Veneno grauius est necare, quàm homicidio, ibidem.

Septimò. Venefici non sunt tuti in Ecclesia ibidem.

Octauo. Papa dispensat contra Matrimonium ob suspicionem Veneni ibi nu. 5.

Nonò. Veneficus potest renunciare appellationi tanquàm friuolæ, quando in alijs delictis fieri non potest, idem cap. 22. num. 6.

Decimò. Deferens Venenum punitur, vt porrigens pęna l. Cornel. de Sicar.

Vndecimò. Tortura facilius inferri solet in hoc crimine, quàm in cęteris ibi nu. 8.

Duodecimò. Facere Venena, & ea tenere, & ferre flagitosum est, & vendere nu. 9.

Decimotertio. Iudex non potest damnare reum vt pereat Veneno ibi num. 10.

Decimoquartò. Venenorum aliud præsentaneum, aliud moratorium, vel ad tempus nu. 12.

Decimoquintò. Venenum patri volens dare punitur l. Cornel. de Sicar. dato, quòd effectus mortis non sit secutus Dec. in cap. 23.

Decimosextò. Venenum dans ad amorem, vel conce-

H 2 ptionem

ptionem punitur extra ordinem quia est res pessimi exẽpli ex quo sequitur dolum, non requiri vt puniatur quis Venenum ministrans. Ibi nu. 2.

Decimoseptimò. Conatus an puniatur in Veneficio, vel præparatio aliqua sine aliquo effectu, vel quando datum est, sed mors non est sequuta propter remedia, vel alia de causa ibi num. 3.

Decimooctauò Conscij, & fautores huius sceleris puniuntur, vt serui nu. 9. vers. conscij.

Decimononò. Præsumptio de Veneficio potius est contra fœminam. De latrocinio in masculum Tiber. Decian. lib. 9. cap. 24. in 2. Tract. crimin.

Vigesimò. In crimine Veneficij debet prius constare de corpore delicti prout in alijs ibi nu. 4.

Vigesimoprimò. Instantia in crimine Veneficio bienio finitur ibi nu. 18.

Vigesimosecundò. Indicia quæ sint legitima ad detinendum accusatum de Veneficio, & leuiora sufficiunt ibi num. 19.

Vigesimotertiò. Si statutum dicat quòd auxiliũ præstans homicidæ puniatur non comprahendere Venenum præparans, & miscens Bald. conf. 211. istud maleficiũ in 4.

Vigesimoquartò. Excusationes ad euadendum Veneficum à pœna mortis ibi cap. 26. de excusat. venen.

§. *Homicidium*.

OCcidere volens vnum si occidat alium pœna extraordinaria punitur M. Ant. Resol. lib. nu. 3. Resol. 5. n. 13.

Maleficium non dicitur comittere, qui occidit ad sui defensionem, Idem in Clerico qui non ob id fit irregularis idem resol. 26. lib. 3. num. primo.

Occidens aggressorem præsumitur fuisse ad sui defensionem ibidem num. 12.

Homicida voluntarius per solum Papam dispensatur ibi lib. 3. Resol. 3, & an possit ordinari.

Homicida præsumitur occidisse ob propriam inimicitiam, non autem de consilio alterius ibi Resol. 8. num. 2. & 17. num. 10.

Ho-

Homicidium præsumitur potius accidentali ter sequutum, quàm data opera, & præuio tractatu, quia tractatus est probandus per allegantem, & de modo probandi idem Resol. 10. n. 5, & 6. lib. 3. Mascard. conclus. incip. tractatus lib. 3. Prob. & quando dicatur casuale ibi resol. 16. nu. 21. Crau. consf. 947. n. 12. lib. 2. vbi, quòd præsumitur casuale,

Occisi corpus si non inueniatur quia fuerit proiectum in mari sufficit, quòd constet per famam. C.iueus. super rit. magn. Curiæ. Rit. 45. item si accusatur nu. 12. Bald. in l. si quis probatio ff. probat.

Homicidium detestatur Crau. cons. 377. nu. 24.

Quibus coniecturis dicitur excusari homicida à dolo. Crau. cons. 451. nu. 4, & dolum requiri vt locus sit pœnæ mortis idem cons. 432.

Homicidium vt capite luatur, non tenetur qui solùm mandauit vulnerari Crau. cons. 923. nu. 12. lib. 5.

Occidens eum quem quis credebat ex aliqua causa esse bannitum, cum non esset, punitur pęna mortis Ias. cons. 132. nu. 4. lib. 5.

Interrogari non debet in crimine homicidij de alio, & nominatio de alio facta nominato non nocet etiam quo ad indicium cons. Beroij 175. nu. 63. lib. 3.

Ab homicidio primo absolutus, si commiserit secundum debet decapitari, licet ex vno solo non debuisset decapitari Bero. cons. 176. nu. 3. lib. 2. Et ex primo oritur indicium ad torturam num. 2.

Si quis permittit extrahi arma de domo sua, vt aliquis occidatur tenetur de occiso. Alciat. responso 23. omnimode tom. 2. lib. 2.

Homicidium, quòd potius ad defensionem, quàm ad vindictam factum fuerit in casu dubio præsumitur Dec. cons. 459. nu. 4. 469. nu. 11, & quo casu magis culposum, quàm dolosum creditur, idem cons. 482. nume. 9. Crau. cons. 151. num. 18.

Homicidium cum ludentibus ad brachium an puniatur idem cons. 9. nu. 4. & 5.

Comissum extra propositum punitur extraordinaria pęna pro modo culpæ, puta si quis per lasciuiam homicidium patrauerit per plura exempla quę affert Dec. cons.

9. Exemplum de muliere quæ medicamentū ex quo mors consecuta est, dedit non malo animo, sed ad conceptionem, quæ in pœnam homicidij relegata est, ac de alijs vt ibi, secus vbi nulla culpa cōsiderari potest vt in ludo permisso, nam si quis in colluctatione dum exercentur alius alium occiderit, non tenetur l. Aquilea quia gloriæ, & virtutis illud factum est idem Dec. consil. 234. nu. 6.

Pena homicidij non habet locum quando committitur absq; animo, & voluntate & hoc procedit tam de Iure ciuili, quàm municipali, nam semper debet subintelligi dolus Dec. dicto consil. 9. Tiraq. de pæn. temp. consil. 13 num. 10 per totum, & quomodo cognoscatur animus occidendi Vid. ibidem Borabin consil. 16. Bertazol. consil. primo crimin. lib. primo Farin. consil. 2. num. 19.

Qui posuit offendiculum ad fenestram causa capiendi fures de nocte accedentes, non censetur fecisse animo occidendi, & si contigerit quem videntem ingredi per fenestram, mediante offendiculo præcipitem lapsum in terram, & mortuum esse, non tenetur de occiso, nec is qui furem nocturnum occiderit in dubio persona, vel rerum periculo Alex. consil. 140. Vnde in casu lib. 2. cuius meminit Dec. consil. 234. nu. 6.

Ad excusandum homicidam sufficit dubitare de offensionibus Io. de Amicis consil. 23. nu. 14. Alex. de Neuo consil. 92. nu. 6.

Homicidium comittens prouocatus non seruans moderamen inculpatæ Tutelæ non pœna mortis sed, de excessu tenetur, seu de quanto non de tanto; & est pæna pecuniaria, vel relegationis ad tempus Io. de Amicis dicto consil. 23. nu. 14.

Comissum ab Amico contra Amicum presumitur casualiter, & non data opera, aut dolo comissum Io. de Amicis consil. 7. nu. 39. & 86. nu. 15.

Vide ad materiam plura apud Caball. in Tract. de Homic.

Homicidium factum à meo consanguineo in quempiam, etiam contemplatione iniuriæ mihi illatæ non præsumitur factum de scientia, & mandato Patris. Natta consil. 499. Inquiritur nu. 3. & lim. sub nu. 4. secus si pater

esset

esset presens homicidio, nec prohiberet, cum posset. Ibi. occisus in via si quis reperiatur, si ignoretur à quo, præsumitur occisus ab eo, quiuiam frequentabat. Natta cons. 423. nu. 24. modò ille soleat similia perpetrare Ibidem.

Maritus occidens vxorem in extremo mortis articulo existentem, censetur homicida, quia mortem accelerauit. Alex. de Neuo cons. 65. ex litteris nu. primo.

Minor ætas non excusat famulos in necem Domini conspirantes Gasp. Ant. Thes q. forensi. 46. nu. 5. lib. 1.

Homicidium etiam post peractam pænitentiam, & etiam occultum impedit ordines receptos, & recipiendos. Alex. de Neuo cons. 65. nu. 2.

Dispensatio Professi non expresso homicidio non valet ibi nu. 4.

Occidens hominem, qui non fit aptus ad generandum, qua pæna puniatur, & quid in castrante hominem. Franc. de Ponte cons. 98. nu. 37.

Occidens hominem insidiosè, seu proditoriè non potest gaudere immunitate Ecclesiæ Igneus l. 1. §. si Dominus nu. 7. ad Sill. Gugl. Benedictus de Homicid. num. 36. Menoch De præs. lib. 5. præs. 10. nu. 14. Caball. resol. crimin. 88.

Occidens puerulum vnius diei homicida est Igneus l. 1. §. occisorum num. 19. ff. ad Sillan.

Occidere hominem, & cum telo ambulare hominis occidendi gratia paria sunt. Igneus l. Necessarios §. seruus num. 69. ff. ad Sillan. in a. parte.

Homicidium qualificatum, quod dicatur l. Necessarios §. Non alias ff. ad Sillan. vbi Igneus sub nu. 122. 2. par. fol. 15. Gugl. de Bened. de homic. Incip. Videretur fol. 44. num. 5.

Clericus homicida qua pæna puniatur Gugl. de Bened. d. q. in princ.

Homicidium aggrauatur ex his modis, ex persona interfecti, ex parte occidentis, ex loco, ex tempore, ex quantitate percussionum, ex euentu, ex inuista causa percutiendi.

Si Mulier præparauit poculum pro Abortu, & cœperit

sun ere, sed propter amaritudinem destitit; Senatus censuit Martham della Castena de loco Summæ fustigādam; Secret. Poggius. Quod notā ad Constitutioné Mediolani §. si quis ex proposito de pœnis, & de hoc vide Dec. Thes. 12. Abigens partum. Bonacossam in verbo Abortus, & quomodo puniatur mater ibidem.

Mater occidens infantem in vtero quomodo puniatur ibidem.

Mater fillæ Abortum persuadens quomodo puniatur ibidem num. 12.

Constitutio Mediolani de pœnis §. Homicida an extendatur ad eum qui abortui causam dedit ibi nu. 9.

Homicida ad Ecclesiam confugiens, an possit ex ea extrahi Farin. q. 28. vbi plenè quid in homicidio animo deliberato comisso aut cum proditione, aut per insidias.

Homicidium comissum animo deliberato non potest à Principe aggratiari Farin. q. 6. nu. 15.

Comissum in Ecclesia à laico an possit à Iudice Ecclesiastico puniri Farin. q. 8. nu. 155.

Proditorius Homicida quis dicatur Farin. q. 18. num. 73, & seq.

Clericus homicida, an possit degradari Farin. quæst. 8. num. 60. 61.

Homicida tenetur hæredibus occisi ad damna, & interesse Farin. q. 15. nu. 13.

Pœna Homicidij de iure diuino est mortis Farin. quæst. 6. num. 16.

Homicida an possit vbique puniri Farin. q. 7. nu. 18.

Clericum vulnerans, seu occidens non gaudet immunitate Templorum Farin. q. 28. nu. 28.

Occidentis seipsum cadauer non suspenditur Farin. q. 10. num. 80.

Biruarij an possint impunè occidere eum, qui non patitur se capi Boss. de homicid. nu. 104.

Occidens hominem in rixa punitur ac si animo deliberato occidisset Boss. de inquisit. nu. 116.

Rebellem occidens ante declarationem an excusatur Boss. de defen. rerum num. 62.

Lex quisquis C. ad l. Iul. Maoss. an habeat locum in

auget penam Hieronymus Gabr. conf. 187. n. 13. lib. 2.

Occidens Parochum suum an amitat beneffitium ipso iure, an, & quando sit parricida Hieronynus Gabr. conf. 196. nu. 10. lib. 1.

Homicida à testimonio excluditur Sim. de pret. conf. 178. num. 23.

Proditor quis dicatur Sim de pret. conf. 64. nu. 25.

Occisor solus tenetur de morte illata inter rixantes Feder. Scot. responso 12. tomo 1. lib 4. nu. 38. fol. 351.

Defendere licet comitem etiam vulnerando incerficiendo aggressorè ibidem nu. 39. & seq. Idem in defendente Amicum, & propinquum.

Author Rixæ de omn bus tenetur ibidem nu. 42.

Pro defensione rerum suarum licet hominem occidere Cur. Iun. cons. 235. nu. 10.

Homicida est Infamis Alex. Rhaud. conf. 37. nu. 79. Plot. l. si quando nu. 798. C. Vndeui. Vide infra.

Doctor Collegij si homicidium committat, & in triennio banni plures ingrediantur Collegium, & postea per gratiam ad honores restituatur, an recuperet solitum locum in Collegio, & quid fuerit iudicatum in causa Iacobi Peretta iunioris consuluit Alex. Rhaud. in conf. 37. per totum; haud pigeat, illud legere, sicuti cætera illius monumenta.

Plura in materia probandæ necessariæ defensionis in homicida vide eundem Rhaudensem de Analog. c. 31.

Si quis mandet occidi eum qui minatatur mortem, & se præparabat, est solum pæna ordinaria puniendus Claud. ad Bertaz. conf. 433. & seq.

Homicida an, & quando possit ordinari, vid. M. Ant. Cuch. in sua instit. canon. maiore. tit. De his qui ad ordines lib. 4. tit. 12. fol. 416.

Occisor est indignus occisi hæreditate. Port. Imol. conf. 19. nu. 1. & hæreditate hæredum occisi ibi nu. 12. Pancirol. conf. 163. nu. 8. 9. Flam. Rub. conf. 34. lib. 1.

Homicida vt beneficio priuetur requiritur sententia Port. conf. 149. nu. 6.

Dispensari an possit, quòd Homicida ad ordines promoueatur Cuch. l. 4. tit. 12. De his qui ad ordines nu. 116.

Con-

Concilij Trident. dispositio de Homicid. legitur apud Cuchum dicto loco num. 117. & quomodo dispensetur n. 118. & cum quibus clausulis in Curia Romana fieri soleat ibidem.

Homicidium presumitur potius commissum ob inimicitiam, & iniurias, quam propter pecuniam Heiro. Grat. cons. 52. nu. 49. lib. 2.

Homicidiũ permissum in loco, vbi fuit commissum posse puniri in loco Domicilij, & originis iniquum est Grat. cons. 165. nu. 4. vol 2.

Birruarius si occidit aliquem resistentem in iusta captura an teneatur de homicidio Marcabrun. cons. 53. concludit quod non.

Consulens homicidam pœna homicidæ puniri debet Panciról. cons. 175. nu. 2. lim. Non procedit quando quis sine consilio esset commissurus illud, ibi numero 12. oportet ergo vt in Inquisitione dicatur consilium præcessisse, ad hoc, vt consulens teneatur nu. 14.

Homicida quibus modis excusetur à pœna mortis. Afflic. super 3. feud. tit. de pace iuram. firman. §. 4. Nota nu. 3. fol 285.

Homicidium commissum in vno Territorio per ictum lapidis, vel sagitæ proiectæ in alio Territorio, ad quem Iudicem spectet cognitio ibidem nu. 44.

Occides hominem, cui ab alio mandatum fuerat si dicat se non occidisse exequendo mandatum, & sic in excusatione Mandatoris, an ei credatur ibi nu. 45.

Homicida non liberatur si Iudex per errorem alium condemnauit Afflic. ibidem nu. 47.

Fur nocturnus an occidi possit Afflic. Constit. Neap. lib 1. Rub. 13. Terminũ vitæ n. 49. & de occidente diurnũ furem ibi nu. 16.

Homicidio ex impetu sequuto nemo de auxilio tenetur, si constat quis interfecerit Burs. cons. 216. n. 64. lib. 2.

Homicidium casuale ad defensam, vel à pluribus cõmissum, cum est incertus delinquens pœnam pecuniariam patitur Franc. Burs. cons. 169. nu. 6. lib. 2.

Homicidæ bannitorum ex statutis, & consuetudine totius Italiæ ex recepta sententia nullam patiuntur pœnam

in foro exteriori Burs. cons. 461. nu. 26. lib. 4. Amplia proced. etiam si armis prohibitis in ecclesia per assassinum occidantur ibi num. 28. 2. Amplia quod nec occisores eorum in foro consciétię vel poli puniuntur ex communi ibi num. 29.

Homicidam associans ante delictum, in delicto, & post delictum videtur probare consilium, & fauorem ad homicidium committere Franc. Burs. cons. 232. nu. 2. lib. 3.

Detrahens ramos Arbornm cum ligno in quo est ferrum si percutiat casu socium, & moriatur quando teneatur de Homicidio. Ioann. de Anan. Cap. lator el 9. nu. 3. De Homicid. vel vbi dicit, quod non dummodo alias adhibuerit diligentiam quam debuit.

Offensus ab aliquo qui postea fugit, si reassumptis viribus currat post fugientem, & eum occidat, non tenetur de Homicidio Felin. in cons. 50. Viso processu num. 21. Vbi inconsultus calor vitio caret.

Assistentia ad homicidium, quòd non fuerit dolosa statur iuramento rei Burs. cons. 316. nu. 27.

Assistens vt supra, & prohibens ne auxilium feratur censetur cooperari in Homicidio Franc. Burs. cons. 232. nume. 13.

Quando, quis ab homicidij pœna ordinariá excusetur Burs. cons. 273.

Homicidij pęna non tenentur omnes, qui interfuerunt in rixa homicidio, sed occisor tantùm, & alij de eo, quòd egerunt Burs. cons. 316. nu. 30. 32. lib. 3.

Casualium homicidarum exempla plura recesset Ioan. de Anan. in cap. dilectus el 3. de Homicid. nu. 7. vid. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 2.

Casualis Homicidij plura leguntur apud Plaz. in epit. delict. cap. 26.

Homicidium voluntarium dicitur, quòd dolo, malo animo nocendi committitur Plaz. dicto epit. delict. cap. 10. lib. primo.

Præsens tractatui facto de aliquo occidendo si taceat præsumitur consentire Ioan. de Anan. cap. Petrus num. 2. de Homic. cons.

Occi-

Occidens bannitum extra territorium statuentis an cõsequatur præmium Io. Bapt. Feret. consil. 297. Princeps, & per errorem fuit repetitum in cons. 317.

Pena homicidij an sit dignus qui homini mortuo membrum amputauerit, animo occidendi si viuum reperi isset Plaz. in Epit. delict. lib. 1. cap. 9. nu. 9. Et an sit irregularis, & an puniatur de iniuria mortuo illata ibidem.

Homicida ante sentẽtiam est infamis de facto, & post, est infamis de iure. Ferret. consil. 63. num. 3. Vid. Plot. in repet. l. si quando nu. 298. crimin. vide abunde Farinac. conf. 10. num. 13. & 58.

Occidens hominem monstruosum an puniatur Anan. cap. sicut el 2. de Homic. cas. num. 9. Caball. resolut. crimin. 139. quoniam.

Homicida quattuor offendit discurre vt per Plaz. dicto tract. cap. 10. nu. 4.

Mortuus quis an præsumatur ex vulnere plenè discutitur à Plaz. cap. 12. vid. Farin. in tract. de Homicid. q.

Homicidium à famulis comissum quando imputetur Dominis Menoch. de præsumpt. lib. 6. præs. 27. Gaspar. Thes. q. forense 83. famulus lib. 1.

Hæres occisi agit ad interesse, & iurat in litem contra occidentem vide cum ampl. & limit. Plot. in Repet. l. si quando nu. 604. C. vnde ui vsque ad nu. 700.

Homicida ex statuto Bononiensi non solùm non potest succedere occiso, sed nec alieni ex suis ascendentibus, vel descendentibus nisi ex testamento postea confecto, & quare. Menoch. præs. 170. nu. 14. lib. 4, & multo plura in addit. ad casum 386. lib. 2. de Arbitr. Iudic. n. 129. cũ seqq.

Homicidium commissum ab eo qui operam dabat rei licitæ non censetur animo occidendi comissum idem de præs. lib. 8. præs. 40. nu. 75.

Homicida debet probare hominem à se percussum non animo occidendi, vt supra proxime dixi, alioquin dolus præsumitur ibi num. 46.

Et qui cum telo, aut Veneno aliquem interemit, vel interimere conatus est ibi nu. 6.

Et viginti coniecturas ad occidendum animo deliberato recenset Idem Menoch. cas. 361, & de præs. lib. 5. præs. 38. num. 1.

Occidens aggressorem noctis tempore non censetur habuisse animum occidendi, sed potius defendendi id fecisse, idem si excessit modum se defendēdi idem d. præs. 40. num. 27. lib. 5.

Occidens se ipsum licet nec in loco Sacro sepeliri debeat, nec pro eo sit orandum, quando tamen potuit in vitæ suæ extremo pænitere, & conuerti, permissum est pro eo orare ab his, qui credunt eum conuersum fuisse Menoch. præs. 94. nu. 12. lib. 6.

Occidere se ipsum nemo præsumitur idem præs. 13. lib. 5. num. 2. 3. 6.

Quibus coniecturis animus occidēdi excludatur idem dicta præs. lib. 5. per totum.

Parricidij plura exempla commemorat Menoch. cas. 356. lib. 2. De Arbitr. Iud. cum addit. nouissimis.

§. Abortus.

DE Abortu plura apud Menoch. casu 357. lib. 2. De Arbitr. iud.

Et dans poculum mulieri pro eius salute, sine cōsilio Medicorum, ex quo sequatur abortus, qua pæna puniatur ibi dicto cons. num. 2. & ibi mulieri Abortum facienti Partu in latrinam delapso in exoneratione Aluei, cum ignoraret se pregnantem Arbitrio Iudicis imponi pænam Arbitrariam, & ibi mulierem afferentem peperisse fœtum mortuum, eumq; sepelisse puniendam Arbitrio Iudicis nu. 4. & quæ causa libidinis poculum hausit amatorium ex quo mors sequuta est, vt sit locus pęnæ extraordinarię nu. 5. & decorata ad abortum illi nu. 6.

Homicidii sine causa sequuti exempla plura apud Iac. Menoch. De Arbitr. Iud. cas. 324.

Homicida ex lata culpa non punitur pęna ordin. Menoch. dicto cas. 324. num. 11. casu 400. De Arbitr. Iud. num 7.

Occidens timore mortis aduersarium Iudicis arbitrio punitur idem casu 394. num. 54. & iux. hostium ab inhabitante num. 50.

Quando constat aliquem hominem interfecisse dolo & ex

& ex proposito, præsumitur aliud de quo imputatur, eodem modo fecisse, & illi incumbit onus probandi, quod dolo non fecit, secus in non solito occidere Hier. Gig. conf. 109, nu. 14..

An homicidium sequutum ex vulneribus in rixa illatis puniatur pęna ordinaria, vel extraordinaria Lud. Peguerra q. crim. n. 14. Antonius, & in rixa vniuscuiusq; ictum spectandum vult l. fin. Ad l. Cornel. de Siccar. Peguera vt supra nu. 5.

Præsumitur animus occidendi in homine malæ famæ, & conditionis, & maxime quando est malus in eodem genere delicti Peguer. d. q. 14. nu. 9. & 10.

Ex Armis, ex impetu: ex furore percussionũ. Ibi nu. 12.

In eo qui percussit hominem iam ægrotum ex primis vulneribus, licet vulnus vltimo loco illatum in homine sano non esset mortale, ibi n. 13.

Pæna ordinaria non est imponenda, quando proceditur ex præsumptionibus, sed alia mitior ibi nu. 19.

Declarationes ad Constit. Tit. De Pænis §. Homicida, & ad §. Quicumq; sciens, Recolligit Horat. Carpan. in modum summulæ, neq; aliquid prætermissit eorum, quę diceret Conrad. in sua pract. §. 3. De Homicid. Ant. Carer. in pract. §. Homicidium, Ant. Bonacossa eodem §. Ant. Clar, eo §. Mantua conf. 216. lib. 2. Marsil. in Tract. bannit. in verbo Mortui Boss. Tit. De Homic. Menoch. cas. 360. de Arbitr. iud. Plaza epit. delictorum. cap. 22. nu. 26. Gomez. cap. 3. De Homic. ex Deciano qui pleno calamo in hac materia scripsit in Tract. 2. lib. 9. ex cuius scriptis hęc desumpsi.

De his qui sibi manus iniulere, & hoc In capite primo, & de causis licitis, seu illicitis quibus sibi quis mortem infert. c. 2. De ordine cognitionis, & probationis contra se ipsos occidentes c. 3. De eorum pænis c. 4. & An bona sint confiscanda scripsi ad Practicam Ambrosini.

De Parricidio cap. 5. De eius atrocitate cap. 6. De legibus contra Parricidas latis c. 7. De ascendentibus, descendentibus, Occidentibus c. 8. De Parricidio descendentium in Ascendentes. c. 19. Transuersalium, & Paternorum cap. decimo de vxoricidio cap. 11. & an Cona-

tus

tus puniatur in Parricidio cap. 12. De Præstantibus auxilium: vel consilium ad Parricidium cap. 13. Processus,& probationes in causa Parricidij cap. 14. De excusationibus parricidij Cap. 15. De eius pęnis cap. 16.

De Homicidio, & eius atrocitate Decian. 161. cap. 17. & qui sint Homicidę cap. 18. & quot modis comittatur cap. 19 & de legibus contra homicidas latis cap. 20.

De Veneficio, & legibus illud punientibus, & quę sunt Venena, & Venenarij cap. 21. De eorum attrocitatę cap. 22 Dolus an requiratur, Conatus, Auxilium, fauor, Conscij, & similes quomodo puniantur cap. 23. De Processu & Probat. cap. 24. De Pęnis cap. 25. De excus. cap. 26.

Animus,& propositum distinguunt homicidium, ideō qualitates animi explorantur Decian. cap. 27. cui titu. est animus distinguit, de cogitatione sola delinquendi habetur in cap. 28.

De latronibus,& Pyratis Cap. 29.

De Mandato pecunia intercedente cap. 30. Quando mandans,& mandatarius sint correlatiua cap. 33. Quibus verbis indicatur, aut probetur mandatum cap. 34. De processu in causa mandati cap. 35. Quando teneatur, vel excusetur cap. 36. Mandatarius, vel Nuncius quando teneatur, vel excusetur cap. 37. Ratificans an,& quando teneatur cap 38. De Pęnis mandantis, & mandatarij cap. 39. de consulente, & instigante cap. 40.

Homicida notorius occidi impunè potest Eugen. cons. 22. num. 30. 31. & ibi quis dicatur notorius num. 31. ex Const. tamen Marchiæ.

Defendere se cuiq; licet cum moderamine inculpatæ Tutelæ quæ in eo consistit quando quis aliter euadere non potest, quam id faciendo quod facit, aut quando defensio est proportionata Pugnus pro pugno, DD. in l. vt via ff. Inst. & iur. in cap. significante el 2. Bart. in l. scientiam §. Qui cum aliter ff. ad l. Aquil. Farin. De Homicid. q.

De excedente modum vide Eugen. dicto cons. 22. nu. 69. cum seq. Menoch. cas. 278. num. 2.

Homicidium qualificatum est occidere fratre m Pur-

pur.

pur conf. 321. num. 4. lib. 2.

Homicida quomodo ex statutis puniatur Peregr. conf. 91. num. 46.

De homicidio condemnatus non est priuatus beneficio nisi in sententia exprimatur Iac. Put. decis. 233. Eadem die lib. 2. Et ideò potest agere ad ius competens in beneficio contra possessorem ibidem.

Homicidium in Prætorio, vel Ecclesia factum præsumitur, quòd homicida eò accesserit ex magna causa, & deliberatè Foler. in pract. crimin. caus. titulo auditisque Aduocatis num. 51.

Patratum in torneamentis an puniatur Anchar. cap. 1. De Torneam.

Occisi inimicitia, siue minæ præcedentes præsumuntur Austerem. Corn. conf. 51. num. 8. in principio.

Occidens aggressorem, non tantū sufficit probare, quòd sit aggressus, sed quòd aliter euadere non poterat Corn. conf. 162. num. 1. in princ. & in conf. 275. in princ. nu. 2.

Homicida vigore contumaciæ in loco delicti, vbi alias forum non sortiebatur, an vigore dictæ contumaciæ possit sententia exequi si est captus in alio Territorio, stante Bulla, quòd bannitus non sit tutus, non distante per milliaria quinquaginta à loco delicti, & stante statuto quod contumax habeatur pro confesso Corn. conf. 143. num. 1. in 2. volum.

Homicidium testimonio duorum probatur Menoch. De præsumpt. lib. 1. q. 51. num. 4.

Homicidium filij sui accusans pater à præsumpta calũnia excusatur Menoch. de præs. lib. 2. q. 52. nu. 6.

Homicidia, & similia delicta præsumuntur à lege dolo commissa Menoch. De præs. lib. 1. præs. 19. num. 8.

Occidisse incontinenti, & ad sui defensionem, præsumitur, qui cum inimico congrediebatur Menoch. De præs. lib. primo q. 14. num. 57.

Occidere is qui graui infirmitate laborantem deserit, & negligit idem lib. 3. præs. 37. nu. 32.

Homicidæ carcerati ex iuris communis dispositione hodie bona non confiscantur, sed in corpore tantum puniuntur. Osasc. conf. 34. num. 30.

nec principaliter, & immediatè, sed in consequentiam boni Rimin. Iun. conf. 686. nu. 49, 50. 51. lib. 6.

Proditorium homicidium quādo dicatur idem Rimin. §. supra Cephal. conf. 57. lib. 1.

An licitum sit Patri, & marito occidere filiam, & vxorem in adulterio depræhensam, & adulterum, & cui facultatem hanc occidendi demandare possit, an ipse Pater, aut maritus solus, an verò cum alijs Caball. resol. crimin. 300.

§. *Parricidium*.

IN generali abolitione criminum an comprehendatur Parricidium Ioann. de monte sperello cons. disputat hunc articulum in abolitione concessa per legatum Apostolicum, qui ob concordiam, & pacem remisserat offensam Maestatis Papæ, vt censeatur etiam condonasse Parricidium.

§. *Homicidium*.

COntra occidentes Dominos, aut personas cum quibus cohabitat, vel vxorem, aut liberos, vid. Constitutionem de pęnis §. occidens.

Contra mandantes Homicidium, est Constitutio de pœnis §. mandans.

De Parricidio latè Iac. Menoch. cas. 356.

Homicidium præsumitur commissum animo deliberato ex inimicitia modò sit capitalis Farin. cons. 61. num. 2. 16. Ratione loci in quo commissum est nu. 11. Ex præcedentibus, & subsequentibus verbis nu. 4. Ex deambulatione prope locum vbi commissum est, modò ea sit insolita ibi n. 5. 9. Vel si deambulans sit homo malæ vitæ, & famæ.

Occidens vnum loco alterius quomodo puniatur Farin. cons. 1, & cons. 65. nu. 32, & in addit. littera M.

Occidens aliquem si etiam eum derobauit dicitur commisisse latrocinium, & Assassinium Farin. cons. 47. nu. 10. vers. respondetur 1.

Occisor indicās domum vbi latitabat is qui postea occisus

cisus est, vel aliter homicidij causam præbens punitur l. Cornel. de Sicarijs idem cons. 8. nu. 3.

Occidens bannitum nulliter quando gaudeat impunitate Farin. cons. 101. nu. 15. Et in addit. littera B. vbi singulariter.

Occisor certus, & mandator quando apparet frustra quæritur de alijs contra quos non extant specialia indicia Farin. cons. 22. nu. 3.

Occidens eum qui sibi, vel suis stuprum inferre conatur, sine pena dimittendus est Farin. cons. 66. nu. 3. & 6. vbi quid si occidit non in actu stupri, sed prope periculum futuri stupri.

Occidere quis potest eum qui contra se venit armatus idem cons. 35. nu. 16, & 20.

Occidens fugientem qui prius insultauerat occidentem punitur pena extraordinaria idem cons. 2. nu. 16.

Occidere quis potest ad necessariam defensionem coniunctorum idem cons. 2. nu. 18, & in littera D.

Animus deliberatus præsumitur ex iteratione vulnerum Farin. cons. 1. nu. 24.

Impune homicida, occidi potest, & incontinenti in flagranti idem cons. 2. nu. 8, & 18, & 55. nu. 77.

Homicidium quando dicatur commissum per assassinium idem cons. 10. nu. 5, & 3. nu. 27.

Ad excusationem, quòd non fuerit commissum præcedente tractatu, ac deliberatione plura signa adducuntur per Farin. cons. 55. nu. 19. 20.

Et quando dicatur ad defensionem cons. 35. num. 31, & seq. & quando dicatur excessum.

Animus occidendi non præsumitur in percutiente cum baculo, quamuis in capite, & iteratis vicibus Farin. cons. 32, & ibi Addit. littera A. in 3. conclus. in fine.

Animus deliberatus, & tractatus ad occidendum an probetur per coniecturas Farin. cons. 61.

An liceat extraneo occidere alterum ex rixatibus dum se interponit ad diuidendam rixam. Plaza in epit. delict. cap. 28. nu. 21. 23, & c. 27. nu. 10. Gomez de Homic. num. 21. Socin. Reg. 444.

Ad excusationem Homicidij in rixa commissi vide plura

auget penam Hieronymus Gabr. conf. 187. n. 13. lib. 2.

Occidens Parochum suum an amitat beneffitium ipso iure, an, & quando sit parricida Hieronymus Gabr. conf. 196. nu. 10. lib. 1.

Homicida à testimonio excluditur Sim. de pret. conf. 178. num. 23.

Proditor quis dicatur Sim de pret. conf. 64. nu. 25.

Occisor solus tenetur de morte illata inter rixantes Feder. Scot. responso 12. tomo 1. lib 4. nu. 38. fol. 351.

Defendere licet comitem etiam vulnerando incerficiēdo aggressorē ibidem nu. 39. & seq. Idem in defendente Amicum, & propinquum.

Author Rixæ de omn bus tenetur ibidem nu. 42.

Pro defensione rerum suarum licet hominem occidere Cur. Iun. conf. 235. nu. 10.

Homicida est Infamis Alex. Rhaud. conf. 37. nu. 79. Plot. l. si quando nu. 798. C. Vnde ui. Vide infra.

Doctor Collegij si homicidium committat, & in triennio banni plures ingrediantur Collegium, & postea per gratiam ad honores restituatur, an recuperet solitum locum in Collegio; & quid fuerit iudicatum in causa Iacobi Perettæ iunioris consuluit Alex. Rhaud. in conf. 37. per totum; haud pigeat, illud legere, sicuti cætera illius monum enta.

Plura in materia probandæ necessariæ defensionis in homicida vide eundem Rhaudensem de Analog. c. 31.

Si quis mandet occidi eum qui minabatur mortem, & se præparabat, est solum pæna ordinaria puniendus Claud. ad Bertaz. conf. 433. & seq.

Homicida an, & quando possit ordinari, vid. M. Ant. Cuch. in sua instit. canon. maiore. tit. De his qui ad ordines lib. 4. tit. 12. fol. 416.

Occisor est indignus occisi hæreditate Pert. Imol. conf. 19. nu. 1 & hæreditate hæredum occisi ibi nu. 2. Patcinol. conf. 163. nu. 9. Flam. Rub. conf. 34. lib. 1.

Homicida vt beneficio priuetur requiritur sententia Port. conf. 149. nu. 6.

Dispensari an possit, quod Homicida ad ordines promoueatur Cuch. l. 4. tit. 12. De his qui ad ordines nu. 16.

Con-

Concilij Trident. dispositio de Homicid. legitur apud Cuchum dicto loco num. 117. & quomodo dispensetur n. 118. & cum quibus clausulis in Curia Romana fieri soleat ibidem.

Homicidium presumitur potius commissum ob inimicitiam, & iniurias, quam propter pecuniam Heiro. Grat. cons. 52. nu. 49. lib. 2.

Homicidiũ permissum in loco, vbi fuit commissum posse puniri in loco Domicilij, & originis iniquum est Grat. cons. 165. nu. 4. vol 2.

Birruarius si occidit aliquem resistentem in iusta captura an teneatur de homicidio Marcabrun. cons. 53. concludit quod non.

Consulens homicidam pœna homicidæ puniri debet Pancirol. cons. 175. nu. 2. lim. Non procedit quando quis sine consilio esset commissurus illud, ibi numero 12. oportet ergo vt in Inquisitione dicatur consilium præcessisse, ad hoc, vt consulens teneatur nu. 14.

Homicida quibus modis excusetur à pœna mortis. Afflic. super 3. feud. tit. de pace iuram. firman. §. 4. Nota nu. 3. fol 285.

Homicidium commissum in vno Territorio per ictum lapidis, vel sagitæ proiectæ in alio Territorio, ad quem Iudicem spectet cognitio ibidem nu. 44.

Occidẽs hominem, cui ab alio mandatum fuerat si dicat se non occidisse exequendo mandatum, & sic in excusatione Mandatoris, an ei credatur ibi nu. 45.

Homicida non liberatur si Iudex per errorem alium condemnauit Afflic. ibidem nu. 47.

Fur nocturnus an occidi possit Afflic. Constit. Neap. lib 1. Rub. 13. Terminũ vitæ n. 49. & de occidente diurnũ furem ibi nu. 16.

Homicidio ex impetu sequuto nemo de auxilio tenetur, si constat quis interfecerit Burs. cons. 216. n. 64. lib. 2.

Homicidium casuale ad defensam, vel à pluribus cõmissum, cum est incertus delinquens pœnam pecuniariam patitur Franc. Burs. cons. 169. nu. 6. lib. 2.

Homicidæ bannitorum ex statutis, & consuetudine totius Italiæ ex recepta sententia nullam patiuntur pœnam in

in foro exteriori Burs. conf. 461. nu. 26. lib. 4. Amplia proced. etiam si armis prohibitis in ecclesia per assassinium occidantur ibi num. 28. 2. Amplia quod nec occisores eorum in foro conscientię vel poli puniuntur ex communi ibi num. 29.

Homicidam associans ante delictum, in delicto, & post delictum videtur probare consilium, & fauorem ad homicidium committere Franc. Burs. cons. 232. nu. 2. lib. 3.

Detrahens ramos Arborum cum ligno in quo est ferrum si percutiat casu socium, & moriatur quando teneatur de Homicidio. Ioann. de Annan. Cap. lator el 9. nu. 3. De Homicid. vel vbi dicit, quod non dummodo alias adhibuerit diligentiam quam debuit.

Offensus ab aliquo qui postea fugit, si reassumptis viribus currat post fugientem, & eum occidat, non tenetur de Homicidio Felin. in conf. 50. Viso processu num. 21. Vbi inconsultus calor vitio caret.

Assistentia ad homicidium, quòd non fuerit dolosa statur iuramento rei Burs. cons. 316. nu. 27.

Assistens vt supra, & prohibens ne auxilium feratur censetur cooperari in Homicidio Franc. Burs. cons. 232. nume. 13.

Quando, quis ab homicidij pœna ordinaria excusetur Burs. cons. 273.

Homicidij pęna non tenentur omnes, qui interfuerunt in rixa homicidio, sed occisor tantum, & alij de eo, quod egerunt Burs. cons. 316. nu. 30. 32. lib. 3.

Casualium homicidarum exempla plura recesset Ioan. de Anan. in cap. dilectus el 3. de Homicid. nu. 7. vid. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præsump. 2.

Casualis Homicidij plura leguntur apud Plaz. in epit. delict. cap. 26.

Homicidium voluntarium dicitur, quòd dolo, malo animo nocendi committitur Plaz. dicto epit. delict. cap. 10. lib. primo.

Præsens tractatui facto de aliquo occidendo si taceat præsumitur consentire Ioan. de Anan. cap. Petrus num. 2. de Homic. cons.

Occi-

Occidens bannitum extra territorium statuentis an cōsequatur præmium Io. Bapt. Feret. conf.297. Princeps,& per errorem fuit repetitum in conf. 317.

Pena homicidij an sit dignus qui homini mortuo membrum amputauerit, animo occidendi si viuum reperi jsset Plaz. in Epit. delict. lib.1. cap. 9. nu. 9. Et an sit irregularis, & an puniatur de iniuria mortuo illata ibidem.

Homicida ante sentētiam est infamis de facto, & post, est infamis de iure. Ferret.conf. 63. num. 3. Vid. Plot. in repet. l. si quando nu. 298. crimin. vide abunde Farinac. conf. 10. num. 13. & 58.

Occidens hominem monstruosum an puniatur Anan. cap. sicut el 2. de Homic. caf. num.9. Caball. resolut. crimin. 139. quoniam.

Homicida quattuor offendit discurre vt per Plaz. dicto tract. cap. 10. nu. 4.

Mortuus quis an præsumatur ex vulnere plenè discutitur à Plaz.cap. 12. vid. Farin. in tract. de Homicid.q.

Homicidium à famulis comissum quando imputetur Dominis Menoch. de præsumpt. lib.6. præf. 27. Gaspar. Thes. q. forense 83. famulus lib. 1.

Hæres occisi agit ad interesse, & iurat in litem contra occidentem vide cum ampl. & limit. Plot. in Repet. l. si quando nu. 604 C. vndem vsque ad nu. 700.

Homicida ex statuto Bononiensi non solùm non potest succedere occiso, sed nec alieni ex suis ascendentibus, vel descendentibus nisi ex testamento postea confecto, & quare. Menoch. præf. 170.nu.14.lib. 4, & multo plura in addit. ad casum 386.lib.2. de Arbitr. Iudic.n. 129.cū seqq.

Homicidium commissum ab eo qui operam dabat rei licitæ non censetur animo occidendi comissum idem de præf. lib. 8.præf. 40. nu. 75.

Homicida debet probare hominem à se percussum non animo occidendi vt supra proxime dixi, alioquin dolus præsumitur ibi num. 46.

Et qui cum telo, aut Veneno aliquem interemit, vel interimere conatus est ibi nu. 6.

Et viginti coniecturas ad occidendum animo deliberato recenset Idem Menoch. caf. 361, & de præf. lib. 5. præf. 38. num. 1.

Occi-

Occidens aggressorem noctis tempore non censetur habuisse animum occidendi, sed potius defendendi id fecisse, idem si excessit modum se defendēdi idem d. præf. 40. num. 27. lib. 5.

Occidens se ipsum licet nec in loco Sacro sepeliri debeat, nec pro eo sit orandum, quando tamen potuit in vitæ suæ extremo pænitere, & conuerti, permissum est pro eo orare ab his, qui credunt eum conuersum fuisse Menoch. præf. 94. nu. 12. lib. 6.

Occidere se ipsum nemo præsumitur idem præf. 13. lib. 5. num. 2. 3. 6.

Quibus coniecturis animus occidēdi excludatur idem dicta præf. lib. 5. per totum.

Parricidij plura exempla commemorat Menoch. casu 356. lib. 2. De Arbitr. Iud. cum addit. nouissimis.

§. Abortus.

DE Abortu plura apud Menoch. casu 357. lib. 2. De Arbitr. iud.

Et dans poculum mulieri pro eius salute, sine cōsilio Medicorum, ex quo sequatur abortus, qua pæna puniatur ibi dicto cons. num. 2. & ibi mulieri Abortum facienti Partu in latrinam delapso in exoneratione Aluei, cum ignoraret se pregnantem Arbitrio Iudicis imponi pænam Arbitrariam, & ibi mulierem asserentem peperisse fœtum mortuum, eumq; sepelisse puniendam Arbitrio Iudicis nu. 4. & quæ causa libidinis poculum hausit amatorium ex quo mors sequuta est, vt sit locus pœnæ extraordinariæ nu. 5. & decorata ad abortum illi nu. 6.

Homicidii sine causa sequuti exempla plura apud Iac. Menoch. De Arbitr. Iud. cas. 324.

Homicida ex lata culpa non punitur pœna ordin. Menoch. dicto cas. 324. num. 11. casu 400. De Arbitr. Iud. num 7.

Occidens timore mortis aduersarium Iudicis arbitrio punitur idem casu 394. num. 54. & iux. hostium ab in habitante num. 50.

Quando constat aliquem hominem interfecisse dolo

& ex

& ex proposito, præsumitur aliud de quo imputatur, eodem modo fecisse, & illi incumbit onus probandi, quod dolo non fecit, secus in non solito occidere Hier. Gig. cons. 109, nu. 14..

An homicidium sequutum ex vulneribus in rixa illatis puniatur pęna ordinaria, vel extraordinaria Lud. Peguerra q. crimin. 14. Antonius, & in rixa vniuscuiusq; ictum spectandum vult l. fin. Ad l. Cornel. de Siccar. Peguera vt supra nu. 5.

Præsumitur animus occidendi in homine malæ famæ, & conditionis, & maxime quando est malus in eodem genere delicti Peguer. d. q. 14. nu. 9. & 10.

Ex Armis, ex impetu: ex furore percussionũ. Ibi nu. 12.

In eo qui percussit hominem iam ægrotum ex primis vulneribus, licet vulnus vltimo loco illatum in homine sano non esset mortale, ibi n. 13.

Pœna ordinaria non est imponenda, quando proceditur ex præsumptionibus, sed alia mitior ibi nu. 19.

Declarationes ad Constit. Tit. De Pœnis §. Homicida, & ad §. Quicumq; sciens, Recolligit Horat. Carpan. in modum summulæ, neq; aliquid prætermissit eorum, quę diceret Conrad. in sua pract. §. 3. De Homicid. Ant. Carer. in pract. §. Homicidium, Ant. Bonacossa eodem §. Ant. Clar. eo §. Mantua cons. 216. lib. 2. Marsil. in Tract. bannit. in Verbo Mortui Boss. Tit. De Homic. Menoch. cas. 360. de Arbitr. iud. Plaza epit. delictorum. cap. 22. nu. 26. Gomez. cap. 3. De Homic. ex Deciano qui pleno calamo in hac materia scripsit in Tract. 2. lib. 9. ex cuius scriptis hęc desumpsi.

De his qui sibi manus intulere, & hoc in capite primo, & de causis licitis, seu illicitis quibus sibi quis mortem infert. c. 2. De ordine cognitionis, & probationis contra se ipsos occidentes c. 3. De eorum pœnis c. 4. & An bona sint confiscanda scripsi ad Practicam Ambrosini.

De Parricidio cap. 5. De eius atrocitate cap. 6. De legibus contra Parricidas latis c. 7. De ascendentibus, descendentibus, Occidentibus c. 8. De Parricidio descendentium in Ascendentes. c. 19. Transuersalium, & Paternorum cap. decimo de vxoricidio cap. 11. & an Cona-

tus

tus puniatur in Parricidio cap. 12. De Præstantibus auxilium: vel consilium ad Parricidium cap. 13. Processus, & probationes in causa Parricidij cap. 14. De excusationibus parricidij Cap. 15. De eius penis cap. 16.

De Homicidio, & eius atrocitate Decian. 161. cap. 17. & qui sint Homicidę cap. 18. & quot modis comittatur cap. 19 & de legibus contra homicidas latis cap. 20.

De Veneficio, & legibus illud punientibus, & quę sunt Venena, & Venenarij cap. 21. De eorum attrocitatę cap. 22 Dolus an requiratur, Conatus, Auxilium, fauor, Conscij, & similes quomodo puniantur cap. 23. De Processu & Probat. cap. 24. De Pęnis cap. 25. De excus. cap. 26.

Animus, & propositum distinguunt homicidium, ideò qualitates animi explorantur Decian. cap. 27. cui titu. est animus distinguit, de cogitatione sola delinquendi habetur in cap. 28.

De latronibus, & Pyratis Cap. 29.

De Mandato pecunia intercedente cap. 30. Quando mandans, & mandatarius sint correlatiua cap. 33. Quibus verbis indicatur, aut probetur mandatum cap. 34. De processu in causa mandati cap. 35. Quando teneatur, vel excusetur cap. 36. Mandatarius, vel Nuncius quando teneatur, vel excusetur cap. 37. Ratificans an, & quando teneatur cap 38. De Pęnis mandantis, & mandatarij cap. 39. de consulente, & instigante cap. 40.

Homicida notorius occidi impunè potest Eugen. cons. 22. num. 30. 31. & ibi quis dicatur notorius num. 31. ex Const. tamen Marchiæ.

Defendere se cuiq; licet cum moderamine inculpatæ Tutelæ quæ in eo consistit quando quis aliter euadere non potest, quam id faciendo quod facit, aut quando defensio est proportionata Pugnus pro pugno, DD. in l. vt via ff. Inst. & iur. in cap. significante el 2. Bart. in l. scientiam §. Qui cum aliter ff. ad l. Aquil. Farin. De Homicid. q.

De excedente modum vide Eugen. dicto cons. 22. nu. 69. cum seq. Menoch. cas. 278. num. 2.

Homicidium qualificatum est occidere fratrem Pur-

pur.

pur conſ. 321.num.4.lib.2.

Homicida quomodo ex ſtatutis puniatur Peregr.conſ. 91.num.46.

De homicidio condemnatus non eſt priuatus beneficio niſi in ſententia exprimatur Iac. Put. deciſ. 233. Eadem die lib. 2. Et ideò poteſt agere ad ius competens in beneficio contra poſſeſſorem ibidem.

Homicidium in Prætorio, vel Eccleſia factum præſumitur, quòd homicida eò acceſſerit ex magna cauſa, & deliberatè Foler. in pract. crimin. cauſ. titulo auditiſque Aduocatis num. 51.

Patratum in torneamentis an puniatur Anchar. cap. 1. De Torneam.

Occiſi inimicitia, ſiue minæ præcedentes præſumuntur Auſterem. Corn. conſ. 51. num. 8. in principio.

Occidens aggreſſorem, non tantù ſufficit probare, quòd ſit aggreſſus, ſed quòd aliter euadere non poterat Corn. conſ. 162. num. 1. in princ. & in conſ. 275. in princ. nu. 2.

Homicida vigore contumaciæ in loco delicti, vbi aliàs forum non ſortiebatur, an vigore dictæ contumaciæ poſſit ſententia exequi ſi eſt captus in alio Territorio, ſtante Bulla, quòd bannitus non ſit tutus, non diſtante per milliaria quinquaginta à loco delicti, & ſtante ſtatuto quòd contumax habeatur pro confeſſo Corn. conſ. 143. num. 1. in 2. volum.

Homicidium teſtimonio duorum probatur Menoch. De præſumpt. lib. 1. q. 51. num. 4.

Homicidium filij ſui accuſans pater à præſumpta calũnia excuſatur Menoch. de præſ. lib. 2. q. 52. nu. 6.

Homicidia, & ſimilia delicta præſumuntur à lege dolo commiſſa Menoch. De præſ. lib. 1. præſ. 19. num. 8.

Occidiſſe incontinenti, & ad ſui defenſionem, præſumitur, qui cum inimico congrediebatur Menoch. De præſ. lib. primo q. 14. num. 57.

Occidere is qui graui infirmitate laborantem deſerit, & negligit idem lib. 3. præſ. 37. nu. 32.

Homicidæ carcerati ex iuris communis diſpoſitione hodie bona non confiſcantur, ſed in corpore tantum puniuntur. Oſaſc. conſ. 34. num. 30.

Homicidæ absenti, & in contumaciam condemnato pęna tantùm pecuniaria imponenda est non autẽ bonorum confiscatio iuris communis dispositione inspecta Osasc. dicto cons. 34. num. 31.

Homicida quando est incertus ob multitudinem delinquentium cui pęnæ sit obnoxius Farin. q. 96. num. 56. & in materia idem cons. 100. nu. 12. & 27.

Quomodo formanda est inquisitio ibidem nu. 61.

Quid si omnes ex proposito interuenerunt ibi num. 72. & seqq.

Tractatus ad occidendum quomodo prebetur ibidem num. 79.

Torturæ quomodo sit locus in homicidio incerto de certis, & in tractatu, vide Farin. d. q. 96. ff. nu. 65. vsque ad numerum 96.

Consuetudo an excuset homicidam Farin. q. 95. nu. 23.

Homicidium commissum à multitudine personarum quomodo puniatùr Farin. q. 96. nu. 70.

Ordo Senatus anni 1598. 8. Ianuarij Prætori Cremonæ quomodo sint condemnandi in casu incertitudinis si plures in rixa percusserint, & ignoratur, quis lethale vulnus intulerit, & occiderit omnes vult in contumaciã esse condemnandos capitaliter cum bonorum confiscatione, & de eo ordine data est notitia Prætori Nouarię dicto anno die 10. Maij.

Homicidium commissum ab eo, qui tria alia homicidia commisit etiam si ab eo damnatus non sit non comprehenditur in Decreto gratioso Cattell. De indulto cap. 12. Garf. cap. 28. De abolitione.

Pax est necessaria cõdemnatis pęna pecuniaria pro homicidio in rixa cõmisso ordo Senatus anni 1544. die 10. Maii inter ordines.

Homicidij causa magis spectandam esse quàm ipsum homicidium in terminis Decreti gratiosi cons. 438. Respõdendum lib. 5.

Birruarii an impunè occidant resistentes P. Ant. Neguf. cons. 28. in materia crimin. fol. 16.

Author rixæ quis dicatur Borgnin. decis. 9. nu. 30. par. 5.

Homicidium commissum à famulo, aut filio non imputatur

tatur domino, aut Patri, Menoch. conf. 53. lib. primo.

Ad excusationem homicidæ vid. Crau. conf. 451. lib. 3. Mifinger. consil. 27. Iac. Philipp. Monspeliensis responso 15.

Homicidium est maius delictum, quam furtum, & quomodo id procedat vid. Dec. conf. 65. in cap. Atsi clerici in 7. not. & ibi add. incip. minas. vers. impugnatur Dec.

Homicida verus non liberatur licet aliquis alius confiteatur se occidisse vt puniatur Iac. de Santo Georgio in l. qui seruandum nu. 1. ff. interr. actio.

Sempronius occidit Caium cui ego successi, & dixi, quòd de illo negotio me vendicarem, postmodum reperitur, quòd Sempronius fuit occisus, an præsumatur contra me, quòd commisserim illud homicidium Iac. de Sãto Georg. l. 1. C. His qui vti indig. nu. 7. 8.

Homicidium illi imputandum est, qui rei illicitæ operam dabat, ex qua sequutum est homicidium Osasc. Decis. Pedem. 106. num. 6.

Ei causam præbés punitur pęna extraordinaria ibi n. 4.

Occidens sub spe impunitatis Ecclesiæ, an ea fruatur Vel pell. conf. 128. n. q. 10. Et quando competat ibidem, & quid in occidente ex proposito Fachin. controuers. iur. dec. 9. cap. 93. Grecus vbi pro negatiua stat.

Homicidium commissum per lasciuiam punitur relegatione quinquennali ibi nu. 17.

Prælatus in aliqua Ecclesia occidens Prælatum, vel C. beneficiatum dictæ Ecclesiæ priuatur ipso iure beneficio illius Ecclesiæ Hier. Gabr. conf. 196. existimo lib. primo num. 6.

Parricidium committitur in Patrem Spiritualem, & de quo intelligatur, & an Parochũ Hier. Gabr. dicto cõs. 96.

Homicidium qualificatum dicitur quando qualitas auget pęnam Hier. Gabr. conf. 187. num. 13. lib. 2. Constit. Mediolani sub tit. de Pęnis §. Homicida declar. à Menoch. De Atbitr. caf. 361. nu. 25, & 329. nu. 9, & 351. nu. 7.

Excusatur à pęna ordinaria quando quis occidit causa se liberandi, & vitam suam seruandi, & sufficit probare, quòd ille probabiliter dubitabat de morte nisi eum occidisset, & sic non consentit malo voluntariè, & necessariò,

nec principaliter, & immediatè, sed in consequentiam boni Rimin. Iun. conf. 686. nu. 49, 50. 51. lib. 6.

Proditorium homicidium quādo dicatur idem Rimin. §. supra Cephal. conf. 57. lib. 1.

An licitum sit Patri, & marito occidere filiam, & vxorem in adulterio depræhensam, & adulterum, & cui facultatem hanc occidendi demandare possit, an ipse Pater, aut maritus solus, an verò cum alijs Caball. resol. crimin. 300.

§. Parricidium.

IN generali abolitione criminum an compræhendatur Parricidium Ioanii. de monte sperello conf. disputat hunc articulum in abolitione concessa per legatum Apostolicum, qui ob concordiam, & pacem remisserat offensam Maestatis Papæ, vt censeatur etiam condonasse Parricidium.

§. Homicidium.

COntra occidentes Dominos, aut personas cum quibus cohabitat, vel vxorem, aut liberos, vid. Constitutionem de pœnis §. occidens.

Contra mandantes Homicidium, est Constitutio de pœnis §. mandans.

De Parricidio latè Iac. Menoch. caſ. 356.

Homicidium præsumitur commissum animo deliberato ex inimicitia modò sit capitalis Farin. conf. 61. num. 2. 16. Ratione loci in quo commissum est nu. 11. Ex præcedentibus, & subsequentibus verbis nu. 4. Ex deambulatione prope locum vbi commissum est, modò ea sit insolita ibi n. 5. 9. Vel si deambulans sit homo malæ vitæ, & famæ.

Occidens vnum loco alterius quomodo puniatur Farin. conf. 1, & conf. 65. nu. 32, & in addit. littera M.

Occidens aliquem si etiam eum derobauit dicitur commisisse latrocinium, & Assassinium Farin. conf. 47. nu. 10. verf. respondetur 1.

Occisor indicās domum vbi latitabat is qui postea occisus

cisus est, vel aliter homicidij causam præbens punitur l. Cornel. de Sicarijs idem cons. 8. nu. 3.

Occidens bannitum nulliter quando gaudeat impunitate Farin. cons. 101. nu. 15. Et in addit. littera B. vbi singulariter.

Occisor certus, & mandator quando apparet frustra quæritur de alijs contra quos non extant specialia indicia Farin. cons. 22. nu. 3.

Occidens eum qui sibi, vel suis stuprum inferre conatur, sine pœna dimittendus est Farin. cons. 66. nu. 3. & 6. vbi quid si occidit non in actu stupri, sed prope periculum futuri stupri.

Occidere quis potest eum qui contra se venit armatus idem cons. 35. nu. 16, & 20.

Occidens fugientem qui prius insultauerat occidentem punitur pœna extraordinaria idem cons. 2. nu. 16.

Occidere quis potest ad necessariam defensionem coniunctorum idem cons. 2. nu. 18, & in littera D.

Animus deliberatus præsumitur ex iteratione vulnerum Farin. cons. 1. nu. 24.

Impune homicida, occidi potest, & incontinenti in flagranti idem cons. 2. nu. 8, & 18, & 55. nu. 77.

Homicidium quando dicatur commissum per assassinium idem cons. 10. nu. 5, & 3. nu. 27.

Ad excusationem, quòd non fuerit commissum præcedente tractatu, ac deliberatione plura signa adducuntur per Farin. cons. 55. nu. 19. 20.

Et quando dicatur ad defensionem cons. 35. num. 31, & seq. & quando dicatur excessum.

Animus occidendi non præsumitur in percutiente cum baculo, quamuis in capite, & iteratis vicibus Farin. cons. 32, & ibi Addit. littera A. in 3. conclus. in fine.

Animus deliberatus, & tractatus ad occidendum an probetur per coniecturas Farin. cons. 61.

An liceat extraneo occidere alterum ex rixātibus dum se interponit ad diuidendam rixam. Plaza in epit. delict. cap. 28. nu. 21. 23, & c. 27. nu. 10. Gomez de Homic. num. 21. Socin. Reg. 444.

Ad excusationē Homicidij in rixa commissi vide plura

apud Farin. conf. 2, & ibi in addit. in littera C. caue tamen ne sis rixæ author 56. l. Quoniam multa facinora C. ad l. Iuliam de ui publica.

Bannitum occidi mandans an gaudeat impunitate sicut occidens Farin. conf. 4, & ibi in addit. in littera Q.

Bannitum receptans ignorans esse bannitum sed tantum suspicans non est puniendus, nisi receptatus esset in albo bannitorum descriptus, vel esset notorium, & fama publica laborasset, quod bannitus esset. Farin. conf. 37. nu. 7. & 15. Amplia vt habeat locum etiam si esset bannitus pro crimine læsæ Maestatis, & in dubio præsumitur ignorantia ibi nu. 145, & seq. quæ scientia ad pœnam ordinariam non debet esse præsumpta, sed certa, & plena idem conf. 100. nu. 36. vers. Adduco, & non solùm requiritur, quòd ille sit bannitus, sed quòd taliter sit bannitus, quòd non possit receptari ibi n. 13, & quid si non receptatur ad malum finem, sed bonum nu. 16.

Bannitus potest absque alijs indicijs torqueri idem conf. 93. per plures numeros.

Et an possit occidi cum Archibusetis paruis conf. 101. num. 26.

An possit imitti incendium in domum in quam bannitus se retravit conf. 101. nu. 27. & fuerunt absoluti hoc anno plures à Senatu, vt patet ex Senatus ordinatione quam subiicio vnà cum precibus, & voto fisci.

Preces Claudij Casteletti, & Sociorum.

POtentissime Rex. De anno 1612. Io. Iacobus Ceruttus dictus il Monte Oliuetto, & Vincentius, ac Io. Baptista fratres de Cerutis dicti li Maggiorini de loco Ticenghi agri Cremonensis fuerunt in pœnam capitis cum confiscatione bonorum banniti à toto Mediolani Dominio ob homicidium Sclopis rotatis animo deliberato per eos commissum in Cæsarem Castellettum eorum Dominum ex feudatariis dicti loci Ticenghi; his non contenti plura alia homicida adeò insolenter commisserunt, vt agrorum depopulatores, & viatorũ spoliatores euaserint, vt in his regionibus nemo se tutum ab eorũ manibus putaret, quò

factum

factum est, quòd cum quoddam die in agris dicti loci Ticenghi dicti tres Rebelles Sclopis rotatis armati, banniti vtsupra delinquentes existerent, de hoc habita notitia à Claudio Castelletto dicti Cçsaris fratre dicti loci Feudatario, conuocatis quibusdam ex dicti loci hominibus eius subditis, iuxta sanctiones Excellentissimorum Gubernatorum huius status, in dictos bannitos irruerunt vt ipsos aut caperent viuos, aut occiderent, de quibus forsitan dicti banniti admoniti in quandam Ecclesiam sese receperunt appellatam Santa Maria de Barno, ex qua dum taciti dictus Claudius, & Socii expectabant dictos bannitos exituros, adeo fama dicti facti increbuit, quòd vniuersi populi circonuicini occurrerunt, & inter alios quidam signifer cum multis militibus Hispanis Soncini, parum distantis, hospitantibus, Quintus miles audacior dum curat vt se dicti banniti captiuos darent ab eis ex dicta Ecclesia occisus remansit cuius casum milites dolentes, & detestantes adeò vendicare curarunt, vt quamuis plurimi etiã alii milites Hispani, & alii circonuicini Itali occisi remãserint à dictis bannitis iugiter Sclopis è dicta Ecclesia explodentibus, tandem igne adhibito, & combusta dicta Ecclesia à militibus Hispanis dicti banniti captiui remanserint; quibus ad Soncinum adductis illhinc ad tres dies ex ordine Caroli Besutij I.C. ita iubente Illustrissimo, & Excellentissimo Gubernatore eorum caput obtruncatum fuerit. His sic in facto habentibus qua ratione modo dictus Besutius præceptum transmisserit ad informandum hac de causa officium fid. M. V. Paulo, Bartholomeo, & Ferranti patruo, & nepotibus de Schinchinellis, & Io. Antonio, & Io. Baptistæ fratribus de Rigolinis dictis de Pacinis, & Ioanni Costæ appellato il Cãpagna, & aliis quibusdam ignoratur. Nam si agatur de homicidio bannitorum, quod & impunibile est in Rebellibus, & in bannitis nullum homicidium fuit commissum: si agamus de vnione ad occidendum eos, pariter impunibile est, quinimo contrarium fuisset punibile ex forma proclamatum quæ mandant tales Vniones sub expressa pœna contra bannitos, si agamus de combustione Ecclesiæ ipsi supplicantes nec interfuerunt dictæ combustioni, maxime dictus Pau-

lus, & nihilis opem dederunt tali combustioni iam ceptæ, & perfectæ per dictos milites Hispanos. Quinimo si de fauore dictis militibus Hispanis agendum foret, is & in dicto delicto considerari potest post delictum mandando dictos captiuos in dicta Ecclesia captos tempore talis combustionis obtruncari, sed cum nullus possit considerari fauor per dictum I.C. Besutium Delegatum, ita quoque in ipsis supplicantibus, qui dicerentur, & ipsi ministri iustitiæ; & alijs rationibus notis in iure, & maxime quia neque sacrilegium committitur occidendo bannitum in Ecclesia prout sepius in facti contingentia Excellentissimum Maestas Vestræ Senatum censuisse trad. Boss. tit. Bann. quid amitt. nu. 8. Clar. §. Homicidium vers. Vlterius quæro Burs. & alij allegati per Farin. q. 93. num. 324. vers. contrarium. Dicuntur enim Ministri Iustitiæ non autem occisores. Quæ tanto magis procedunt in casu isto ex quo ipsi banniti polluerunt Ecclesiam explodendo tot sclopos, tot homines occidendo dictam Ecclesiam polluendo, & prophanando, & sicuti ipsi polluentes non gaudent beneficio Ecclesiæ, quam polluerunt; ita neque officium dicti Delegati frui potest, & multo minus cũ in eorum capturam consenserit, & tale delictum, si delicti nomen mereretur, ipsemet index approbauerit, vel & tandem si quod delictum, quod negatur, in his supplicantibus hac de causa fuisset illud satis purgassent cum ab Ecclesiasticis iudicibus satis fuerint puniti. Tum carceratione lunga, Tum Ecclesiasticis censuris tum pecuniaria, tum demum pœnitentijs salutatibus prout ex sententia contra eos lata, quæ exhibetur, apparet; quare ex his, & alijs quæ in iure resultant ad dictorum supplicantium fauorem ad M. V. suffragia recurere decreuerunt. Humiliter supplicando vt dignetur committere dicto I. C. Carolo Besutio delegato vt omnino desistat à tali molestia, & dictę causæ perpetuum silentium imponat, Vt speratur.

Decretum Senatus.

FActo verbo cum Egregio Domino Besutio subijciat Egregius Fiscalis Tornielus. Sign. Cattaneus, & Squarzaficus. I

Co-

Votum Fisci.

Fiscus antequam subijceret verbum fecit cum Egregius Domino Besutio qui mandauit processum tradi prout per notarium causæ factum fuit, & ex ipso processu per Fiscum viso legitur ordinatio per dictum Egr. Besutium facta, vt iussu Suæ Excellentiæ Castalletti, & alij sui complices præceptis pœnalibus dictis de causis adsistendum citarentur; legiturque Claudium Castelletum, & Paulum Schinchinellum in præcibus nominatos fuisse detentos, Verum sine examine relaxatos: Negari enim non potest quin agatur de delicto mixti fori, uerum tamen est etiam quòd cum iurisdictio Ecclesiastica, & secularis sint prorsus separatæ, & distinctæ, quod absolutio, vel condemnatio in vna iurisdictione lata in altera non parit executionem rei iudicatæ, & quòd si qui sufficienter nō punitur in vno foro, in altero poterit puniri, sed prædicta Fisci iudicio locum habere non video in casibus de quibus agitur, cum homicidia, & alia de quibus in præcibus, & vt legitur ex dicto processu sequuta fuerint ob resistentiam ipsorum bannitorum se defendentium, ne detinerentur, nec de sacrilegio agendum videtur, cum bannitus in Ecclesia possit impunè occidi, minusque ratione combustionis sequutæ de dicta Ecclesia, cum non appareat supplicantes interfuisse, vltra quod Ecclesia ratione præmissorum, quæ ex Cridis licita erant, supplicantes, & illos præcipuè ratione damni illati per dictam combustionem condemnauerit vt legitur ex dicta sententia exhibita: quibus attentis Fisci iuditio de ipso delicto vlterius agendum non videtur. Iudicio tamen Senatus Fiscus se remittit. Sign. Torniellus.

Ordinatio Senatus.

Dilectè noster. Nomine Pauli Schinchinelli, & sociorum datæ nobis fuerunt preces his nostris annexæ quibus visis, & maturè perpensis, vnà cum sententia per Vicarium Episcopalem Cremonæ contra supplicantes la-

ta, nec non & voto Fisci, nostri, quem superinde excitauimus, mandamus vobis vt ipsos supplicantes amplius recitata de causa non molestetis. Dat. Mediolani 11. Septembris 1614. Signat. Landrianus atergo I.C. Carolo Besutio Capitaneo Iustitiæ Mediolani, & delegato nostro dilect.

Sub die prædicto fuere præsentatæ vna cum ordinatione dicti Capitanei Iustitiæ solutis sportulis in totum librarum quadraginta quinque sol. 17. din. 6. In Cancellaria autem Senatus in totum lib. 23. sol. 10.

Responsum meum in ea causa sic redditum.

CVm banniti illi famosi, qui postea incendio immisso per milites fuerunt capti, mox supplitio vltimo affecti, non potest ijs qui operam suam nauarunt, cum periculo etiam vitæ suæ ascribi aliquis excessus, cum certum sit homicidia prouenisse ab ipsis bannitis se strenuè defendentibus, ne comprehéderentur, nec locus est alicui sacrilegio, vt habetur apud Nell. de bannitis 2. Par. 2. temper q. 48. Viuium in verbo statutum disponens quòd Bannitus Franc. Burs. cons. 134. nu. 8. 9. lib. 2. Vbi cit. Boss. de bannitis quod amittant. nu. 6. cum enim tollatur pœna homicidij tollitur omne delictum quod fit etiam sequuto homicidio, & ita dicit fuisse in Senatu seruatum & ita etiam fuit seruatum in facto sequuto in Monasterio fontanæ contra Io. Paulum Tabulam.

Tantominus quo ad offensam Ecclesiæ quia fuerunt Laici indebitè puniti per Iudicem Ecclesiasticum in Vrbe Cremonæ; & cum sit mixti fori sacrilegium vt latè apud Decian. lib. 4. Tit. Mixti fori quæ sint cap. 27. sequitur vt de eo delicto amplius non sit agédum. Farin. q. 4 & 7. lib. primo.

Ex his non video quomodo de iure possit hoc in casu procedi, & ita vt supra fuit resolutum.

Bannitus existens in manu aliorum qui eum ducebant ad Curiam Farin. cons. 101. nu. 28.

An teneatur ex eo quòd illum Curiæ non reuelauit. Occidi impunè an possit associans bannitum scis à Farin. q. 133. nu. 4. Tu vide quid me patrocinante Senatus

cen-

censuerit Mediolani die 2. Iulij 1609. Vel pell. consil. 66. num. 7. & cons. 34. num. 14. Farin. cons. 101. nu. 26.

Pratori Derthonæ.

VIsis occlusis precibus Caroli Rati, ex feudatarijs Vallis Rattorum, & visis condemnationibus capitalius contra prædictos Bernardum de Argenta, appellatum Guerram, secutis pro attrocibus delictis, vna cum proclamationibus iussu Illustris L. T. nostri publicatis contra bannitos diei 12. Martij 1601, & diei X. Martij 1603 quibus permissum est non solum bannitos capi, & impunè occidi posse, sed etiam eos qui cum bannitis erant associati, & visa etiam personali constitutione, cum voto Fisci nostri superinde excitati, vobis mandamus, vt cum ipse supplicas cuius opera dictus Guerra capitaliter bannitus occisus fuit vna cum Ioãne Facioto appellato Muratore qui de eius societate in a secla erat eos impunè occidi potuerit, maximè cum mandatum haberet à March. Pet. Francisco Malaspina ab Illustris L. T. nostro delegato ad bannitos capiendos, & insequendos, cum causa dictorum homicidiorum non molestetis, nec molestari permittatis, sed liberè dimittatis. sign. Mendotia, & Maynoldus.

Concordat cum originali existente in Archiuio Egr. Secretarij Besutij & subscripta à Camilo Robio eiusdem Secretarij Cancellario.

Extat quoq; Senatus Consultum in causa Bobiensi anni 1595. diei 9. Ianuarij tenoris huiusmodi.

Visa diffinitiua relatione quam nobis fecistis de Guglielmo Regalia appellato Tartago imputato de delatione sclopororum rotatorum, de auxilio, & fauore, & conuersatione cum Aurelio Petranigra homicida Ascanij Bertholasij, & capitaliter bannito, & alijs ad capiendum Dominicum Ferrarium bannitum, omnibus maturè consideratis, mandamus nobis, ex Senatus nostri sententia, coram quo ipsa relatio facta est, vt ipsum Tartagotum torqueri faciatis, super eo an dolosè versatus fuerit cum dicto Aurelio bannito, & ei auxilium præstiterit, & eodem tempore interrogetis super scientia homicidij me

morati

morati Ascanij Bertholasij, & vbi nihil emergat absoluatis, & à ceteris etiam impictis liberetis. Sign. Ricardus, & Vicecomes. Alex. Besutius Secretarius.

Si ego mando alicui, quòd homicidium committat, & post mandatum me peritet, tamen non certifico illum cui mandaui, deinde ipse mandatarius deliquit, nunquid pro delicto commisso tenear, Vide latissime differentem Caball. resol. crimin. lib. 1. resol. 242. Quærit Cynat.

Quid quando dictum mandatum limitatum est ad tẽpus, & eo lapso secutum est maleficium per Mandatarium vide eundem dicto loco.

Nuncius, qui scienter portat litteras alicuius alteri de homicidio committendo, illo sequuto an teneatur pœna homicidij non secus ac illud faciens idem Caball. casu 243. commissa.

Occisor ad quæ damna, & expensas teneatur erga heredes occisi Caball. Resol. crimin. casu 248. num. 27.

Homicidij pœna non tenetur subtrahens Testes ne deponant ad fauorem Fisci contra accusatum de homicidio, sed leniori pœna arbitraria Iudicis Caball. resol. crimin. casu 273. nu. 4. Vid. Farin cons. 101. nu. 30. Et in littera C. & quid in occultante Parricidam ibi num. 32.

Ad extirpandos bannitos, qui territoria infestant, fieri solent publica bannimenta, quod qui occiderit seu præsentauerit bannitum Curiæ concedatur præmium seipsum, vel alium bannitum eximendi de banno pari, vel pro minore delicto an si quis condemnatus capitaliter pro homicidio præsentet bannitum capitaliter pro adulterio fruatur dicto beneficio, Negatiuè stat Caball. cas. 249. per totum Resol. crimin. Et de similibus bannis agit in casu 197. Hoc anno 1614. tales cridæ fuerunt renouatæ, & præsentatum fuit caput Georgij Rubei occisi in loco Meltij à duobus vilissimis mancipijs, qui in eius domo conuersabãtur, qui cum haberet opulentas opes à patre relictas eas in malos vsus consumpsit, & se totum ad scelera tradidit; inter alia cum non leuis familiaritas intercederet cũ Gaspare Bellio submisit, qui assumeret nomen illius, & venderet ei bona sua mox inuestituram ab eo acciperet, eo animo ut postea eum occideret, verùm hæc falsitas dete-

cta est, & rescisum Instrumentum venditionis de quo rogatus fuerat Claudius Besana, quod ille adeo ægrè tulit, quod in itinere insidiosè eundem Gasparem trucidauit, mox in carceribus se præsentauit, sed paulo post ex eis fugam fecit, qui contumacialiter fuit capitaliter condemnatus, nec diu tantum scelus inuēdicatum reliquit Deus, eius caput super platea Arenghi huius ciuitatis fixum fuit.

Circa hanc materiam incidit in manus meas casus cuiusdam de Valuasoribus, qui mandatum dedit ad occidēdum quendam data ei pecunia, quem tamen animo deliberato vulnerauit, & conualuit, Conabar ego eum eximēre à banno per præsentationem cuiusdam capitaliter con damnati pro simplici homicidio, & dicebam hoc esse grauius, quia secutus erat effectus, tum etiam ex hoc arguebatur eum esse in casu, quia vtroque casu à Principe aggratiari poterat. Repulsam tulit, & fuit dictum non sufficere propter qualitatem deliberationis, quæ delictum auget.

Hoc anno 1614. se exemit è banno Comes Franciscus Siccus feudatarius Vicomercati ad furcas olim condemnatus ob proditorium homicidium Luciæ Placentiæ socrus suæ solutis vt fertur in Pios vsus multis pecunijs, Videat ille an expediat palam in populo spectari.

Vxor non reuelans marito mortem inferendam primo puniatur cons. 66. nu. 17.

In materia assassinij ad excusandum eum qui de mandato dato, mediantibus etiam pecunijs arguebatur à duo bus Mandatarijs, qui in tortura sustinuerunt Farin. in cons. 99. per totum.

Homicidium præsumitur commissum ad instantiam eius cuius commodum concernebat, sicut & damnum præ sumitur datum ab inimico Surd. cons. 477. nu. 5. & 6.

Auxilium homicidio præstans vel aliquo modo opem ferens, An vera pœna delicti sit plectendus Gasp. Thes. q. Forensi 46. Auxilium, vbi hunc articulum examinat post Clar. q. 90.

Famuli etiam minores conspirantes in Domini necem puniendi sunt pœna ordinaria Gasp. Thes. dicta q. 46.

Quod facit ad Constitutionem de Penis §. Occidens, & memini quod dum essem Prætor, Bobij fuisse mihi consignatum quendam Bernardum famulum Presbyteri qui eum à teneris educauerat, & in arte sutoria instruxerat, qui nocte aditum patefecit Assassinis ad eum occidendū accepto præmio aureorum quatuor, qui cum se præcipitem dedisset è turri, edita, fuit apprehensus à duobus canibus qui eum retinebant ne lungius ire posset, prout ille fassus est, cum denuò captus foret Senatus adunguem in eo seruauit penam dictæ Constitutionis in §. occidens.

Mandans fieri homicidium tenetur eo sequuto eadem pœna qua illud faciens, & quid si mandat, vt mandet alteri, vt homicidium committat, vel si mandat vni, & ille mandet alteri, an primus an secundus teneatur pena homicidij Caball. cas. 141. resol. crim. lib. 2. Hoc fuit obseruatum hoc anno 1614. in personam Pet. Fran. Ayroldi barbitonsoris qui mandatum habuit, & dedit alteri ad occidend. Paulum emilium Maynum clientem meum optimis moribus imbutum, qui fuit furcis suspensus in loco mandati exequuti, & ad dictum locum tractus ad caudam equi, cuius ego obscuram faciem dum quandoque intuerer dixi iam deberi huic Igominiosæ morti, non enim ille visus est in eo extremo vitæ spiritu edidisse aliqua signa penitentiæ, vt sanè fatear, quod *conueniens vita mors fuit illa sua.*

Mandans aliquem bastonari an pena mortis teneatur si percussus moriatur Farin. cons. 32.

Pœna Parricidij an cesset in patre accidente filium vel aliter cons. 66.

Minori pro homicidio an irrogetur pena mortis vid. Farin. cons. 66.

Occidens birruarium quando excusetur, dicens se ignorasse illum esse birruarium, Farin. cons. 100.

Occisus si reperiatur cum vnico vulnere, & plures fuerint rixantes, & ignoretur quis illud intulerit condemnantur omnes in penam extraordinariā si verò fuit vnus tantum rixans, an ille solus puniatur pena ordinaria, tamquam ab eo fuerit occisus, tenet negatiuam Farin. [illegible]. C. nu. 12, & 27.

Ho-

Homicidium in rixa sequutum non punitur pœna ordinaria Farin. ibi num. 28.

Assassinus, & Rebellis quando possit impunè occidi nulla præcedente declaratione, & de pluribus casibus in quibus bannitus potest occidi impunè; quid si occidatur ad occultanda aliorum delicta; rursus quid si occidatur, cum potuisset viuus Curiæ tradi. Farin. cons. 101. incip. Pater sancte.

In materia receptantis bannitum plura apud Farin. cons. 29.

Bannitum occidens animo eum derobandi, & spoliandi an puniatur de furto, seu robaria Vid. Farin. dicto cons. 101. nu. 14. vers. quarto.

Prestans opem post homicidium vt mortuus sepeliatur in aliquo loco ne videatur, auxilium præstare videtur Farin. ibidem num. 32, & seqq.

Statutum de impunitate postulanda occidentibus bannitos est fauorabile, & latè interprætandum Farin. dicto cons. 101. nu. 45. vers. & cum agatur.

Homicidæ quando dicantur notorij, vel de homicidio diffamati, ad effectum vt intret Bulla Pij Quinti eos excludens ab omni actu legitimo Farin. Decis. 15.

Bannitus propter homicidium quando dicatur incapax hereditatis sibi debitæ, & delatæ etiam respectu legitimæ, & quid si fuerit restitutus, an etiam censeatur restitutus ad ius recuperandi legitimam, & hereditatem tempore banni alteri quæsitam, idem Farin. decis. 17.

De Assassinis plura Farin. cons. 10. ex deductis.

Clericus committens homicidium qualificatum puta cum veneno, an incurrat pœnam priuationis beneficiorum Farin. cons. 14. nu. 4.

Bannitus capitaliter, & absolutus, seu aggratiatus ex presentatione capitis banniti, sed pro leuiore delicto, an possit iterum inquiri, an verò sit dimittendus, ne sub publica fide decipiatur Farin. cons. 53. fuit dubitatum.

Famulus committens homicidium ad utilitatem Domini præsumitur de illius scientia, consensu, & mandato deliquisse, quando tamen vltra famulatum delinquentis concurrit aliqua alia præsumptio Farin. cons. 26. caus. 11.

11. Idem

12. Idem conſ. 55. ad quem te remitto.

Ordo Senatus anni 1582. die 7. Maij quod nullus delatus aut deferendus de auxilio ad homicidium in rixa poſſit poſthac pęna mortis, & confiſcationis bonorum condemnari.

Remiſſio, & Pax eſt neceſſaria ijs qui ob auxilium homicidio in rixa pręſtitum pęna pecuniaria ſunt mulctati. Hoc decretum à Senatu factū eſt in anno 1554. die 10. Maij redactum inter ordines Senatus fol. 85.

Quomodo ſit facienda cōdemnatio in caſu Incertitudinis habes ex hoc decreto Senatus anni 1558. 8. Ianuarij in hunc modum.

Quod exquiritis ſententiam Senatus de condemnationibus capitalibus in caſu incertitudinis faciendis, ea eſt ipſius Senatus ſententia, Vt ſi plures in rixa percuſſerint, & ignoretur quis vulnus lethale intulerit; aut plures inſultum fecerint, & ignoretur quis vulneraverit, & occiderit, omnes in contumaciam capitaliter cum bonorum confiſcatione condemnentur quemadmodum, & binis iam litteris iſtis Prætoribus mandatum fuiſſe vos monuiſtis atque ita in futurum ſervari decernimus. Idem fieri volumus de pecuniarijs condemnationibus vnica tamen ſolutione ſufficiente. Faciunt ad hoc Decretum tradita per Luc. de Pęna in l. Deuotum nu. 6. C. de metus lib. 12.

D. homicidio plura apud Ariſmin. Zepat. tit. 3-9. Farin. q. 119. 126.

Ex vulnere quando quis dicatur mortuus vid. Menoch. caſ. 275. de arb. iud. Farin. q. 127. num. 14. & ſeqq. & in ea q. plurima in hac materia.

Autor rixæ non tantùm probationibus, ſed coniecturis probatur Caball. reſol. crimin. caſ. 102. nu. 21.

Et quando certus eſt, & ignoratur quis vnico vulnere mortuum percuſſerit ipſe ſolus tenetur idem caſus. 192. nu. 11. & eſt grauius puniendus quàm cęteri ibi nu. 12.

Occidere an liceat peccatores diſputat Gugl. Bened. in tract. cui ſimilis inſcriptio eſt, poſitos in fine operis ſui, cui Tit. eſt cap. Raynutius de Teſt.

Occidens bannitum habentem ſecuritatem à iudice non notam occidenti an excuſetur Vid. Petr. Caball. caſu 94. nu. 12.

Occidens vnum, & vulnerans in eadem rixa, & de homicidio, & vulnere tenetur Caball. resol. crimin. cas. 198. nu. 16.

Occidētis se ipsum materia tractatur à Caballo resol. crimin. cas. 137.

In causa homicidij patrati in personam Pet. Angeli de Capitebobus in qua vexatur Nob. Aluysius Arconatus Patritius Mediolanensis, Andreas Cordarius vti Mandatarius, Dionysius lucinus, & Andreas Guidus quòd conscij, & participes fuerint dictę necis, & presertim quod Lucinus, cum Cordario iuerit Aresium, & interfectum induxerunt ad faciendum iter Mombellum versus, vt in via interfici commodè posset; Cum Senatus censuerit dictum Arconatum esse Reum constituendum de dicto mandato, Lucinum, Andream Guidum arbitrio Curiæ torturæ subijciendos absque taxillo, Cordarium verò acriter torquendum esse adhibito taxillo, non obstantibus comparitionibus prætentorijs, ex quorum admodum seueris questionibus nil emersit, præter eorum innocentiam qua torti præsumuntur veritatem dixisse l. Item apud labeonem §. q. ff. iniur. l. 1. §. q. ff. ad sen. cons. Sillan. qui vt inquit Tullius, verberibus torti, & igne defatigati, quæ dicunt ea veritas ipsa dicere videtur.

Breuibus à me agendum est an dictus Nob. Arconatus sit absoluendus ex probationibus ab eo præstitis, & ex alijs quę dictam ordinationem Senatus subsequuta fuit, nam attentare quòd nullis ante illud Senatus consultum vrgeretur indicijs ad procedendum satis infructuosum est, & forsan intempestiuum, absit vt Senatus iudicium improbem, cum existimarem me peccare in Spiritum sanctum.

Nonnulla à me sunt examinanda: Primo an cum mandata iij indicia contra eos existentia purgauerint, & sint in casu omnimodæ absolutionis contra dictum Arconatum vti principalem mandantem, mandati actio conquiescat, cum mandatum vti quoddam accidens nō possit stare absque suo principali delinquente, & per alias rationes quæ possunt videri passim apud DD. Bart. in l. si is qui rem §. si tu Titium ff. furtis. Farin. de inquis. q.

q. 4. nu. 1, 2. 3. & licet ex Const. Med. mandatum per se consideretur, & punibile sit absq; Mandatarij delicto iux. Farin. q. 161. nu. 6. Menoch de Arbitr. Iud. casu 352. nu. 10; Attamen quia hi Mandatarij præstiterunt defensiones, etiam preter purgationem indiciorum per torturam, est vt necessario sint absoluendi, vt amplius de mandante querendum non sit; Nam ferendo sententiã pro mandatarijs, ostendit mandantem esse innoxium; cum enim scopus huius accusationis & rei, cardo super hoc consistat, quod hi Mandatarij visi sint die delicti armati in itinere in loco propinquo maleficio, & ob id fuerint Facinoris exploratores, vti hi qui in dicta domo Arconati morabantur, & ab eis accitus fuerit. Angelus occisus pro ineundis rationibus dicta die in loco Mombelli, & hi præstiterint se innocentes medio questionum, & probationum cessantibus his præsuppositis, Arconatus non potest alio iure diuerso ab eis iudicari, Neq; horum innocentia ab Arconati innocentia separari potest Gram. decis. 38. nu. 9. vbi cit. Dynum ita dicentem in c. Ratehabitio de Reg. iur. in 6. quod si absolutoria est lata pro delinquente prodest etiam mandanti; Neq; enim Indicia eliciuntur aliunde contra Arconatum quam ex predictis circumstantijs, quæ quia falsæ sunt ideo ipse à ceteris Indicijs quorum nulla remanent vestigia, seruetur liber, & immunis, tunc enim absolutoria lata fauere Mandatariorum non prodesset Mandanti, quando alia possent esse vtriusq; Indicia, sed quando sunt eadem; & quando defensionis causa est communis vtrique mandans accusari non potest, & hoc satis est de intentione Doctorum qui hunc articulum examinarunt, quorum plena est nomenclatura apud Tiber. Decian. in 2. Tract. crimin. lib. 9. cap. 33. tit. quomodo mandans, & Mandatarius sint correlatiua num. 7. vers. similis succecedit quæstio.

Quia etiam quando mandatarius simpliciter absoluitur prodest mandanti quoad qualem qualem præsumptionem Decian. ibidem in fine.

Cæterum cum in hoc themate per fiscum laboratum sit ad veritatem indagandam tam contra mandatarios, quam

quàm con tra mandantem defensiones vtrique proficiũt vt per Alber.in l.non ideò minus C.accusat.nu.5. versic. an autem sententia absolutoria: Modò Senatus censuit dictos Mandatarios torqueri prohabenda veritate mandati tam contra eos quàm contra mandantem, ergò cũ perstiterint torti in negatiuâ hoc quoque ipsi Archonato prodest ad absolutionem tamquam rei origine sublata l.vnica C.lat.liber.toll.tum quia vitium est ex vna radice.l.si libertas C.nuptijs.

Cæterùm semotis his considerationibus, non est ambigendum quin receptæ probationes pro mãdatarijs prosint etiam mandanti, & ècõtra Bart.in l.prima. §. vltimo in tertia quest. ff.quæst.Dec.not.vtsupra nu.6.versic. His generaliter cognitis, viden.est an, & qualia sint indicia, quæ adducuntur contra eundem Arconatum vt eis prostratis securior fit absolutio; Quare cum causa delicti fit quærenda cap.Origo 32.q.4.l.Verum.ff.furt.C.qui oc cidit 23.q.8.Sanè ea, quæ adducitur leuissima est, scilicet quòd molestè tulerit Arconatus non fuisse consignatum per dictum Pet.Angelum quoddam plaustrum feni, & illud vacuum fuisse remissum, & quod superinde rancor animi fit subsecutus ideò rectè volunt DD. Quòd vt inimicitia faciat indicium debeat duci à grauibus causis puta vel à lite criminali, vel ciuili maioris partis bonorũ DD.cap.cum oporteat.De accusat.Menoch.cas.Cx.lib.2. cent.2.Farin. de indic.q.49.nu.86.Non enim videtur ille respexisse ad res tam viles, & inde vindictam concepisse quin potius hæc erat cura institorum ipsius Arconati, nõ enim apparet inde ortam aliquam animorum dissensionem, & licèt Ludouicus frater interfecti deponat, eius fratrem dixisse, *che il Signor Alviggi gl'haueua detto che trouasse conto del feno, perche non l'haueua hauuto, & che se gl'hauesse mandato li carradori li dietro gl'n'haurebbe fatto pentire*, & alia similia verba; Attamen parum curãdum est de eius Testimonio ex pluribus. Primo quia frater. Secundo. Accusator, qui petit procedi contra delinquentes cap.forus de verb.signific.3. De auditu ab ipso Pet. Angelo quarto neminem habet in hoc contestẽ, & sic singularis; Postremò stantibus tot defectibus in eius

personam concurrentibus, nullam facit fidem Natta cons. 148. nu. 6. Ant. Gabr. de test. conclus. 7. nu. 14. lib. primo, & de communi Moder. Roman. in suo tract. De opposit. contr. test. q. 62. limit. 3. num. 8.

Quare id verius esse reor quod deponit Andreas in suo constituto, quodque ex multis testibus super defensiuo examinatis resultat, *che il Signor Aluiggi rispose al detto Pietro Angelo, che non si impediua di feno, & che si douesse assicurare: che li sarebbe stato pagato*, & quòd ipsemet Aluisius in suo constituto dicit, *che parlò al detto Pietro Angelo contra molta cortesia*, & quòd iniunxit Dionysio Lucino suo principali institori ut hanc differentiam inter factorem suum, & dictum de Capitebobus componeret, nec locum conquerendi relinqueret, & hoc resultat etiam ex teste Io. Ambrosio Lazalo qui erat tẽpore dicti homicidii de societate dictus Pet. Angeli de auditu à Pet. Angelo dum viueret, *che quando il Signor Aluiggi mandò à dimandare detto Pietro Angelo à Monbello l'altra volta gl'haueua fatto molte carezze & vsato molte cortesie, mentre esso testimonio, & Pietro Angelo andauano per la strada raggionando del fatto del feno*, & multa alia, quæ sequuntur, & testis amicus ad instantiam fisci examinatus pro Reo, probat innocentiã Frãc. Burs. cons. 311. nu. 21. lib. 3. Emilian. in tract. De test. in verbo Testis aduersæ partis num. 2. fol. 50. Par. prima lib. 4. Socin. iun. cons. 69. nu. 11. lib. 1. Gabr. de test. conclus. prima post num. 14. lib. 3. commun. opin. etiam de credulitate tom. 15. vers. Amplia.

Ad hæc pro Arconato facit quòd innocentiæ suæ confisus se nõn solùm consignauit, sed etiam eos adduxit à quibus minimè sperare poterat hoc factum reticeri posse; Quid enim inconstantius famulorum fide? Id enim est magnum innocentiæ argumentum vimque tantam veritatis habet quantum momenti habet ipsa veritas, id quod amotis legum authoritatibus, sola naturali ratione comprobatur cum mortalium, nemini salus sua sit cõmittenda, vt dicere solebat Alcibiades.

Rursus pugnat inuerisimilitudo, quòd si Arconatus vsus fuisset Andrea in mandatarium non passes fuisset

domi

domi manere, & domi Iudicem causæ expectare, quia pauor his, qui malum operantur, Neque enim ille post de lictum dormire sui domi potuisset, cum non modò sine cura quiesc ere, sed ne sperare quidem sine metu delinquétes possint, Valsf. relatus à Menoch. De præsumpt. lib. 5. præs. 11. Nemo est in fine.

Quicquid respectu famulorum, si illi deliquissent, non tenetur Dominus, nisi constet de scientia Domini si prohibere potuit, notatur in cap. Constitutionis de test. cap. Petrus de Homicidris casual. Abb. ca. cum causam de test. Bal. in l. 2. col. 4. Cod. ser. fugit. Boss. de mand. nu. 39. Nec scientia præsumitur in delicto momentaneo quale hoc est. Barbat. in cap. 4. De offic. delegat. Nec alio apparente molestandus est Dominus; Et licet hoc mandatum probetur per coniecturas vt per Bald. in l. Quicunque pen. col. Cod. ser. fugit. vers. Octauo nota; & in cons. 98. Bertonus lib. primo Laderch. cons. 18. nu. 30. vers. Neque obstat; attamen hæc quæ adducunt ur contra Arconatū adeò fuit fragiles, vt indignæ sint quæ referantur inter coniecturas, & requiruntur vehementes, & à iure approbatæ Bald. cap. primo. §. Conuenticula tertia col. De pace iuram. firm. instar iudiciorum; quæ debent in sua specie perspicua Bart. in l. 1. §. primo in fine. ff. quæst. & in l. 2. C. quo ap. non recip. Salic. l. fin. Cod. Accusat. in terminis Pet. Ant. Anguisol. cons. 16, & si capitalis inter crimin. cuius dicta deseruiunt illis verbis quæ dicuntur prolata, nam qualitas illorum verborum, non patitur quod inde tam crudelis sit vendicta sumpta, & tantus sit secutus excesus.

Constat preterea hunc occisum habuisse ininicos plures, & iustiores causas in eos recipiendas quàm in dictum Aluysium de cuius bona qualitate satis constat, quæ omnia purgat, & diluit. Concludo eum absoluendum &c. prout fuit absolutus, & scio quòd ille Pet. Angelus erat vir scelestus, vnde nimirum si finistro fato occubuit.

§. Assassinium.

Fol. 31. à tergo ibi si quis assassinauerit circa finem.

QVis dicatur Assassinus plura apud Clar. in §. Assassinium Mascard. de probat. lib. 1. in littera Assassinium Tiber. Dec. in tomo 2. tract. crimin. c. 30. tit. de pecun. intercedente, vnde traxerit nomen Assassinus Feder. Scott. in responso 8. Cum Franciscus tit. 2. Curiosis hæc indagatio relinquenda est, cum etiam pueri calleant qui sint Assassini, quorum meminit aut hoc statutum, aut Constitutio de pœnis §. 1. vbi quòd Venefici, & Assassini comburuntur, quæ pœna combustionis in statu Mediolani nō habet locu nisi cōtra hereticos, & Sodomitas falsificatores monetæ, aut instrumētorū falsorū, & hos coniungimus cū latronibus de quibus loquitur proximus §. latrones eadem Cōstitutione, & dum Constitutio loquitur de rotæ ligneæ pęna illa sanè vtebantur Iudices olim, sed sub Santo Carolo Borromeo recessit, quia Santissimus ille uir nō est passus pro quouis inmani scelere huic generi mortis quemquam tradi, ne corporis, & animæ simul iactura fieret, sed postquam succrescente delinquentium licentia, eò ventum est vt non arceantur à delictis homines, nisi per id crudele mortis genus renouata pœna dictæ Cōstitutionis sub die 12. Augusti 1600. in his qui in loco Vicomercati nob. Gabrielem Carcassolam in domo, & spoliauerunt, & trucidarunt; Grata fuit filiorum erga parentem pietas, qui dies, nocesque vigilarunt in habendis his siccarijs nullis sumptibus pariētes, innumeris se periculis exponentes, quibus profluit DD. Venetum iustitia excellens, in his persequendis accurata diligentia, & propensa erga ciues nostros voluntas, quos vtinam cum hoc Dominio perpetuo fædere societas habeamur, nam tunc præclarè cum Republica nostra agetur, quia ciuium nostrorum salus, tranquilitasuè ab illa magna ex parte pendet, & ideò iure optimo eorum pericula, incommoda communia nobiscum existimare

mare debemus, & vices mutuas respondere.

Multa suppeditant in hac materia insignes tractatus Farin. q. 123. Ego aliqua perstringam scitu nō indigna.

1 Primo Assassinium esse corruptelam per pecuniam ad percutiendum, & hanc esse crebriorem opinionem trad. Viuius in cōmuni opinione 74. Capyc. decis. 155. Gram. vot. 8. & 11. Aduerte tu tamen quòd hæc quantitas pecuniæ debet esse talis quod lucrum afferat prout considerat Hier. Gabr. cons. 170. nu. 2. vbi dicit quòd id quod debet dari compendij, aliquid, & lucri afferri capienti; vnde expensæ tibi, quæ subministrantur non inducunt Assassinium iure merito Cōstitutio de pœnis §. si quis fecerit robariam exprimit certam quantitatem ad effectū vt furcarum pœna imponatur; nam pro minima robaria esse locum pœnæ suspendij indignum est.

Assassinus an dicatur qui vulnerauit, seu percussit, sed mors non est sequuta declar. Mascard. conclus. 138. nu. 12. Decian. dicto cap. 30. Tomo 2. tit. De pec. intercedente nu. 41. vbi declar. non proc. vt teneatur pœna extraordinaria & grauius quā si absq; pecunia vulneraffet, vel mandatum de vulnerando suscepisset, & sic limitatur capitulum primum de Homic. in 6. Nam illa pœna non extenditur ad vulnerantem, secus enim fuisset ad occidendum sed executor vulnerasset tantùm volens occidedere quia tunc secus esset, Ita loquitur Decian. in prędicto loco. Subnecto has questiones.

Assassinium incurri mediante conuentione de occidendo precedente promissione, vel pacto licèt homicidium non sequatur Scott. dicto responso 8. num. 12. Sed solam spem, aut gratiam in conuentionem deductam non facere assassinium dicit Hier. Gabr. dicto cons. 170. num. 15. Quòd si pater mandat filio vt aliquem occidat ibidem Decian. supra citatus num. 17.

Assassini tamquam diffidati ab omni populo, à quolibet impunè occidi possunt, etiam priuato ibidem.

Iudices laici sunt competentes contra Assassinum clericum, tamquam ob dictum crimen exancoratum, & exutum omni priuilegio clericali, ideò potest & in processu, & in sententia præuenire Episcopum, & eum non degra

datum legali pœna punire, maxime si delictum sit ita notorium, quòd non possit aliqua tergiuersatione celari, ex quo ipso iure videtur degradatus, & vnicuique sit potestas eum capiendi an tamen requiratur sententia declaratoria qualitatis criminis, & per quem Iudicē fieri debeat idem remissiuè, sub num. 10. 11. Prosper Farinac. q. 8. num. 82. & seq. in primo lib.

Specialia in Assassino locum non habent, nisi liqueat in primis de qualitate Assassinij Farin. d. q. 8. num. 85. 86. Nec sufficit sola imputatio q. 7. num. 11.

Clericus Assassinus etiam non expectata incorrigibilitate degradatur, & Curiç traditur seculari, idem Farin. q. 8. n. 82. 84. si modò constat de qualitate Assassinij; Decian. dicto tit. De mandato interced. pecun. cap. 30. num. 11. vers. Et dubitatur, & 35. Vinc. Franç. decis. 176. nu. 3.

Extrahitur ab Ecclesia impunè etiam effectu non subsequuto, idem quoque in fautoribus, & receptoribus dictum est, idem quæst. 28. num. 26. 27. Decian. dicto ca. 30. num. 12. Gony. de immun. Eccles. 15. fall. nu. 8.

Vbique puniri potest, nec priuilegio fori gaudet Farin. q. 7. nu. 9. Decian. dicto cap. 30. nu. 3, vers. Iudex autē. Nullo tempore præscribitur dixi in tract. Præscriptionis delictorum. §. Assassinium.

Proceditur de facto, & iuris ordine non seruato ob immanitatem criminis. Scott dicto responso nu. 13. Declaratoria, vt per Burs. cons. 20. nu. 37. Marsil. §. Diligenter num. 175.

Sufficiunt probabilia argumenta Clar. §. Assassinium, & Mascard in eadem littera.

Pœna est vt scindatur in frusta de communi Marsil. vidi supra nu. 16. Decian. dicto cap. 30. nu. 31. vers. Pœna, ponit etiam accopationem, quæ fieri soletiumētis à macellarijs; Quod pœnæ genus vidi vsitari paucis abhinc annis in personam cuiusdam, qui occiderat priuignum suum, quia consentire nolebat distractioni bonorum materrnorum, nam iussus fuit genuflectere, mox Carnifex alligata fascia ad oculos, cum claua eum mactauit, mox iugulauit, qui primo ictu cecidit, nec quisquam eius casum miseratus est, sed priuigni innocentis.

f Mino-

Minori annis 25. in hoc delicto non parcitur, nec habet locum l. auxilium. §. in delictis. ff. minor. Quid in minore præstante auxilium tantùm Corn. conf. 159. num. 1. vol. 1. Bolognin. conf. 35. post numerum. 11. vbi de magis conmuni Bertaz. conf. 543. nu. 14. lib. 1.

Bulla Pij Quarti ann. quattuordecim delictum cõmittentem à Vincent. Caroccio declaratur decis. 37 Quidam num. 19.

An Capitulum primum de homicid. in sexto locum habent contra eum, qui iniuriam suam prosequitur auxilio aliquorum adhibito pecunia conductorum, & sic an illud primum capitulum comprehendat opem ferentes sicut mandatarios disputat Hier. Gabr. conf. 160. num. 5. Bertazol. conf. 143. nu. 13. lib. primo, & concludit non teneri ea pœna, quia tantùm socij sunt, & opem ferentes, & accessores: Cum autem sunt mandatarij dicuntur principales, & totum facere, imo actus magis eis attribuitur, & verius quàm mandantibus; Auxiliatores autem, & socij dicuntur aliquid facere, & accessores, ideo quandoq; leuius, nunquam grauius, quàm principales puniuntur; addit aliam efficacem rationem cur Mandatarij grauissimis hìs pœnis afficiantur, quia scilicet cum non cognoscantur, & nulla ratione sint suspecti, facillime occidunt eos quos nihil cauentes adoriuntur. Quæ ratio cessat in his, qui opem ferunt principali ipsi à quo inimicus cauet & in eum intentos, & fixes oculos habet; Confirmatur alio modo, nã multa facere possumus per nos ipsos cum socijs, & opem ferentibus, quæ per mandatarios nõ possumus ideo iustius multò est puniri grauius eum, qui nullo se periculo exponens clam, per alios pecunia corruptos, & inimico suo incognitos homicidium committit, quàm per eum, qui semetipsum periculo exponit, & subit, & vt voluntati suæ propriæ satisfaciat socios parat, & adducit, Nec potest principalis pœna ordinaria puniri, vel vti mandator, quasi eo præsente, mandatum sit exequutum, quia in casu isto nullum potest dici præcedere mandatum, ideo non tenetur vti mandans, nã quod factum, dicitur solus fecisse, non autem sunt diuersa facta, & ex eodem facto, non potest nisi vti principalis te-

neri;

neri; Conclude eum non dici Assas. num, qui propriam iniuriam vlciscendi causa ipse cum aliquibus etiam pecunia conductis homicidium tentaurit, Mediolani verò Constitutione cautum est sub titu. De Pęnis. §. mandans serua quod ibi habetur.

Constitutio Mediolani. De Pœnis. §. latrones declaratur à Menoch. casu 351. nu. 71. ut procedat in eo qui consilium præbuit latroni ante delictum, non autem si post.

Et an teneatur si detur consilium aliter facturo declaratura ibi num. 23.

Mandatum de Assassinando non sequuto effectu, sed tantùm affectu Decian. dicto cap. 30. nu 3. & 10.

Assassinus à patre an possit occidi Decian. ibidem nu. 7. vers. Dum autem.

Constitutio cap. primo de Homicid. in sexto loquens in mandante an extendatur ad mandatarium ibidem n. 11. versicu. Neque dubitandum.

Bannitus an occidi possit per Assassinium Decian. dicto cap. 30. num. 19. Dicit, quòd sic, & occidi potest in foro conscientiæ, si id fiat bono zelo Decian. ibi num. 20.

Testis de auditu auditus facit in hoc crimine indicium ad torturam. Marsil. in §. examinanda num. 27. Felin. cap. Afferte col. 2. in 3. limit. De præsumpt. Mascard. conclus. 136. num. 4. lib. primo.

Torqueri potest mandatarius nullis præcedentibus indicijs vt indicet mandantem Decian. dicto cap. 30. nu. 27. vers. Potest etiam.

In generali abolitione criminis non venit assassinum ibidem num. 28.

Quilibet iudex an in hoc crimine cognoscere possit ibi num. 30.

Non solum assassinus, sed etiam illius hæres tenetur restituere pecuniam, quam ex turpi causa habuit etiam lite non contestata cum ipso licèt in alijs delictis secus sit, & debet restitui offenso seu eius hæredi, nō autem ei qui dedit, quia licèt turpiter faciat non tamen dicitur turpiter accipere respectu promittentis Decianus ibi num. 35.

Clericus potest torqueri in hoc crimine à laico ad

eruen-

eruendam veritatem, nam si potest condemnari, ergo fortius torqueri Capycius decis. 155, nu. 27.

Pœnitentiæ an sit locus in crimine Assassinij disting. Decian. dicto cap. 30, & confert ad Constitutionem Mediolani tit. de Pen. §. Quicunque cuiusuis vers. si quis verò, & vers. mandantes, & vers. Quod si nec vulneri.

Confessio mandantis quam probationem faciat contra mandatarium Decian. dicto cap. 30. nu. 43.

Assassinij priuantur successione quacumque, & transmittunt ad proximiores, non autem ad Fiscum And. Sicul. cons. 8. nu. 13. vol. 3.

Mandantes quando dicantur peruenisse ad actum proximum Decian. ibi nu. 38.

Solitus comittere Assassinia poterit ex solo conatu morte puniri, ibi num. 39.

Socius criminis in hoc delicto potest interrogari de socio ibidem nu. 4. Lud. Peguerra decis. crimin. 37. num. 3. 4. Menoch. in addit. ad casum 474. nu. 8.

Differentiam inter latrones, & Assassinos not. Menoch. casu 361. nu. 41. De arbitr. iudic. & in addit. ad casum 474. nu 3, & 8. 295. nu. 14. 15. Peguerra decis. 27, & c. 40.

At qui semel in strata publica, vel furatus fuit in Sylua, & aufugit ad Ecclesiam ex qua violenter extrahitur gaudeat immunitate Ecclesiastica vid. Peguerrā vbi supra, vbi etiam habes plura notatu digna contra latrones, & an latro dicatur, qui semel tantùm furatus fuit ad interpretationem Cōstitutionis loquentis de latronibus.

Testes examinati parte nōn citata, & lite nōn contestata sufficiunt ad probandum Assassinium Mascard. concl. 137. nu. 2. de probat. lib. 1.

Assassinium non est cum quis ad vindictam tentauit hominem occidere Bertazol. cons. 356. nu. 26. lib. 1.

An committatur his verbis *amaizzate questo Marco Antonio perche sapete che la mia casa vi è aperta, & non vi mancharò mai*, adeò vt homicidio sequuto, & aliqua pecuniæ quantitate soluta per eum homicidis, possit puniri tanquam Assassinus Vincent. Franc. decis. 176. Clericus prottulit conclud. pro affirmatiua quod sic, & est insignis illa decisio.

Pena

Pena in mandato simplici non sequuto effectu in hoc crimine, quando imponatur ordinaria, aut extraordiria vid. Moscatel. in sua practica crim. tit. de pen. diuers. delict. nu. 4, & seqq. numeris & præsertim sub num. 17. & 21. Ant. Gabr. lib. 7. conclus. 1. n. 10. Baiard. ad Clar. in § Assassin. num. 23. 24. Decian. lib. 9. tit. de mand. pecun. interced. num. 13.

Assassinium facit pecuniæ datio, aut alterius certæ rei, aut certa promissio, quæ à mandatario acceptetur, & sub certa spe habendi promissum mandatum exequitur, seu ad actum proximum deuenit Franc. Burs. cons. 20. nu. 4. lib. 1. attest. de communi Tiber. Decian. lib. 10. cap. 30. nu. 17. Vel pell. cons. 143. lib. 5. Hier. Gabr. cons. 130. nu. 18. lib. 1. Rimin. Iun. cons. 685. nu. 2. lib. 6. Honded. cons. 93. nu. 66. lib. 2. at sufficere generalem promissionem vult Vinc. Franc. decis. 176. & ita dicit in Sacro Auditorio votatum post lungam discussionem.

Vulnus vt dicatur mediante Assassinio commissum oportet vt procedat mandatum ad occidendum licèt postea vulnus sequutum fuerit; alias si mandatum datum fuisset ad vulnerandum tantùm non cadit Assassinis consideratio Ant. Gabr. tit. de malefic. conclus. 1. num. 30. in nona Ampliat. Tiber. Decian. dicto cap. 30. nu. 41. Onded. cons. 93. nu. 65. 69. lib. 2. And. Alciat. cons. 11. nu. 17. lib. 1. Vel pell. cons. 143. nu. 1. Mascard. conclus. 138. nu. 10, & seq vol. 1.

De pena clerici facientis quempiam interfici per assassinium, & an, & quando possit à laico iudice puniri, & quid si esset incorrigibilis Rimin. Iun. cons. 66. lib. 6. incip. in causa, & de alijs huc spectantibus Rimin. Iun. cons. 686. nu. 3. lib. 6.

Delictum mandantis, & mandatarij in hoc crimine Assassinij vnicum est, vnum, & idem, quia vnicum est homicidium, seu vulnus, & finis mandantis fuit ipsum homicidium, seu vulnus, ergo vnum delictum Bart. in l. sed si vnius §. Seruus meus, nu. 5. ff. iureiur. Angel. de malefic. in vers. Sempronium mandatorem num. 25, & ibi in Addit. & sunt inter se correlatiua mandans, & mandatarius, sicut Pater, & filius, vxor, & maritus Tiber. Decia

cia

cian. lib. 9. cap. 33. vol. 2.

Latro publicus dicitur qui surripit bona occisi quod tamen declaratur à Ceph. cons. 52. nu. 22. lib. 1.

Qualitas Assassinij dicitur probata per indicia indubitata Rimin. Iun. dicto cons. 686. nu. 15.

Assassini nomen à iure tantum Canonico cognitum est, de iure ciuili venit sub nomine locatoris, & conductoris tex. in l. non solùm §. si mandauero ff. iniur. not. in cap. Pro humani, de homicid. in 6. Tiber. Decian. cap. 30. nu. 2. in tract. 2.

Specialia 13. in hoc crimine ad eius detestationem Recolligit Io. Aluis. Catel. in suo tract. de indultu. cap. 32. limit. 5. fol. 251.

Quidam Gabriel Pocobellus captus fuit in loco Proletiæ, & ibi tortus fuit acriter, neque aliquid confessus est, qui tamen verè in via publica spoliauerat quendam mercatorem Mediolanensem Franciscum Marlianum, & adductus ad præsentem Ciuitatem, petentibus eum Heluetijs à Senatu eis concessus est, de quo monitus Marlianus, & veritus ne si relaxatus eius vitę insidiaretur, nouos testes contra eum subministrauit, mox apud Præsidem Senatus Iacobum Ricardum conquestus est, quòd annuisset votis Heluetiorum resistente omni Iustitia distributiua quæ vetat, quòd exteri qui offendunt subditos Regis Nostri in eorum territorio tradantur eorum Dominis naturalibus capti in territorio nostro, cum periculo eorum, nam etsi persona non tribuat iurisdictionem, tamen Assassinos vbique & capi, & puniri licet, cum fori priuilegium allegare non possunt; Cœterum addebat Marlianus idem ius Heluetijs reddendum fore quod ipsi reddere solent contra eos qui aliquem ex subditis suis offendunt etiam extra eorum territorium, & ysdem eandem legem imponendam, nam si qui ex nostris subditis ad eorum peruenerunt manus accerrimè iniurias quamuis in alieno territorio commissas vindicarunt, & vlti fuere, cum monstruosum sit, ante oculos eorum sicarios versari, & oberrare; quibus excitatus Præses nuncium ad eorum partes inspecturum, quidnam in similibus illi obseruarent, compertumque fuit, quod ipsi multos mor-

te

te mulctarunt, qui ciues suos occiderant extra eorum territorium; quare illi repulsam hanc æquo animo sustinuere & attentis indicijs quæ contra Pocobellum sunt erueneré fuit ille ad remum perpetuum damnatus; & nisi questiones in loco Proletiæ habitæ pœnam temperassent furcis fuisset suspensus, Responsum à me redditum subijcitur fol. 26. incip. lunga.

In generali abolitione non comprahenditur Assassinium, & potest renuntiare defensionibus,& torqueri potest etiam non precedentibus indicijs, vt indicet mandātem Tiber. Decian. 2. tract. crimin.cap.30. nu. 21. vsque ad num. 30.

De his plura dicto cap. 30.

Assassinium, an sit mixti fori, idem cap. 27. num. 17. in secundo tract.

§. Peculatus.

IN vna peculatus scripsi pro Hostiarijs Illustris Magistratus ordinarij, & responsum subijcio.

Hostiariorum Illustris Magistratus redditum ordinarium causa contra heredes Cesaris Regaini notarij Regiæ Cameræ extra omnem aleam dubitationis posita mihi videtur, cum ex ordine dicti Illustris Magistratus hóc sit decisum, & sententia habetur pro veritate l. Res iudicata ff. reg.iur. Nam mandat aptari in posterum impensas, & quascumque alias scripturas necessarias ità vt in futurum ipsis Hostiarijs in totum, & ex integro soluantur dictæ honorantiæ quæ adhuc exactæ fuerunt sub nomine Hostiariorum, & coadiutoris notarij Regiæ Cameræ; quare ea sententia attenta de illius iustitia, aut iniustitia non est agendum. Cum iam illi acquiescant, heredes Regayni non appellando, aut dicendo de nullitate dec. cons. 296.

Tantùm occurrit dubitatio, an cum in ea sententia sic dicatur, *à dicto verò die petitionis retro* attento ipsarum ambarum partium consensu, de quo Dominus questor Fagnanus, cui iniunctum fuerat partes super ipsis exactis honrarijs componendas, attestatus fuit ipsum

Re-

Regainum absoluendum fuisse, & esse, pro vt absoluunt à petitis perdictos Hostiarios, presente Thoma Madio vno ex dictis Hostiarijs, suo, & nomine dictorum aliorum Hostiariorum acceptante.

Prima facie videtur eos non esse audiendos, quia videtur credendum dicto Fagnano viro nobili, asserente de mutuo ambarum partium consensu cap. nobiliss. 17. distinct. & alij aggregati à Tiraq; de nobil. cap. 20. nu. 39. & multa ad rem trad. Menoch. de pres. lib. 2. præs. 33. nu. 10. Vers. Declaratur 5. Crau. cens. 54. nu. 13. Vers. & maxime.

2. Quia dicta ordinatio fuit acceptata à dicto Thomã Madio altero ex Hostiarijs qui videtur habuisse legitimam personam, cum à cæteris Hostiarijs diceretur præpositus ad dictam litem, nam mandatum ab eis habuisse videtur, cum illud etiam probetur per coniecturas Roman. cons. 446. ad finem, & singul. 637. in fine Tiraq. De pen temp. caus. 51. nu. 58. Et quia is agebat in iuditio præsentibus, & scientibus cæteris hostiarijs ex innumeris à Menoch. De præs. lib. 2. præs. 33. num. 70.

His minime attentis dicendum est teneri omnino hæredes Regayni ad exactum præterito tempore quippe semper fuerit in mala fide retinendo pœnes se eam portionem spectantem dictis Hostiarijs, qui habent officiũ publicum à Rege cum honorarijs, & prærogatiuis consuetis fraudando eos, & eis debitum intercipiẽdo sub nomine dandi coadiutori ab eo designato, cuius officiũ priuata nititur authoritate, quo casu tenetur crimine peculatus l. primæ l. 10. §. fin. ff. ad l. iul. pecul. l. ob pecuniam. ff furtis. §. Item l. Iul. peculatus Iustitia. De publ. iudic. Ias. cons. 122. nu. 2. lib. 1. Et dicit Boss. in pract. tit. De furtis nu 30. quòd capite puniuntur Vincent. Franc in decis. 315. nu. 2. in secunda parte, & verum est semper, quòd qui pecuniam ad certum vsum acceptam retinuit, & non erogauit, nec consignauit, vt destinatis publicis vsibus deseruiret ea pœna punitur Tiber. Decian. tomo 2 lib. 8. cap. 28 num. 18. vers. Atque etiam, & saltem quia in casu isto ciuiliter agitur locum est pęnę quadrupli Ias. dicto cons. 111. Decian. cap. 31. tit. De Resiluis num. 2. & Dom.

Bossius

Bossius de furtis nu. 40. fur enim semper est in
nam equiparatur morofo l. inter stipul. §. pen
verb. obligat. Bart l. Quod te nu. 11. ff. si cert. pe
alios alleg. Plot. in l. si quando nu. 182. Covnd
l. in re furtiua ff. condit furt. Nauarra conf. 75.
gul. n. 9 circa finem, & rectè ea retentio pecu
nit sub incude furti, non secus ac si instar rei al
ptio ex Diuo Thom. 22. q. 66 art. 3. ad secun. dum
rum quod ex officio suo fit ditatus, vt in dubio
Glos. in l. facultas. C. iure fisci lib. 10. Barb. co
pen. lib. 4. quę alleg. Iac. Menoch. de præs. lib.
num. 21.

Non obstat credi dicto Fagnano perspectæ
& nobili, quia assertioni etiam officialis non
damnum tertij, cum ab eius potestate actus no
& agatur de non leui præiuditio Mascard. co
nu. 3. verf. sed vt licet Iac. Menoch. de arbitr
76. nu. 4. 5, & 6. lib. 1.

Tertiò. Non obstat præsumi mandatum d
tia nam respondetur quod hoc locum habet
respiciunt commodum Alex. l. sepe num. 89. f
alleg. à Mascard. conf. 1001. nu. 29, & num. 3
rum tamen aduertas lib. 2. ex Bart. in l. 1. ff.
stis, & standum est regulæ mãdatum ad litem,
tia non præsumi cum sit quid facti, latè apud
de præsump. lib. 2. pręs. 33. in princ.

Quarto. Respondetur quod iuri compete
Hostiarijs non potuit alter renunciare consen
ctæ sententiæ Bart. in l. vlt. ff. his quæ in fr
Alex. conf 22. nu 7. lib. 1. & conf. 115. num. 1.
enim species donationis, quæ non permittitur
tori nisi speciale ad id mandato dato l. fil. fa
nat. l. contra §. fin. ff. pactis; nec potuit com
re in dictum D. Fagnanum l. Procurator ff. P
Dec. conf. 60. in princ. nec potuit confiteri
quod non habebat mandatum Alba conf. 269.
conf. 1416. col. fin. num. 15.

De Peculatu abunde Caball. Resol. crimin
per totum.

De eo plura apud Tiber. Dec. cap. 28. 29. 30. lib. 8. tit. Pecul. quibus mod. comitt. & de eius attrocitate, ac de alijs ad materiam pertinentibus.

Pro Ferdinando Silua hispano in vna Peculatus.

TRia sunt potissimum consideranda, & ponderanda ad fauorem Ferdinandi Syluæ Hispani detenti ex ordine Illustris I. C. D. Mendotiæ à S. Excellentia Delegati, sub eo prætextu quòd pecunias de mandato Clerici Herreræ à Campsore, pœnes quem fuerant depositæ, exegerit, & non appareat illas fuisse per Syluam Clerico restitutas, quas tamen nunc Fiscus prætendit ad se spectare tamquam indebitè per ipsum clericum à thesaurario generali receptas.

Primum est quòd vbi etiam prætendatur eum Syluam esse debitorem debitoris Fisci, hoc est Clerici prædicti in omnem casum non poterat contra eum exequutiuè procedi, sed via tantùm ordinaria iux. elegantem doctrinam Bart. in l. hi qui C. de conuen. Fisci debit, lib. 10. vbi distinguit de debitoribus Fisci, quod aut illi sunt redacti in numero debitorum puta ex aliquo contractu, vel ob tributa, vel quid simile, & isti conueniuntur summatim, aut non sunt redacti in num. debitorum, sed dubitatur an, sint debitores vel ne vt in casu dicti Syluæ, & cōtra istos tales debet Fiscus agere ordinario iudicio, nec Const. in tit. de iure Fisci §. nemini, pertinet ad hunc casum cum patiatur interpretationem legis passiuam iux. not. in l. 1. §. lex falsidia ff. ad l. Falcidiam, & not. Bart. in l. omnes Populi ff. de Iust. & iure & tantùm habet locum contra immediatè capientes indebitè rem Principis vel scienter retinentes, etiam quòd licitè accepta foret, Raud. de iure Fisci 6. par. nu. 41. & 50. cœterum Sylua non recepit pecunias Fisci, sed pecunias mandantis, alioquin sequeretur quod teneretur etiā in quadruplū quod est omnium absurdissimum.

Secundum est quòd etsi Fiscus sit priuileggiatus in cōueniendo debitorem debitoris sui qui non sit soluendo etiam principali debitore non condemnato hoc tamen

limit. Alber. in Rubr. E. quando Fiscus, vel priuatus præcedere si debitor debitoris debitum confiteatur, secus si neget, vt in casu nostro, quia tunc opus esset quòd eidem offertur libellus, & conuinceretur, quam etiam limitationem approbat Franc. luc. de priuil. Fisci num. 42. Nec releuat si dicatur satis conuinci Syluam de debito ex illius cõfessione chirographaria facta versus Camp- sorem, quòd videlicet nomine, & de commissione dicti Clerici recepit pecunias, & non appareat eas illum restituisse Clerico, cum solutio, tamquam quid facti non præsumatur sed probanda sit per debitorem iux. l. Quinquagenta ff. de probat. Nam respondetur hoc procedere dũtaxat inter ipsum creditorem mandantem, & debitorem mandatarium non autem quod tertium, quia ille ad fundandum intentionem suam debet probare negatiuam, quòd non fuerit facta solutio vt per Ceph. cons. 47. num. 5. la prima in allegat. 85. Facturas col. fin. in fine vers. Item probatio, ibi nam potuit esse quòd soluerit, nec tamen cogitur probare solutionem, & ponit singularem illationem, & in allegatione 53. An oporteat, & 94. Quidam præsbyter ante numerum 9. Ludou. Roman. in l. In illa nu. 15. ff. de verb. oblig. 1. part. vbi dictus Roman. quod hæc negatiua nõ soluisti probãda est per eũ qui fundat actionem suam super non solutione, & hoc potest probari per eum cui solutio erat facienda Cyn. in l. 2. q. 5, & Bart. num. 10. C. de iure emphit. vbi dicit quòd si emphiteota dicat se soluisse, & Dominus neget, tenetur probare solutionem vel per testes, vel per Instrumenta, vel per confessionem vel se soluisse tribus annis proxime præteritis, sed si sit alius quàm is cui debetur, tenetur probare negatiuam aliter solutionem factam non fuisse, quod fuit originale dictum Bart. in dicta l. in illa stipp. ff. verb. oblig. vbi distinguit quòd aut ista negatiua proponitur ab ipso creditore, & tunc onus probandi incumbit debitori, qui dicit solutionem factam, aut proponitur à tertio, & tunc ipse opponens negatiuam quæ est fundamentum intentionis suæ probare debebit, quam distinctionem etiam sequitur post multos per eum allegatos Mascard. de probat. conclus. 1319. n. 4.

Ter-

Tertium, & vltimum est quòd quid quid sit satis probata videtur dicta solutio per confessionem extraiudicialem ipsius Clerici factam tempore quo adhuc mota non fuerat lis per Fiscum contra Clericum, quæ quidem confessio probatur per duos testes contestes quæ licet facta fuerit parte absente, saltem semiplene probat, vt per DD. in l. admonendi ff. de iure Mascard. de probat. concl. 347. nu. 24. vbi testatur de communi, & tanto magis quando talis confessio etiam absente parte facta, probat liberationem, & solutionem vt in indiuiduo post multos per eum citatos voluit Dec. cons. 54, nu. 24. vol. 5.

His accedat confessio Chirographaria nuperrimè facta per Clericum de dicta solutione, quæ cum careat suspicione fraudis prçiudicat Fisco per ea quæ trad. Boss. in tit. debitores an delinq. soluere posint nu. 10. vbi in confessione præsertim quæ tendit ad liberandum in qua apparet de causa quare soluitur, & quidem vera vt in casu nostro cum dictas pecunias Sylua de mandato Clerici receperit ei breui manu restituendas indistinctè tenet illam Fisco præiudicare nisi de manifesta, & indubitata fraude liquide appareat, ea quidem ratione, quòd in tali confessione quæ tendit ad liberandum ex causa præambula difficilius possit fraus conicij, cum vna præsumptio tollat aliam l. Diuus ff. De in integr. restit. & ideò deberet fortior præsumptio adesse hoc casu quàm si tenderet ad obligandum vltra quòd quando confessio per se non est efficax vt de priori confessione probata per testes præsuponere videtur Dominus Mendotia sub eo prætextu quòd incidenter ea facta videatur, tunc efficitur efficax, quando aliquæ pro ea militant coniecturæ vt ibidem dicit Boss. ex mente Baldi per eum citati in l. 1. C. de priuil. dot. & Bald. nouell. in 4. limit. in 10. par. & Felin. in c. si cautio, de fid. Instr. in vers. fallet 3. At qui pro memoratis confessionibus uerbali scilicet, & chirographa Clerici, plures quidem, & non leues militant coniecturæ, nam ultra præambulam causam faciendæ dictæ solutionis, ex qua sequens confessio præsumitur uera, sic expræsse attestante eodem Boss. loco supra allegato, plurimum urget probata fides, Syluæ, cui clericus tutus illius

probitate, & familiaritate inter ipsos intercedente credidit exactionem dictarum pecuniarum, eo etiam accedente quòd neque etiam verisimile est, quod tamdiu retinuisset dictus Clericus mandans, vbi ab ipso Silua retentæ fuissent dictæ pecuniæ, non facta ipsi Clerico debita earum restitutione. Secundum argumentum stringit, quia præsumeretur delictum in Sylua scilicet furti, quia qui pecuniam recipit ad effectum dandi alicui, & non dat, sed conuertit in suos vsus, tenetur actione furti l. si mandauero. §. si tibi centum. ff. mandati. l. si quis vxori. §. cum Titio. ff. de furtis, at præsumptio delicti omnino fugienda est, quare præsumitur mandatum sincere, & sine fraude exequutum, & illius fuisse ab eo redditam rationem ipsi mandanti, & hæc verisimilitudo tantum potest ad præsumendum hanc solutionem, præsertim cũ post receptas pecunias in eadem domo cohabitauerit, & conuersatus fuerit, vt si aliter sentiremus omnes leges peruerterentur volentes vnumquemque præsumi rectè officium suum egisse, & sic Siluani officium mandatarij iuxta tex. & quod ibi notatur in l. diligens. ff. mandati, & in l. siue à me. ff. negot. gest. Nec dicendum quòd Clericus vti fur, & subtractor pecuniarum Principis nullam fidem faciat, quia si solutionis fecisset fidem tempore receptionis earum per apocham omnis proculdubio cessasset controuersia, non igitur prohibetur eam nunc facere, cum agatur de facto proprio citra aliquod eius commodum, imò eius commodum foret, quod Sylua ei non soluisset, quia detraheretur illa pars pecuniarum ad Syluam prouentarum de debito ipsius Clerici versus Fiscũ, & ita iuris esse censemus.

Fuit hæc causa relata in Consilio secretiore; & absolutus dictus Silua, haud tamen dictum fuit, quòd procedi non potuerit, quia Iudices errata sua difficulter & si agnoscant, non tamen ea fatentur.

§. Furtum.

NOn sufficere solum titulum emptionis Rei furtiuæ ad quem Reum constituendum non probata scien-

tia,

tia, cum ignorantia, præsumatur Crau. cons. 806. num. 2. lib. 5. Fulgos. cons. 175. Visis col. 2. circa medium Gram. cons. 37. nu. 22. vbi amplius dicit quod confessus habuisse pœnes se, si non apparet habuisse scientiam quòd ipsa res sit furto subtracta non tenetur Roman. cons. 473. vbi requirit scientiam in receptantem latrone per text. in l. Metrodorum in verbo sciens. ff. de pœnis Iac. Menoch. De præs. lib. 5. præs. 29. Hanc emptionem rei furtiuæ appellat leuem coniecturam Decian. cons. 93. nu. 87. lib. 2. Farin. De furtis q. 177. num. 520.

Si ergo leuis est coniectura, aut suspicio sola ergo procedi ex hoc solo non potest, quia ex ordinibus Senatus pro suspicione procedi non potest.

§. Assassinium.

Lunga carceratio ex qua Poccobellus haud factus est emendatior, vt meruerit bis publicè, ictibus funis affici ob eius insolentias, Nouissime etiam perspecta illius mala natura, & indomita in delinquendo licentia ex ordine Senatus meruit ad triremes triennales condemnari; non debet mitigare pœnam ei debitam ex multis delictis capitalibus quale est latrocinium ad stratam cū explosione tormentorum rotatorum in personam Francisci Marliani quærelantis, & hoc eo magis quia ipse sibi ipsi lungam carcerationem procurauit, vt interea excitaret Heluetios qui eum è carceribus redimerent, tanquam non suppositum nostræ Regiæ iurisdictioni, vtramque iurisdictionem conturbans, sciens se in hac Ciuitate subterfugere non posse pœnam furcarum tam de iure communi, quàm ex Cæs. Constitutionibus debitam, quare excandescere debet Senatus quòd hic intra carceres multos ad scelera obeunda instruxerit, cui etiam non desunt pecuniarum præsidia ex suis delictis conflata; Hic in Ciuitate Venetiarum inuenitur vti fur famosus condemnatus; Hic erat officialis super sfrosationibus, quod munus parum abest à Viatorum spoliatore.

Dicimus ergo eum deberi pœna Constitutionis tit. De

Pęnis.§.latrones,cum verè appareat eum cum Lactantio Mitono,qui fuit furcis suspensus,& cum Io.Maria Leone vias obsidere,& itinerantes spoliare. Ambo enim hi socij in id conuenire,& eum grauauere;Cæterùm dictu Assassini concurrentibus adminiculis indicium facit ad torturam Boss.de indic.ad torturam nu.155. vers. & vbi essemus,summus enim in delictis occultis, ideò rectè socius admittitur in testem Dec.cons.342.nu.3.Grani.Vot. 3.nu.5.Crau.cons.178.nu.1. Marsil.in pract.l. 1.§.fin.ff. qq.in fine Afflict.de homicid.clandest.in rubr.27.nu.56. fol.112.Aug.Bero.cons.175.col.fin.lib.3. Et adiuuatur à verisimilitudine,nam fatetur hic quòd fuit de eorum societate in loco Hosteni,Hospitem exploratorem ad hoc assassinium, vnde non est credendum eum fuisse cum eis casualiter,sed ex proposito,& data opera.Feli.n.ca. sicut dignum de Homicid. Anchar.cons.257. Nos Bartholomeus Paris.cons.164,lib.4.n.10.Non obstat,quòd Const. De Pęnis.§.latrones,non habeat locum nisi in famoso latrone Menoch.De Arbitr.Iud.cas.295.nu.14.& Boss.De Inquisit.qui loquitur in statuto puniente famosos latrones pęna furcarum, ob vim verbi famosos, quod operatur vt sit necesse probare plura latrocinia; Verùm dicta Constitutio emanauit in detestationem tanti criminis, simpliciter loquitur in latrone viarum,& vult quòd etiã si homicidium non sequatur nihilominus furcis suspendatur;Adiuuatur ab alia Constitutione eo titu.§. si quis fecerit robariam de qua Conrad. de offic. Præt.in crimin.tit.De latron.num. 18.

Adhæc grauatur socijs itinerantibus, qui non prohibentur testificari,cum non sint socij in delicto Farin. De opposit.contra test.9.

Quin etiam non defuerunt tenentes ex duobus socijs plenè probari Assassinium relati à Farin.in q.43.nu.39.& 48.licèt hæc opinio non sit vera;Diuersis tamen in locis hæc opinio obseruatur prout in Regno Cathaloniæ Lud. Peguerra decis.crim.5.nu.38.fortius ergo probatur delictum per alios testes itineris socios.

Nec tortura adhibita in loco Proletiæ in qua perstitit in negatiua impedit quin ex superuenientibus indicijs nouis

nouis possit iterato torqueri, & ex probationibus condemnari.

Verè hic mihi conuictus videtur iuncta mala fama quæ cum adminiculis plenè probat delictum, & fortius cum vno teste. Mascard. de probat, concl. 754. num. 2. lib. 2. Rimin. conf. 87. nu. 18. 19. lib. 2. Diuerf. crimin. Afflic. Conft. Neapol. tit. De his qui fideiuf. lib. 2, Rubr. 10. nu. 31, & per hanc dicitur legitime conuictus marsil. conf. 116. Boer. decis. 164. num. 5. & 6. Gramat. Decis. 42. n. 12.

Senatus eum damnauit ad remum perpetuum habita ratione torturæ illatæ in loco Proletiæ. L. D.

§. De Pœnis.

Fol. 36. De pœna deferentis hominẽ occisum intra muros ciuitatis

EGo nunquam vidi, aut audiui similem casum nam cum occiduntur aliqui extra ciuitatem, & sunt incogniti deferri solent super platea publica, & prope Portam Ecclesiæ matricis, & quottidie his nostris temporibus accidit, & ibi recognoscuntur.

Fol. 36. Quicumque autem ensem.

ID etiam ad litteram disponitur in Constitutione de pœnis §. Quicumque ensem, ex qualitate enim personæ cognoscitur qualitas delicti Decretum hoc loquitur quando dolo, malo præmissa facta fuerint, secus si in rixa, vel calore iracundiæ, quia mitior pœna arbitraria impodenda est. Plot in Repet. l. si quando nu. 764. vers. 3. limita, & seq. vers. sunt etiam leges.

Fol. 36. De Abusu.

§. Abutentes armis.

ABusus hic accipitur in malam partem Alber. in suo Diction. in verbo abutens extat Senatus ordo 1580.

Quòd sequuta partis remissione nihilominus sit locus pœnæ abusus, in tit. De abus. in crimin. caus. fac. fol. 80.

Locum habet dicta, Cōstitutio etiam si non inferratur vulnus, vel percussio ex ordine Senatus 12. octobris 1543. sign. Franc. Petranigra.

De abusu nonnulla scitu digna differit Zauatarius in suo docto opusculo Vellus aureum.

Fol. 36. De pœna facientis Insultum. Cap. si quis fecerit.

HOc statutum est in viridi obseruantia, & si nomen Tertiolorum recesserit etiam ab Aula.

Multa ad rem vide apud Brun. in suo tract. De stat. & Constit. in littera insultus.

Cœterum insultus dicitur personæ motus de loco ad locum contra aliquem, sic appellatur quasi in alium saltus. Barth. in l. respiciendi §. Delinquunt. ff. pœnis num. 1. & in l. 1. §. cum arietes. ff. si quæ per pauc. fac. dic. Boss. de inquis. num. 128. Vnde secundum eum si summus in itinere, vel mensa, etsi occido non dicor insultare; Nec si duo per se mouentes de loco ad locū incipiunt rixari, & si offendit, non dicitur insultare, & ibi Bart. infert ad singularem quæstionem vide quoque Dec. consil. 676. nu. 1. vbi quòd si insultus offendit insultatem præsumitur fecisse ad suam necessariam defensionem Bertaz. cons. 1. crimin.

Insultus simplex dicitur quando non transit in aliam speciem delicti grauioris, puta vulnus percussionis, Homicidij Clar. §. fin. q. 64. & stat in terminis suis puris, & speciem constituit de per se, & ab alio maiore delicto distinctum Ceph. cons. 462. nu. 45. lib. 4. Baiard. ad Clar. q. 38. nu. 17. Farin. de delict. q. 22. nu. 9. & 20. Vbi quòd insultans, & vulnerans non tenetur nisi de vulnere, & percutiens aliquem cum armis non debet puniri de percussione, & armorum delatione, sed solùm de percussione, opponit autem se Ceph. Baiard. in q. 82. nu. 25. ibi vide.

Insultus factus cum armis punitur pœna. l. Iulia de vi pub. & hoc etiam si solus, & non coadunato cetu. Clar. q. 83. vers. vim pub.

Sta-

Statutum puniens facientem insultum ad domum an habeat locum si fiat insultum ad porticum domus Clar. §.fin.q.82.vers.statutum puniens.

Insultum simplex est leue delictum, non tribuens ius parti, & ideò non mirum si decretum gratiosum eo in casu non requirit insultati remissionem Bart.& Doct.in l.si in Rixa.ff.ad l.Cornel.De Siccar.Nec meretur de iure cōmuni pœnam Burs.cons.306.num.31. Nisi prouenerit ex proposito,& dolosè, secus si in rixa simplici, & casuali Luth.de curte cons.59.nu.6.& 8. Non video tamen considerari insultus casualis,cum ille saltus non fiat à casu, sed deliberatè Foller.super Constit.tit.De offic.Iustitiarij num.53.in fine.

Insultans in vno Territorio, & vulnerans in alio, in vtroque loco puniri debet Baiard.ad Clar.q.38.n.16.

Insultās an teneatur fugere Baia.ad Clar.§.Homicidiū num.90.Et an possit aggressum in strata prostratum vulnerare,& occidere vide ibi num. 91.

Insultatus quando dicatur excedere modum inculpatæ tutelæ ibidem num. 101.

Insultu probato an dicatur probatus animus deliberatus dic quòd non Ioseph.Cumia in ritu mag.Cur.Scicil. c.58.nu.124.fol.318.

Insultus, & Assaltus dicuntur Sinonima Foller.dicta Constit.tit.De offic.Iustitiar.nu.54.fol.159.atergo.

Aggredi,& insultare inter se differunt, nam insultare denotat delictum,& propinquitatem significat quòd verisimiliter potuerit offendi insultatus.

Aggredi,& in bonam, & in malam partem significat Foller.dicto loco num.59.

Plura de insultu apud Catald.de Sindic.num.87.inter vol,tract.tomo 7.Ad eum te remitto.

Insultus,& percussiones sine sanguine sunt notificandæ per Antianos Constit.tit.De accusat.§.Qui.

De insultu plura apud Farin.in suo tract. De Homic. in littera insultus.Nihil vltra,&c.

§. Fur-

§. Furtum.

Fol. 40, Crimen Peculatus fi... octauum.

IN materia hac furti educo ex Caball. Resol. 136. hos casus ordine Alphabetico.

Capsarij qui pecunias mensæ illis creditas in proprios vsus conuertunt inscijs nummularijs furti tenentur nu. 1.

Hi sciunt se non esse soluẽdo,& nihilominus pecunias mensæ consumunt extra ordinem puniuntur nu. 24.

Commodato ad alium vsum vtens an de furto teneatur num 4.& 6.

Coloni qui res Domini in prædio consistentes celant animo sibi ipsis appropriandi furtum faciunt nu. 17.

Diuitem qui se facit,& plurima contrahit debita cum sciat se non esse soluendo extra ordinem,& Iudicis arbitrio punitur num. 25.

Depositarius, & creditor qui re deposita, & pignore vtitur furti tenetur num. 25.

Dominus rei ablatæ quando dicatur consensisse rem à se ablatam fuisse,& quales coniecturæ sint à iure approbatæ num. 11. & seq.

Equum qui alio ducit, vtque accepit, & longius producit, quàm petierit, furtum facit num. 9.

Furtum committit qui scienter rem alienam inuito Domino retinet, etiam si ab initio bona fide ad eũ peruenerit ibi nu. 18. fallit quando retinens tenetur de eo rationem reddere ei à quo habuit seu eius hæredi nu. 19.

Largiri alienum an sit species furti, si fiat sine voluntate Dominorum num. 13.

Negotiorum alienorum gestores quando furti teneantur num. 16.

Pecuniam alienam qui accipit, vt alteri soluat facit furtum, si eam in proprios vsus vertat. nu. 20.

Socius qui pecunias societatis in vsus proprios vertit an teneatur furti nomine num. 1.

De domesticis furtis puniendis differit Caball. resoluti

lut. crimin. cas. 204.

Coloni an per Dominos possint accusari de furto qui tempore vindemiæ, seu Messis inicijs Dominis, grana, & vuas ad eorum habitationes ducunt, & quomodo intelligatur furtum committi per socium in re communi Caball. resol. 216. Pro absolutione vinc. Caroc. decis. 33. Colonus.

De probatione furti per coniecturas, & per quos & eo constito quomodo excusentur hi pœnes quos bona ablata erant deposita, & an aliquid probent vt absoluantur Caball. cas. 281. Res. crimin. incip. lites.

De emptore rei furtiuæ alienæ scienter criminaliter puniendo, & ad restitutionem in condemnando, & an prætium pro ea exbursatum recuperare debeat, si eam emens protestatus fuerit, quod si ea non erat venditoris illam per Domino emere intendebat prætio sibi prius restituto, & quid in rebus redemptis à Pyratis per Christianos, si ab illarum Dominis primis recuperari intendatur Caball. cas. 292. Condemnando lib. 2.

Fures diurni, & nocturni quando possint impunè occidi Caball. in Pract. de Homic. nu. 20. 21.

In vno furto magno an quis possit ad mortem damnari, & laqueo suspendi, & quod dicatur furtum magnum Caball. cas. 18. Ardua est quæstio lib. 1. Resol. crim. & pro tribus furtis paruis possit ad mortem damnari, vel quid si sit de rebus comestilibus Caball. cas. 19, etsi iura.

Iudex qui ex negligentia non facit restitui furtum parti, tenetur de tuo proprio Caball. cas. 82. nu. 7. lib. 1.

Pœna dupli, vel quadrupli in furibus hodie non est in vsu, sed loco illius imponitur pœna corporalis cum restitutione Caball. dictis cas. 82. nu. 15.

Fures condemnati ad triremes, & ad restitutionem rerum ablatarum transmittuntur ad eos nulla facta restitutione Dominis, & absque aliqua eorum scientia Caball. cas. 146. existentibus num. 1.

De criminibus l. Iuliæ De Peculatu, & residuis, & de eorum pœnis, & de ministris, administratoribus officialibus, & alijs in dicto crimine incidentibus, & de furtis cap. Decurionibus, & alijs ab hac materia dependentibus

bus Caball. cas. 99. Quidam lib. 1.

Furi famoso ratione minoris ætatis pena mortis mitigatur Caball. cas. 134. nu. 1. 2.

Fures reperti in loco non supposito cum re furata eijciuntur de territorio sub aliqua pena de amplius non ingrediendo, retento furto vero Domino reddendo, Caball. cas. 169. nu. 5.

Fures priuatorum furtorum in neruis, & compedibus vitam agunt, at publici in auro, & purpura gloriosi se ostentant Caball. cas. 99. nu. 101.

Post hæc successit tractatus de furtis insignis Farin. Arisnini, Zepatæ, Verùm cum ego ante eos aliqua annotauerim in repertatis meis, non me piget qualiscumque sint his illa adijcere.

Quòd probetur per coniecturas Menoch. latè cons. 353. lib. 4. Aug. Bero. cons. 213. nume. 17. 18. lib. 3. Menoch. De præs. 31. præsump. lib. 6. Nec potest agi nisi constet de corpore scilicet quòd in loco adessent Res furatæ Cran. cons. 260. col. 1. in princ. lib. 2. vbi quòd etiam non nocet confessio super furto nisi prius constet illud esse commissum Io. de Amic. cons. 131. num. 7. & 8. etiam si confessus esset malæ vitæ. Rol. à valle cons. 50. num. 18. lib. 1. Vbi dicit non probari furtum etiam quòd Index maleficium, & notarius referat inuenisse capsas ractas Rimin. inter cons. Grati. 95. in fine lib. 2. Paris. cons. 158. nu. 30. lib. 4. Ant. Columb. De modo proced. in crimin. art. 54. Grat. cons. 100. nu. 4.

Et inquisitio contra aliquem vbi formatur non solùm opus est quòd expressè nominetur nomen Domini Rei subtractæ, sed dicatur quòd res illa furata pertinebat ad talem iure Dominij vel quasi, Rol. dicto cons. 51. 2. 19. lib. 1. limita, ut per Crot. cons. 26. num. 28. lib. 1. & cons. 28. Diuers. crimin. to. 1.

An saltem probatur per vnum testem semiplenè Grat. dicto cons. 95. nu. 16.

Et furtũ magnum alio nõ apparente etiam probatur per famam idem cons. 97. nu. 4. lib. 2.

Nõ psumitur in locupletissimo Crot. cõs. 332. n. 12. li. 3.

An excusetur si dicat Dominum permissurum Iuditio

suo

suo Crot. cons. 36. nu. 27, & seq. lib. 1. Aug. cons. 30. nu. 63. tomo. 2. diuers. crimin. & cons. 166. nu. 6. to. 1. diuers. crimin.

Commissum à Cingano punitur cons. 32. num. 27. diuers. crimin. to. 1.

Reuelare an quis teneatur furtum quod scit commissum per reuelationem furtis, & an incidat in excommunicationem Socin. sen. cons. 102. lib. 4. per totum.

Furtum committit qui vtitur re commodata pignoratauè ad alium vsum, vel qui vnum loco alterius supposuit, vel qui accepit centum aureos vt Titio daret, neque dederit, & furti, & mandati tenetur Paseth. cons. 184, & 164.

Furti, & Rapinæ diffinitio ponitur à Didaco Couar. in Reg. Non dimittitur peccatum §. 1. in Rel. 2. par. fol. 513.

Necessitate vrgente an liceat furari ibi.

Fur seu Rei alienæ violentus inuasor an teneatur in animæ iuditio restituere rem etiam si perierit absque culpâ modò non foret eodem modo peritura Didac. vbi supra §. 6. Incip. 12. Et an teneatur rem extinctam restituere eius existimationis cuius maximè fuerit à die commissi criminis, & an possit retinere expensas vtiles, & meliorationes deducere ibidem & quomodo in foro cōscientiæ teneatur ad restitutionem fructuum perceptorum, & eorum qui percipi potuere ibi in fine.

Pluribus committentibus furtum, vel rapinam, an quilibet teneatur insolidum ad restitutionem Didac. dicto loco §. 12. fol. 579. primo tomo.

Furtiuæ Rei emptor quomodo teneatur ad restitutionem Didac. vbi supra fol. 581. Paseth. cons. 186. ad excusationem furis ementis rem furtiuam.

Fur qui rem furatam aliò defert an sit remittendus ad locum furti Didac. practica qq. cap. 11. nu. 9. vers. 10. solet fol. 463. Rol. à curte cons. 75. nu. 17. lib. 1. diuers. crim.

Ad conuincendum furem nil refert quòd persona Domini sit incognita cons. 28. num. 18. diuers. crimin. Alex. cons. 23. lib. 6.

Fur repertus extra territorium furti commisso, absque re fur-

re furtiua non potest puniri cons. 133. nu. 3. lib. 1. diuers. crimin. Cum re verò furata vbique capi potest ibidem.

Furtum committit accipiens res alienas pignori scienter à famulo, Filiofam. Ces. Ortill. in add. ad Afflic. decis. 369. num. 2. & 3, & qua pęna puniatur ponens manus ad res furtiuas ibi, & accipiens pecuniam ex delicto, quòd censeatur illud ratificare, & approbare nume. 4. 5. 6. Vid. Menoch. præs. 29. lib. 5. Farin. De furt. q. 177.

Emens res furtiuas nomine Domini, recuperat prætium ibidem num. 6.

Præsumitur contra eum qui visus est expendere cuneũ illius Vrsil. ad decis. 13. nu. 28. Idem si ante fuisset pauper ibi nu. 28. & qui supposuit vnam personam pro alia Vrsill. decis. ad Afflic. 39. num. 7.

Confessio de furto facto, cum verè factum non fuerit, an præiudicet Decian. responso 33. nu. 21. lib. primo Bertaz. cons. 40. nu. 17. 18. lib. primo.

Furtum committitur tantum vt quis efficiatur Dominus, sed etiam vt quoquomodo vtatur l. Qui iumenta, ff. furt. Claud. ad Bertazol. cons. 119. littera B. in fine lib. 1.

Iudex causæ criminalis super furto quando possit incidenter, & accessoriè pronuntiare super restitutione rerum furtiuarum. Pet. Ant. Anguisol. cons. 15. nullo iure lib. crimin.

Fur non est torquendus super quantitate rei furatæ, sed Domino iuramentum in litem concedendũ est Frãc. Burs. cons. 395. lib. 3. Fall. sub nu. 40. quia Dominus iuramenti in litem est incapax.

Furtum confessus torquetur super alijs ex generali cõsuetudine etiam non præcedentibus indicijs Franc. Burs. cons. 325. num. 70. lib. 3.

Inquisitio de furto esse debet verisimilis Franc. Burs. cons. 322. num. 15. lib. 3.

Furtiua res pęnes quemcunque reperiatur, repeti potest à possessore absque solutione pretij soluti per emptorem Alba cons. 84. Et quando emens res furtiuas puniatur Decian. cons. 62. lib. 2. Paseth. cons. 186. per totum in causa.

Furtum quomodo simpliciter committatur Conrad.

de

de offic. Præt.in crimin. §. furtum, vbi habes multas ampliationes.& limitationes.

Furtum licèt sit delictum priuatum infamat, tamen etiam si Iudex dicat, quòd non infamet,& infamia incurritur sententia sequuta Conrad.ibi nu.25.Vide in materia furti insigne conf.Onded.90.per totum lib.2.

Fuga famuli an faciat plenam probationem furti, Natta conf.407.Pro defensione lib.2.nu. 12. Et quomodo & ad torquendum ibidem Mascard.cōclus.822. De probat.

Sententia per quam quis absoluitur à pœna, & condēnatur ad restitutionem rerum furto ablatarum est euidēter nulla Natta conf. 407.

Furti plures coniecturas prosequitur Farin. De inquis. q.2.nu.16.cum seqq.Menoch.præs.31.lib.5.

Falsus creditor accipiens scienter indebitè furtum facit,& conditione furtiua soluenti tenetur l.Quoniam.ff. condit.furt.Caball.cas.169.fol.382.in meo libro.

Furti actio non datur hæreditate non adita l.fin. C. Vid.DD.C.expill.hæred.Boss.de furt.nu.22. & 42.

Furtum non dicitur cum recipitur à reputato Domino Burs.conf.112.nu.2.lib.primò.

Fur aliud est, aliud furatam rem receptans, cum ille nō puniatur nisi concurrente scientia rei furatæ, & animo lucrādi, quæ scientia non præsumitur, nisi probetur Burs. conf.112.num.23, 24.

Si pecunia tradita fuit alicui per modum commendæ, seu Depositi, numerando, & Depositarius eo vtatur nōn punitur, statuto.De furtis.quia non facit furtum, secus si per modum speciei sit tradita, vel deposita decis. Thes. 168.Bonacossa in suis qq criminiin 5.Problem.Vbi dicit quòd cum Dominium sit translatum in Mandatarium ex numeratione pecuniarum, non dicitur furtum factum retinendo pecuniam Paseth.conf.184.num.10.Bald.in l. Incendium.C.si cert.pet.Glos.in l.2. C.depos.tex.in l.2. ff.auro,& argento leg.Castr.conf.9 vol.3. Summa Angel.tit.De liga nu.26. Quòd furtum facere non dicitur si quis exigat aliquod debitum alicuius creditoris, quia quod debetur nostrum non est Carol. Ruin.conf.42.in quinto vol.Contra hæc consuluit Rimin.conf 38.in primo.

nio. Sed contra illud consilium fuit pronunciatum vt attestatur Bonacoss. dicto cons. Problem.

Fur simplex dicitur ille qui semel tantum clam, vel de nocte sine armis furatur. Authen. sed nouo Iure Vers. fures C. fer. fugit §. Quando verò Auth. vt nulli Iud. l. 1. ff. furt. §. furtum. Instit. De obligat. quæ ex delict. nasc. cep. d. auth. sed nouo Iure nu. 46. famosus qui consueuit furari Boss. de Rapin. nu. 11. & in dicto § fures puta bis, vel ter l. 3. in fine c. episc. aud. DD. in l. de quibus ff. ll. latro simplex dicitur cui in via publica, vel in syluis palam furatur, glos. in l. 1. ff. depos. & in l. cum duobus differentia ff. prosocio, & ille etiam secundum Cepol. d. auth. sed nouo Iure nu. 28. qui est diurnus, & clam furatur l. Capitallum §. famosos ff. de Penis. Debet .n. interuenire aut vis, aut arma dicto §. fures, & quando pluries, palam, et in via, & in syluis furatur cepol. d. auth. nu. 50. qui tamen plura furta commisserit etiam sine vi. And. cap. 1. § publici latrones nu. 35. De pace ten. & qui insignis circa tale crimen est spoliando viatores, stratas disrobandum & qui furandi causa plura homicidia commisserit, & grassatores appellantur, quia prędæ causa id faciunt, si tamen etiam ferro aggrediantur vt spolient, & sæpius in itineribus hoc admisserunt d. l. Capitalum §. Grassatores ff. Penis, & Grassatores dicuntur ad, malum intrantes, vel à grassor, quod est sæuire, vel crudeliter agere Archidiac. c. Militans nu. 2. Versario Grassator 23. q. 1. cap. d. Authen. nu. 103. Qui igitur oculte, & sine armis furantur fures dicuntur, qui verò violenter aggrediuntur aut cum armis, aut sine, aut in domibus, aut in lictoribus, aut in mare latrones appellantur Ias. in §. ex maleficijs nu. 5. cum seqq. Instit. de Action.

Fama publica sufficit ad torquendum latrones famosos And. cap. 1. §. Publici latrones vbi Afflic. nu. 11. de Pace ten. Bald. in cap. 1. §. Iniuria. Vers. sed nunquid ex tali confessione de pace iuram. firm.

Testes viles admittunrur contra latrones Afflic. dicto §. Publici nu. 12.

Immunitate Ecclesiæ non gaudent, & ideò ab ea extrahuntur Alex. cons. 145. Viso Themate lib. septimo.

Aduo-

Aduocatus pro his non admittitur Bal. d. auth. sed no uo Iure nu. 11. & in auth. habita nu. 25. C. Ne fil. pro patre Iaf. dicto §. ex malefic. nu. 8.

Appellationis beneficium eis denegatur Afflic. dicto §. Publici num. 18.

Fori beneficium non habent, cum vti vagabundi sint extra protectionem legis Foler. in pract. in versic. Non audiuntur excusatores num. 166. Farin. de Inquisit. q. 7. nu. 10. 11. fol. 42. Et hoc quando constat eum esse Assassinum, secus si solùm pendeat processus, & imputatio, ibi num. 12.

Opem præstantes latronibus eadem pœna puniuntur notatur in l. is qui opem. ff. furt. Bald. in l. 2. nu. 15. C. ser. & aquæ Dijn. in Reg. Cap. Nullus de Reg. iur. in 6. Ang. cons. 22. In Dei nomine, eoque magis si præstant opem latronibus in strata disrobantibus dicto. §. grassatores, vel furibus nocturnis l. 1. ff. furtis, cum grauius sit delictu quod fit clam furando, quàm palam maximè si continet violentiam Cepol. d. auth. nu. 9. & 10.

Vbi agitur de tertio furto, seu vlteriore remissio non prodest Constit. titu. De accusat. §. sancitum est, ergo in primo, & secundo prodest, argumento sumpto à contrario sensu, & ita practicatur, Hoc autem intellige quando factum est furtum diuersis temporibus, & interpolatis vicibus, non si eadem die continuando Menoch. cas. 205. num. 20. De arbitr. iud. & in blasphemia idem dicit Pet. Ant. Anguis. cons. 12. in crimin.

Quid si furta in alieno territorio patrata sint Decis. Triuis. 60. lib. 2. cons. crimin.

Quod si in Ecclesia disputatum diu fuit in causa cuiusdam Marci Antonij, qui expectata occasione, quòd quidam piè venerabatur sepulchrum Sancti Caroli nostri Tutelaris ex caligis suffuratus est pecunias, & attenta remissione etiam, quòd diceretur sacrilegium fuit è carceribus dimissus, quia licèt in loco sacro non tamen rem sacram rapuerat Notarius Io. Baptista Cruceius ad officium Capitanei Iustitiæ Mediolani, & pro eo multi consuluere.

Fur qui criminalem penam sustinuit non est relaxan-

M dus

dus donec parti satisfaciat Decis. Thol. 22. Caball. resol. crimin. cas. 82. licèt Iudex sub num. 7. Baiard. ad Clar. §. furtum num. 31.

Iudex criminalis incidenter an possit cognoscere de causa ciuili pro interesse partis, & è conuerso ciuilis de causa criminali, & an condemnatus pœna extraordinaria pro delicto debeat adhuc condemnari ad interesse partis, Caball. cas. 82. licèt Iudex.

Et an pœna dupli aut quadrupli contra fures sit amplius in vsu.

Pęna mortis an habeat locum pro vno furto magno disput. Caball. cas. 18. conclud pro affirmatiua si adsint qualitates aggrauantes furtum exemplificando vt ibi cauetur Decretum nostrum velit remissionem prodesse pro primo, & secundo furto hæc distinctio non admittere, tur, quia quando lex generaliter loquitur generaliter est intelligenda.

Fur simplex licet de iure pœna mortis non puniatur dubium tamen oritur in eo qui tria leuia furta commisit Caball. cas. 19. etsi verè Mediolani soleant persepe fustigari, & bullari, vt si reincidant ex stigmatæ impresso cognoscantur; Quandoque etiam ad triremes transmitti, secus si agatur de robaria, quia seruatur Constit. De Pęnis. §. si quis fecerit robariam, quia ea seruatur ad vnguem de qua loquitur Plot. in Indice ad l. si quando in verbo Robaria Menoch. cas. 303. num. 44. & 329. num. 12. Scripsi supra citans Cabal. cas. 99. num. 48.

Fur nobilis debet suspendi Caball. dicto cas. 99. n. 109.

Furtum si fiat in loco in quo luditur impunibile ſt Gram. decis. 40. num. 6.

Tutores conueniuntur actione furti text. in l. Tutor 33. ff. furtis text. in l. Idem est. ff. pro socio, & ibi Glosa, & DD.

Furtum præsumitur commissum à vicinis nisi sint probi Menoch. De Arbitr. Iudic. cas. 208. nu. 37.

Furta tria an dicantur commissa quando quis à duobus fuit absolutus Menoch. cas. 295. nu. 19.

Magnum furtū, quod dicatur Menoch. dicto cas. 295. num. 10.

Expilatores dicuntur, qui noctu pallia, & vestes diripiunt de his Menoch. cas. 299. & 300.

Furtum non præsumitur commissum ab eo, qui non erat habilis ad rei subtractionem Menoch. cas. 472. n. 21.

An præsumatur factum ex leuissima culpa inhabitantium, & quis teneatur probare culpam adesse, vel abesse Laderch. cons. 154. Nullum est dubium.

Textor qui telam texendam conduxit tenetur præstare custodiam, & an ipse suam diligentiam, & Dominus culpam probare teneantur Laderch. cons. 154.

Furtum non tantùm diffinitur ex lucro dominij, sed etiam vsus, & possessionis l. Qui inuenta. ff. furtis. Claud. ad Bertazol. cons. 153. in littera B.

Creditori licet accipere bona debitoris propria authoritate, nec furtum committit, & præsumitur potius accepisse animo satisfaciendi quam furandi Bertazol, dicto cons. 413. Michael nu. 3. & 5. vbi Claud. dicit hunc creditorem teneri alia via, quia cum rem, aut pecuniam propria accipit authoritate tenetur rem acceptam restituere, & ius crediti amittit ex Hartman. tom. 2. §. ferens tit. 26. obser. 6.

Fur præsumitur qui semel fuit furtum confessus, & vicinus erat loco furti Bertaz. cons. 40. nu. 9. lib. 1.

Non præsumitur in eo qui vtilitatem non sentit Bertazol. cons. 198. nu. 2.

Et præsumitur fur qui contra se furti indicium habet ibidem.

Et à Domino domus si sit sine fractura hostij idē cons. 160. nu. 11, & iuratur in litem.

Furtum an connumeretur inter casus fortuitos Bertazol. cons. 68. nu. 6. littera B.

Furtum non facit qui vtitur tota re communi ad vsū destinatum Bertazol. cons. 224. num. 6.

Fur præsumitur is qui erat domesticus, & habebat notam capsam in qua erant pecuniç Bertazol. cons. 211. nume. 1.

Res furtiua reperta penes aliquem quod indiciū faciat Bertazol. cons. 66. littera N. & an teneatur reuelare à quo rem acceperit Baiard. ad Clar. §. furtum nu. 16.

16. 17. 18. 19. Menoch. de præsump. lib. 5. præs. 29.

Pęna furti an habeat locum contra receptantem Bertazol. cons. 66. num. 6.

Furti actio datur etiam ratione possessionis etiam si Dominus subtraxerit Bertazol. cons. 8. nu. 32.

Procurator non tenetur actione furti quando Dominus ratum habet Bertazol. cons. 129. nu. 17.

Actio furti cessat quando is cuius res prætendebatur ratificiat Bertazol. cons. 224. num. 9.

An committatur in re minima Bertazol. cons. 198. littera A. vers. contrarium.

Institor societatis quando citra crimen possit uti rebus societatis, & illius libris, & scripturis quatenus credatur, & quomodo excusetur à furto, & falsitate Bertazol. cons. 224. Multa lib. 1.

Præsumitur furtum commissum ab eo qui contra se habet iuris præsumptionem Bertazol. cons. 386. nu. 8.

Furti reus est qui finito mandato rem distrahit Bertazol. cons. 491. num. 6.

Custodis culpa furtum præsumitur commissum idem cons. 313. num. 4.

An probetur furtum per clamorem, & uociferationẽ nocturnam idem cons. 336. littera B.

Fatetur furtum qui soluit pretium rei furatæ idem cons. 434. num. 27.

Caupo an teneatur de Sarcina surrepta in hospitio, & an sit probandum aliter quàm per iuramentum quid in Sarcina contineretur Anchar. Iun. q. 61. post Plot. in l. si quando nu. 400. C. Vndeui.

Actio furti datur contra surripientem rem pignoratam creditori licet sit Dominus l. Itaque fullo §. sed etsi pignori ff. furtis, & in l. si pignore ff. pignor. Nec excusaretur Decreto Mediolani prohibente procedi criminaliter quãdo Res habet originem à contractu vel quasi Plot. l. si quando, num. 61.

Furtum quomodo differat à damno Dec. cons. 83. Hieronymus Gratt. cons. 154, vol. 2.

Vendens rem alienam an committat furtum Tiraq. in Tract. Constit. Par. 3. limit. 26. n. 3. Doct. in l. si seruum nostrum

nostrum C. furt.

Publicani furti actione conueniuntur, quando gabellas indebitas exigunt Franc. de March. q. 421. Par. 2, & si ob eorum iniustas exactiones Mercatores abstinent transire per illud Territorium tenentur ad interesse Communitati illius territorij.

Præsumitur potius commissum à familiaribus quàm ab extraneis, & à vicinis, si tamen sunt malæ famæ Mascard. conclus. 831. De prob. lib. 2.

Inquirere fures per auguria est idolatria, sic nec per Phialem, nec per sedazum Barb. cons. 55. vol. 2. Baiard. ad Clar. §. furtum num. 14.

Furtum quod fit per fracturam hostij, capsæ, vel serræ compræhenditur sub statuto loquēte de robaria Ang. Bero. cons. 214. nu. 2. vol. 3. quia dicitur atrox.

Enorme dicitur furtum quando fit cum strepitu, tumultu, & publicæ quietis perturbatione Boss. de furt. num. 60.

Confitens se esse famosum furem, vel publicum, talis confessio non præiudicat quando in iure consistit, quis dicatur famosus fur, aut latro, sed tantùm obest quando sigillatim exprimuntur furta Crau. cons. 261. Ang. cons. 403.

Pena pro tertio furto de communi cōsuetudine mortis imponitur Vel pell. cons. 16. nu. 3. Did. var. resol. lib. 2. cap. 9. nu. 7. Mascard concl. 838. nu. 6. lib. 2.

Hippothecaria an sint bona furis tacitè pro restitutione Neguf. De pignor. par. 2. man. 4. Baiard. ad clar. §. furtum num. 36.

Ad interpretarionem Constitutionis tit. De Pœnis §. Item si quis fecerit robariam, dum vult quòd valor rei excedat dimidium auri extra ciuitatem, vel Burgos vel villas; si autem in ciuitate Rei excedentis summam aureorum quinque, quòd per veras, & legitimas probatiōnes est probandus valor, & per communem estimationem Io. Ant. de nigris cap. Adhoc n. 49. De furtis, quod autem in terminis dicti §. si quis fecerit, si duo, vel tres committerent robariam ad eam quantitatem ascendētem, sed facta inter eos diuisione, valor ad minus redu-

ceretur, ita quòd sua pars esset infra vel illum medium aureum, vel illos quinque aureos, dic quod habet locum pœna statuti, quia omnes tenentur insolidum Andr. Isert. tit. De pace ten. §. si quis quinque solidos circa. finem. Io. Ant. De Nigr. cap. Ad hoc quod est num. 10. nume. 60. Rubr. de furtis, etsi statutum diceret quod furans infra valorem aurei vnius fustigetur, & res tanti valeat, nec pluris, aut minoris perinde est ac si esset infra vnum aureum, idem Io. Ant. de Nigr. dicto cap. Ad hoc num. 7. Alex. cons. 110. vol. 4. Vbi multa ad rem.

Causam furti dans an teneatur de furto, Baiard. ad Clar. §. furtum nu. 41.

Mulieres an puniantur statuto, puniente pœnam furcarum pro 3. furto. Baiard. ad Clar. dicto §. furtũ n. 49.

Constitutio quod furi pro 3. furto non prosit remissio an habeat locum in contrectando furtum per diuersas iurisdictiones Baiard. vbi supra §. 53. vers. item adde.

An Iudex primi, secundi, tertij furti possit punire pœna mortis, si alia duo furta extra territorium sint commissa, & an iudex originis possit punire furtum alibi commissum Baiard. vbi supra nu. 54.

Cõstitutio quòd pro tertiò furto quis puniatur, adeo vt non prosit furi Pax, an habeat locum si pro primis duobus non fuerit punitus Baiard. ibi nume. 59. Quid si pro tribus furtis uarias pœnas induceret, & pro 4. pœnam mortis, an possit fur pro quarto furto suspendi, si pro tribus non fuerit condemnatus ibi nume. 61. Quid si furta sint pro quibus non potest cognosci ex cursu tẽporis, vel diuersitatem loci, an aggrauent stante statuto, quòd de huiusmodi delictis non possit fieri processus num 62.

Quid si sequuta fuit absolutio, aut alius iudex cognoscere non potest, nunquid aggrauabit vltimum furtum, & si pro eis pœnam soluisset, ibi nu. 64.

Quid si extarent statuta quòd pro talibus delictis ante tempus, vel alio loco commissis, non possit fieri processus ibi num. 65.

Et quando dicantur plura furta ibi nu. 66. 67.

Fur in foro conscientiæ quid restituat Baiard. ad §. furtum nu. 71.

Fur-

Furto subtracto reperto fure in flagranti, an possit Tertius impunè abeo rem auferre ibi nu. 72.

Fur repertus in flagranti potest sine aliqua sententia fustigari ibi. nu. 73.

Arbores incidens illas asportans tenetur furti actione Paris cons. 111. nu. 28. vol. 1.

Fur punitur de furto etiam quod Respublica aliquod commodum sentiret ibidem nu. 113.

Prætium quando sit restituendum emptori Rei furtiuæ ibi nu. 106. & 107. vsq; ad num. 114.

Furti an teneatur accipiens Res furtiuas in solutum ibi num. 116.

Emens a filiofamilias an teneatur de furto ibi. num. 119. Prudens Iudex debet aduertere ad qualitatem patris, nam mensibus præteritis quidam nomine paterno indignus patiebatur filium suum vendere aurum, & argentum filatum quod ille exercebat trahendo, postea emptores accusabat vt pecunias ex eorum manu eliceret pro remissione habenda, & curabat filium examinari, & torqueri, cum sciret eiusmodi torturam ad purgandam infamiam leuem irrogari, Paulatim paternis documentis, & eruditione confirmatus se totum tradidit nequioribus delictis, ex quibus prouectior factus crucem pretium sceleris tulit, superstite pater mercatore, ad mendicitatem educto, prout ego vidi.

Et quia vt plurimum Protectores Mediolani laborant supereorum clientelis quorum maior pars carceres implet, sicut & turba Ociosorum, Vagabundorum, & similium sentina, Ideo expedit eis habere loca vnde possint eorum defensiones haurire ad eorum pœnam temperandam aliter quam per benefitium minoris ætatis, Vide igitur Clar. q. 60. Adeam igitur fures Cassan. de Cōstit. Burg. fol. 183. vsq; ad 117. Visum q. 346. Io Ant. De Nigr. supra cap. Regni cap. 10. Incip. Ad hæc sub Rub. De furt. nu. 73.

Forensis committens duo furta in Patria sua, & Tertium Mediolani an puniatur pæna Constitutionis Mediolani, an Iuris comunis id est illius Iuris cuius est originis Vid. Cassan. De Const. Burg. fol. 181. nu. 14 vbi

citat Iaf. in l cunctos populos C. sum. Trinit. & fid. Cath. in 2. lect. in XV. col. Brun. in Consti t. in Verbo fur furtum.

Fur potest torqueri vt socios indicet Fran. Aret. cōs. 62. in causa Bart. in l Repet ff. qq. Marsil. §. Diligenter nu. 59. vsq; ad numerum 69.

Falsus procurator seu creditor furti tenetur l. falsus in princ. §. 1. & in l. si iusta ff. furtis.

Furtum est crimen priuatum, quia extraneus non admittitur ad accusandum l. fin. ff. prin. delict. Cassan. vol supra fol. 155.

An possit criminaliter procedi in casu l. si mandauero §. si tibi C. mand. stante Cōstitutione Mediolani. quod non possit crimin. Vbi Res habeat originem à contractu, negat dari actionem criminalem fol. 155. in princ.

Furtum facere aggressus, sed non faciens punitur extraordinaria pęna Marsil. l. Vnica C. Rap. Virg. nu. 295. Marsil. cons. 83. nu. 31. in 1. vol.

Furtum committens in bonis meretricis an puniendus sit Marsil. d. l. Vnica nu. 48. 52. dicit non posse puniri vtens hoc argumento si rapi potest, ergo etiam spoliari bonis, cum maior sit personarum quàm bonorum rapina rursus arguit Marsil. quòd qua ratione potest bānitus potest impunè occidi, ita ipso viuente bona auferri, ego viso Marsilio obstupui quòd tantus vir hæc dixerit nam & si in meritrice non cadat crimen Raptus de quo in dicta l. vnica, cadit tamen alia delicti species, si violentiæ quas meretricibus inferre nephas est vt supra dixi, nec qua ratione non potest eis vis inferri, ita nec eorum rebus, nec valet argumentum de bannito ad meretricem, nam bannitus est extra omnem protectionem statuentium ita disponentibus statutis, & habetur tanquàm transfuga, & hostis Patriæ, non sic meretrices quæ tollerantur in ciuitatibus ad maiora scelera euitanda qua ratione fornicationes etiam de iure ciuili non sunt punibiles, & lupanaria pro earum domicilijs electa quòd si impunè rebus possent spoliari, nullo in loco tutæ forent, est etiam à moribus politicis alienum quòd quis has infames quæ paruo pretio corpus suum

suum prostituunt impunè rebus suis priuari possint, & sanè Mediolani seuerè contra hos proceditur passim apud omnia tribunalia.

Præcepta an concedi debeant ad perquirendum res furtiuas in ædibus alienis si contra Dominum earum nullum adsit indicium, an saltem cum iuramento Iudex debeat mittere familiam ad querendum in dicta domo Marsil. l. 1. nu. 24. ff. qq. Dec. Alciatus cons. 16. licuerit ne tomo 2. lib. 7. in princ.

Furtiuè Res suas accipere ab iniusto detentore an licitum sit Marsil. §. Constante nu. 36.

Bona furtiua quæ peruenerunt ad hæredes & ab eis vendita sunt non præscribuntur per emptorem sed à Domino possunt vendicari Marsil. in tract. De bannit. nu. 76. vers. adde prædictis, & dicit esse notatu dignum.

Constitutio Mediolani quod pro tertio furto quis suspendatur non habet locum quando quis plures res simul furto subtraxit, non enim dicuntur plura furta Marsil. dicto tract. De bannit. in verbo Pluribus n. 10 fol. 55.

Furtum simplex improbum est, improbius expylatæ hereditatis, ini probissimum rapina, seu robaria Marsil. cons. 54. nu. 4. in 1. vol.

Furti instrumenti crediti, præsumptio reperti penes debitorem tollitur ex eius bona fama Bursf. cons. 294. num. 3. lib. 3.

Furto qui opem præstat punitur non tamquam principalis, sed media pœna Marsil. cons. 43. nume. 56. in primo vol.

Furtiuè possum accipere rem ab eo qui furto eandem rem expoliauit Marsil. cons. 135. nu. 27. 2. vol.

Furtim accipi possunt bona quæ iniustè ab aliquo potente detinentur idem Marsil. cons 78. nu. 16. vol. 1.

Eleemosina per facienda non est furandum Marsil. cons. 45. num. 7. lib. 1.

Fur an possit interrogari de alijs furtis de quibus non est indiciatus Marsil. cons. xixii. num. 19. 20, in princ. & quid de consuetudine Burs. cons. 325. num. 70. lib. 3, & 201. nu. 51. lib. 2.

Domesticum furtum non punitur pœna mortis Marsil.

sil. conf. 26. num. 1. in conf. vol.

Confessio furis pro parte acceptatur, & pro parte non Burs. cons. 325. nu. 26. lib. 3.

Inquisitio de non verisimili furto abolenda est Franc. Burs. cons. 332. nu. 25. lib. 3.

Furtum non committitur ex vsu pecuniæ depositæ, nisi probetur in sacculo eam traditam Franc. Burs. cons. 332. nu. 15. lib. 3.

Non præsumitur contra exeuntem è domo cum sacculo, seu fardello, nisi concurrant quattuor requisita de quibus apud Burs. cons. 332. nu. 24. lib. 3.

Fur super quantitate iurata torqueri non debet, nisi Dominus sit iuramenti in litem capax Burs. cons. 325. num. 40. lib. 3.

Furtum quis committit non scribendo augumenta denariorum administratorum idem Burs. cons. 325. nu. 61. lib. 3.

Furtum non est in accessorijs si in principali non consistit Burs. cons. 112. nu. 20. lib. 1.

Furti non tenetur creditor pecunias iuxtà creditum suum subtrahens Burs. dicto cons. 112. num. 3.

Hereditate non adita furti actio non datur idem cons. 112. num. 1.

Non fit furtum quando fit ab eo qui reputatur Dominus Burs. dicto cons. 112. nu. 2.

Ad excusandum receptatorem Rei furtiuæ vide Burs. dicto cons. 112. num. 2.

Non fit furtum in bonis banniti si incontinenti fiat secus si ex interuallo Burs. cons. 134 nu. 14. lib. 1.

Furtum non facit qui fructus ex suo fundo capit licèt alius sit in possessionem missus ex primo Decreto Burs. cons. 150. nu. 1.

An connumeretur inter casus fortuitos Roman. cons. 413. num. 1.

Quid si committatur ab vxore, vel domestico idem cons. 395. nu. 4. Ias. §. sed istæ nu. 45. Instit. Act.

Fit furtum non solo verbo, sed contrectatione rei alienæ animo lucrandi inuito Domino Roman. cons. 113. num. 4.

Fur

Fur manifestus est magis puniendus, quàm violentur Iaſ. in §. ex maleficijs nu. 17. 18. Instit. Action.

Fur diurnus, & nocturnus si capiatur licitè an occidatur Iaſ. in §. superest nu. 69. Inst. Action.

Furem propria authoritate capiens an perdat commodum legalis pœnæ Iaſ. dicto §. superest nu. 70.

Furtum præsumptum est deterioris conditionis, quã verum, Curt. iun. auth. si quis in aliquo C. edendo nu. 29.

Fur tenetur pluribus actionibus Curt. iun. l. si quis §. Pignoris datio ff. rebus cred. nu. 5.

Pax an intelligatur rupta per furtum Roman. ff. public. & Vectig. l. licitatio §. Quod illicitè nu. 7.

Licèt furtum sit crimen priuatum tamen iudex ex officio potest procedere Roman. ff. cond. ob turpem cauſ. l. omne quod §. si tibi nume. 8.

Furti an agatur contra mandatarium Roman. l. si tibi num. 3. ff. donat.

Solo animo non committitur Roman. l. Possideri ff. acquir. possess. §. si rem apud nu. 1.

Agi de furto potest ciuiliter, & criminaliter contra Ecclesiasticos Alciat. to. 2. lib. 7. conſ. 16. nu. 8.

Infamis efficitur damnatus ad restitutionem furti Alciat. dicto conſ. 16. & ciuiliter damnatur in duplum ibidem num. 18.

Clericus pro furto ad restitutionem damni cogitur præterea deponitur, & detruditur in carceres ad agendum pœnitentiam Alciat. conſ. 16. Borgnin decis. 21. Par. 5. fol. 71.

Clericus Pyrata à quo puniri debeat Alciat. conſ. 11. nu. 23. tomo 1.

Furto perdidisse allegans qui accepit sacculum pecuniæ perferendum ad aliquem probare debet alias ei non creditur Alciat. conſ. 153. nu. 7. to. 2. lib. 1.

Qui furatur parum non secus peccat, ac si multum furaretur Alciat. ibidem

Fuga sociorum furum facit Indicium contra alios consocios Gram. conſ. 14. nu. 4.

Fur qui rem furto ablatam intra Ecclesiam contrectat

an possit inuitus extrahi abea, ira ut eius Immunitate nõ gaudeat, Lud. Peguer. Deci f.crimin. c. 28. Iac.nu. 2. 8. Castr. conf. 459. lib. 2.conclud. pro affirmatiua,& ita vidi practicari.

Inter furtorum species comprehenditur ABEIGEATVS dum alienæ bestiæ abducuntur quæ ex pasuis,& armentis subtrahuntur, Oues, Pecudes, equi de quibus in fol. Tit. ff. Abig. & differentiam inter Abigeum, & furem ponit Lud. Peguerra decis. crimin. c. 29. Ioannes Farin. De furtis q. 66. 67. vbi plene Caball. cas. 160. lib. 6. crimin. & 1. lib.

Reposcente Domino Res suas qui non reddit cum habeat surripere, &; intercipere videtur, quare,& furti, & ad exhibendum tenetur l. pup. §. fin. ff. acq. rer. dom. l. 2. §. & generaliter ff. doli except. l. 1. §. Insumma ff. qui rerum actio. l. 1. §. est autem ff. depos.

Furtum fingens sibi factum ab aliquo in cuius domum rem detulit animo celandi vltimo supplicio affectum fuisse testatur Greg. Tholos. in syntag. Iur. vniuers. lib. 37. cap. 1. nu. 17.

Fur semper in mora est, & de interitu tenetur,& ad omnes accessiones vti malæ fidei possessor l. In re furtiua & l. fin. ff. condit. furt. l. fin C. cond. ob turp. causã.

Res furtiua ab aliquo recipi non potest §. si qui in parentum Instit. De obligat. quæ ex delict. nasc. l. sequitur l. 4. §. Quod autem ff. vsucap. l. quamuis de furtis.

Interesse petitur in actione furti, l. si quid fur §. fin ff. eodem.

Furti pænalis actio an trahatur ad hęredes l. 2. §. fin. ff. vi bon. rapt. l. furti actione C. furt. §. 1. Inst. De perpet. & tempor. act.

Quibus modis dicatur quis furi auxil. opemuè ferre. Per exempla vide apud Pet. d. syntagm. lib. 37. cap. 1. nu. 34 vers. Aduersus.

Transigi an possit in furto Vid. Pet. dicto cap. 1. in fine.

Occidere an liceat fures Pet. Greg. dicto l. 37. cap. 2. Tit. 7. Pęna extraordinaria furum nu. 6. & 21.

Ecclesiasticę personæ fures, & latrones quomodo puniantur

niantur dicto lib. 37. Ibidem num. 23. Vbi quod deponantur, & si depositæ Incorrigibiles sunt, excommunicantur Deinde contumacia crescente, anathemate percellantur, & trandem si contumaces perseuerant Curiæ seculari dantur castigandi Innocentius 3. Clericos in latrocinijs deperhensos, & in alijs magnis sceleribus statuit suis ordinibus degradatos, detrudi in artu Monasterio ad pænitentiam agendam Hostiensis tamen hanc pœnam habere locum in latrocinijs, non in furtis simplicibus vult quod sequitur Abb. & Io And. in cap. Tui De pænis plenè apud Borgnin. Decis. 21. par. 5.

Addit quodeqnè, vt laicus est infamis, si agatur contra eum actione furti, nomiminatum, Non tamen si conditione furtiua, vel si simpliciter condemnetur ad rerum restitutionem.

Sepeliendi non sunt fures in furto necati, quia constat eos decessisse in peccato mortali. & pro eis non est orandum; Vulnerati tamen, & confessi ad communionem sunt admittendi Ber. Diaz. in pract. crimin. Canon. cas. 84. in fine. Greg. ibidem num. 24. vers. Piacuit.

De furto commisso in Nauticis rebus ex naufragio raptis plura apud Pet. Greg. cap. 3. dicto lib. 37. fol. 775. tit. De confider. rerum in furtis. & 1. rerum nautricarum.

De furtis instrumentorum rusticorum, puta fucculis ligonis, Tintinnabulis, Orinaboum sterquilinorum Pet. Gregor. cap. 4. lib. 37. tit. De furt. Rustic. rerum.

De furtis Apum, Columborum, Piscium ex stagno alieno Petr. Greg. lib. 37. cap. 5, & de furtis animalium.

De furto Arborum, & fructuum cap. 6. & quando impunè cedere possumus, Vitium, Pomerij, Ibidem nu. 7. frugum, hortorum cap. 7. tigni videlicet Materia ad ędifficandum, lapidum cementorum, Calcis, Arenæ, Tegularum, Idem cap. 8. Tit. De Tigno iniuncto.

De expilatoribus hęreditatis Idem cap. 9. Vltra Menoch. De Arbitr. Iudic. cas. 299. & 380.

Personarum ratio an sit habenda, quæ furantur & à quibus idem Pet. Greg. cap. 10. fol. 768.

De crimine rerum amotarum idem cap. 11. Menoch. cas. 30c. De Arb. Iud.

De

De domesticis furtis idem cap. 12. de quo & nos supra diximus, dum autem vult quòd de furtis leuibus necessaria non sit publica accusatio & quòd Dominus seruos, Pater filios possit coercere, visum mihi est lepidam sententiam hac afferre in causa ancillæ cuius consuetudine venerea quandoque Dominus fruebatur, quam de furto accusauerat, & per iudicium hoc de pœna exigendi iuditium proditum est satis elegans quod posset si casus contingeret remouere Dominos ab accusandis suis Pedissequis aliquid ab eis clam subtrahentibus vide tu Cepol. cons. 26. nu. 2, & 6.

Ancillæ terga contra furentis in Venerem Domini impetus, & amplexus fortiter, & benigni sustinuerunt; ea nunc vergente ob leuem culpam nudari ad conspectum populi, virgisque cedi, impium, & in humanum ducimus; quare vt mitiùs cum ea res agatur edicimus, volumusque vt carcere soluta nuda coram Domino sistat, supplexque delicti veniam ab eo deprecetur, qui tum ab ea vel solitas, vel quas maluerit pœnas exigat; quam sententiam magis confictam, quam veram esse credere par est.

Fur qui ex loco publico furatur magis puniendus est, quàm qui aliunde pro quo exemplum poni potest in Sacrilegio, qui sepulchra spoliant, qui ex Pulestra, Balneis, foro, de his Petr. Greg. lib. 37. cap. 13.

De furtis Cauponum post Clar. in §. furtum num. 27. Greg. cap. 13. fol. 770. nu. 5, & de similibus furtis quotidie audiuntur in Pallatijs quærelæ vid. Borgnin. decis. 21. Par. 5.

De multis circumstantijs in furtis perpendendis disserit Pet. Greg. cap. 14. lib. 27, fol. 771.

Prima si ui fiat furtum; verùm nos supra diximus hanc esse robariam.

Et si fiat cum fractura idem dicendum est.

Secundò. Qui sint extractores, & qua pœna teneantur nu. 2, & 3.

Tertiò. Dirretorij qui sint, & qua pęna coercendi ibi num. 4. De his Menoch. cons. 299. & 300. nu. 1.

Quartò. Qui sint Saccularij num. 7, & hi sunt furunculi

culi nostri temporis, qui probi callent artem subducendi ex crumenis vbique vel in ipsis Templis, qui etiam dicuntur Crumenisacæ, & incisores crumenarum, egoq; eorum astutias sum experrus, dum enim bursam in qua tamen paucæ pecuniæ aderant appensam haberem ad diploidem, tam callido commento incisa fuit cordulà vt è caligis subtracta crumena, vt de tanta securitate in furando magna me ceperit admiratio, postera die venit ad me quidam ex collegis horum, clauem mihi afferens scrinij mei petens vt secum liberaliter agerem, cum intelligerent maiorem mihi de claue quam de pecunijs curam esse, tunc illi ego duos regales donaui; rogans eũ vt à furtis in futurum caueret; verùm ille subridens à me discessit, monens me vt cautior fierem in futurum, nec me infererem inter conferfos dominum cuneos.

De receptatoribus furum Pet. Gregor. lib 37. cap. 11. tit. ff. recept. lat. l. congruit. ff. offic. Præsid. & Tit. C. His qui latr. occult. Vid. Angel. De malefic. in uerbo si quis latrones.

Et de ducentibus perfugena latronibus aduendendũ quomodo puniantur ibidem nu. 2. Aloys Cattell. De In dultu grat. cap. 40. nu. 129. 130.

Fuit dubitatum in Curijs an receptantes Res furtiuas gaudeant beneficio Indulti gratiosi, obtinui in causa Vincentij Damiani barbitonsoris coram Domino Cap Iust. eum dici comperhensum, & in Curia Domini Prætoris Mediolani per Iuris allegationes quibus difficulter acquieuit Don Ioannes falleuus tunc Prætor, qui paulo post decessit in Ecclesia Monasterij Pacis Mediolani Fratrum Ordinis Santi Fran. sepultus.

Sepius in controuersiam venit quomodo puniantur hi qui aquam vino immiscent prout solent facere hi qui aduehendi vini curam suscipiunt de his Petr, Gregor. lib 37. cap. 14. nu. 9. Vers. Consideratur.

Furtum non committit qui inuenit rem in terram, nisi eam retineat animo lucrandi, & in dubio præsumitur accepisse animo restituendi vero Domino Fab. Turret. cons 54. fuerunt ablata nu. 18. 19. lib 2.

Furtiua Res quando redit in potestatem Domini igno-

ignorantis non purgatur Vitium l. sequitur §. Qui viam ff. Vsucap.

Tutor, & Curator furti tenentur l. Tutor ff. eodem.

Furans puerum tenetur furti ad mortem l. Plagiar. de Plagiar. ff eo l. si filius ad l. flauiam De plagiar. cum multis ll. seqq.

Pluribus aliquam rem furantibus omnes tenentur in solidum vid. Bonifac. De furt. In verbo Plures ordinauerunt nu. 13.

Vxor surripiens rem mariti an faciat furtum Angel. Ibidem.

Furtum qui potest prohibere, nec prohibet tenetur actione furti l. p. ca l. eodem.

Fur non tenetur in foro conscientię nisi ad restitutionem rei furatæ, non autem ad pœnam dupli, aut quadrupli, Vasquius de controuers. Cap. 28. nu. 9/10,

Occidere licet furem cum telo defendentem se l. 4. & l. si eam §. Qui cum aliter ff. ad l. Aquil. & furem nocturnum licet interficere cap. si perfodiens de Homicid. volunt. Claud: l. vt vim num. 35. ff. Iust. & Iure, In fure enim nocturno adest periculum personæ, quia ignoratur, An furandi causa, An occidendi venerit iuncto cap. 2. De Homicid. Quando tamen ageretur de furto rei vilis non liceret occidere, & vulnerare furem inuentum cum telo l. si ex plagijs §. Tabernarius ff. ad l. Aquil. quem Tex. alleg. Ang. de malefic. In verbo, & vestem celestem abstulit col. 2. in med.

Ad excusationem eius pœnæ quem res furtiua inuenta est vide Velpell. cons. 149. Dominus Ioannes.

Pro Iudice coram sindicatoribus accusato quod municipali statuto cauente quòd pro tribus furtis quis suspendatur idem Iudex l. dispositionem exequutus fuerit etiam quòd fur pro primis duobus pœnam non luerit consuluit Velpell. cons. 146. Aduersus.

Fur si pro tertio furto statuto sic iubente suspendi debeat an requiratur quòd pro prioribus pœnam luerit Vid. dictum cons. 146. nu. 3.

Insigni furi an denegentur defensiones Farin. in 2. Tract. q. 39. nu. 107. 109.

Furtum

Furtum an præsumatur commissum à vicinis q. 52. nu. 127. & seq.

Reuelare fures, & latrones ac alios maleuiuentes an quis teneatur q. 51. nu. 13. vsque ad nu. 23. De iure Canon. quod sic notatur in cap. Qui cum fure extra de furtis.

Fur an de socijs possit interrogari Farin. q. 43. num. 43. & seq. & an faciat indicium ad torturam idem num. 46.

Fur famosus, & insignis quis dicatur Vid. Farin. q. 39. nu. 64. & 109.

Furto commisso in hospitio, seu domo an torquantur domestici, & familiares denegatis defensionibus, an verò detur copia indiciorum idem dicta q. 39. nu. 51. 52. & q. 37. nu. 158. & 159. 160.

Fur qui confessus est vnum furtum sine alijs Indicijs torquetur ad habendum alia furta, idem q. 37 nu. 163. & 168. Sed contra nu. 165. Declaratur, vt prima opinio sit vera si sit fur insignis, & diffamatus aliter secus num. 167. 171. Declaratur secundo, quod hæc procedunt de consuetudine, sed de iure communi fur non potest aut torqueri de alijs furtis, sine alijs Indicijs num. 169. Declaratur 3. Quando tortura debet esse moderata num. 173. Declaratur 4. Quia si sequatur confessio hæc sufficit non ad condemnandum, sed ad inchoandum nouum processum nu. 166. Quid vigore Bullæ Pauli tertij num. 172.

Indicium furti quale oriatur contra eum qui solus visus est in loco vbi res abstracta est Farin. q. 36. nu. 63.

Indicium quale oriatur re furtiua penes aliquem inuenta idem q. 37. num. 48.

Furti tenetur maior annorum decem cum dimidio Mandos. in tract. De minori ætate cap. 4. nu. 38.

Fur an dicatur is qui dum accederet ad furandum inuentus fuit à Domino qui rem quam furari destinauerat ei donauit Lup. alleg. 71. num. primo.

Furans hominem liberum, & vendens grauius punitur quàm si furatus fuisset aliam rem priuatam Anchar. cap. 1 De furtis si seruum furatur habet locum pœna de furtis, & de seruo corrupto.

Fur est obligatus ad penitentiam post restitutionem Anchar. Cap. si quis in fine de furtis.

N Res

Res furtiua si reuersa est ad furum, quia forte ille iam quem alienauit, commodauit, vel deposuit, an teneatur eã reddere, vel verò Domino à quo eam surripuit, vel deponẽti Cap. Qui cum fure Vid. Anchar. nu. 7. De furtis.

De emptore Rei furtiuæ puniendo plura apud Caball. resol. crimin. cas. 292. lib. 2.

Fur si rem ab eo subtractam desijt possidere, & peruenit ad tertium: Quæritur an fur teneatur ad aliquid Innocent. vult quòd si habet vnde restituat tenebitur ad æstimationẽ, & benè dicit quia etiam si petijsset, vt ipse teneretur de casu fortuito propter mora in qua semper fur dicitur, Vtrùm autem recepta æstimatione à fure possit etiam agere Domĩnus contra illum in quem alienatio facta est, Dyn. in Reg. Pro possessore de Reg. iur. in 6.

Fur occultus post restitutionem, & pœnitentiam potest promoueri ad Sacros ordines Abb. in cap. ex litteris vbi Anchar. De furtis, vbi describit quinque requisita adhoc vt promoueatur. Primò Quòd spontè promotus fuerit. Secundò. Quòd satisfecerit Tertiò Quòd non sit infamatus. Quartò, Quòd pęnitentiam egerit. Quintò. Quod aliàs sit idoneus.

Fur nullo tempore præscribitur, quia semper in mora est Anchar. Cap. ex litteris num. 2. De furtis.

Licitum non est citra nomen furti rem in publico loco accipere, quia scire debet quòd suum non est, & ad alios pertinet Anchar. dicto cap. ex litteris num. 4.

Furans rem sacram de loco sacro non est excommunicatus Anchar. cap. fin nu 5 De furtis.

Statutum permittens furem occidi, vel suspendi an valeat disput. Anan. Rubr. De furtis nu. 5. vers. Quæro circa prædicta. & concludit pro affirmatiua.

Pastor si efficiatur lupus tenetur actione furtiua l. si seruũ nostrum C. furt. Anan. d. Rubr. de furtis in fine.

Iudex Ecclesiasticus potest fures excommunicare notatur in c. Nouit. De Iudic.

Et si quis vendat hominem liberum Iudex Ecclesiasticus potest procedere, quia per talem venditionem multum detrahitur Religioni Christianæ Anan. cap. 1. nu. 4. De furtis.

Fur si non apparet de pœna statuti potest puniri criminaliter Iudicis arbitrio citra tamẽ pęnam mortis, & membri

bri abscisionem Natt.consf.219.super dubio col. fin.lib.2.

Qui recipit fructus beneficij, eo tempore, quando priuatus est furtum committit. Nec obstat quod furtum non fiat nisi possessori; Quia respondetur, quod tunc dicitur fieri Ecclesiæ Ioann. De Anan cap.1.in fine de furtis, idem in cap. De mulctæ nu.2. De Præbend.& Dignit.

Si furi, seu socio aliquid dederim, vt rem meam quam mihi surripuit restituit, an possim in eū repetitione vti Anan. cap. Qui cum fure num.8. De furtis,

An liceat sine acclamatione furem nocturnum occidere Auth. De Afflict. in Constit. Neapolit. lib. 1. tit. De homicid. fol.68 & quid in nocturno fure ibidem.

Furem si quis possit capere, & non capiat non tenetur in aliquo de iure ciuili, cum non teneatur etiam indicare Afflic. super tertio. feud. tit. de pace iuramenti firmanda in verbo receptatoribus num.primo fol.289.

Furtiuas res quando emere liceat, adhoc ut emptor re euicta pretium non perdat Afflic. vbi supra num.6.

Latronem captum si quis accepta pecunia relaxauerit, an ad restitutionem bonorum subtractorum erga Dominū teneatur Afflic ibidem nu.4. fol.289.

Furtum in dubio præsumitur commissum culpa custodis Hier. Gratt. consf.94.n.7. lib.primo. & 154.nu.22. & torquetur custodes vt illud indicent idem consf.95.nu.2.

Et ad eius excusationem vid. Vincent. Onded.consf.90. lib.2.& 43. eo lib. Tiber. Decian.consf.29. lib.primo. Molian, de contract. disput.517.

Et quid debeat probare custos cui surreptæ sunt res in custodiam traditæ Mascard conclus.829.lib.2. De probat. Et inibi plura in materia furti conclus.830.per tres conclusiones sequentes.

Contra vendentes & in vsus suos conuertentes res alienas vide ordinem Senatus 1591 die Iouis 2.Maij.

Fama an probet furtum Hier. Gratt.consf.97.nu.5.vol.2.

Furtum sine culpa euenire potest, quo casu qui dicit culpam interuenisse probare debet Hier. Grat. consf.150. num. 13.vol. secundo.

Fur in flagranti deprehensus an propria authoritate capi possit, & intra quod tempus retineri Platea in l. Nemo ver-

ficulo. Dic, si est debitor de exact. trib. l. 10. Vbi singulariter, & Natt. conf. 412. num. 16. lib. 2.

Fur semper dicitur esse in mora restituendi, & in plus tenetur quàm debitor frustrator Natt. conf. 31. nu. 18. lib. 1.

Furti actio competit possessori, nec quæritur quem titulum quis habeat in re furto subtracta l. Itaque Full. §. frugibus. ff. furt. Vbi Colonus, qui non possidet, sed detinet quantum habet furti actionem contra eum, qui fructus stantes surripuit Natt. conf. 218. super dubijs num. 3.

Famulus, qui aufugit à Domino licèt præsumptionē furti contra se habeat, tamen debet constare quòd res prius erat in loco Natt. conf. 407. Pro defensione.

Fur gaudet immunitate Ecclesiæ, sed tamen res furata potest ab eo auferri Didac. lib. pract. 99. Cap. 11. Clar. q. 38. Boer. decis. 13. nu. 47. 48. Cepol. conf. 38. num. 26.

Clericus de furto quærelatus, & diffamatus, & condemnatus, non potest ad Sacros ordines promoueri absque dispensatione, quod secus est in furto occulto, & non publico, nec diffamato pœnitentia peracta in totum, vel in parte Borgnin. decis. 21. num. 10. Par. 5. fol. 77.

Irregularitas contracta per furtum publicum à Papa solo dispensatur; Per occultum ab Episcopo dispensatur ibidem num. 10.

Caupo, seu Hospitator an possit agere contra Communitatem virtute statuti pro furto sibi in domo commisso pro rebus sibi aut famulis datis per viatorem alberganteni ad custodiendum Borgnin. decis. 21. nu. 12. 13.

Actio furti datur ei cuius interest non surripi rem ex honesta, & probabili causa l. cuius interfuit. ff. eodem tunc. l. seq. Vnde Fulloni, & creditori, ac Commendatario datur actio si ei interest.

Accusatus de expilata hæreditate si negat habuisse, & dicat se esse hæredem, & possedisse aliquo titulo, an possit puniri, & quia pœna, & quid si non fecit Inuentarium Borgn. decis. 20. Par. 5. fol. 76.

Qui rem alteri aufert animo restituendi non committit furtum, aut Rapinam Borgnin. decis. 15. nu. 13. Par. quarta Et ibi exemplum ponit in eo, qui impatientia victus, quòd Magistratus Reipub. nunquam deueniebat ad finem administrandi

nistrandi sibi ius, & iustitiam super quoddam iure sibi prætenso aduersus Rempublicam abstulit per vim, non tamen armatum libros priuatos ex Archiuio publico in quibus nomina debitorum scribebantur eo animo vt tandem incitaret eundem Magistratum ad administrationem iuris. Queritur an sit puniendus pœna l.Iul.de Peculatu, vel pœna arbitraria.

Accusans aliquem de furto, & non probans se possedisse rem furatam tempore prætensi furti, & furem eam surripuisse animo furandi est condemnandus in expensis, & Reus absoluendus Borgnin.decis.16 Par.5.fol.63.

Fur, & latro est impetrans beneficium viuentis Rebuff. De Repub.beneff.uiuent.impetrati Glos.7.nu.100.fol.537. vers.2. Pœna est.

Cogitatione sola non committitur furtum Odofred.in l. 1.ff. furt.

Fur manifestus est, qui deprehenditur antequam perueniat ad locum destinatum, & tenetur furti manifesti in quadruplum actione prætoria, fur non manifestus, qui postea conuenitur, & tenetur in duplum vtraque tamen infamat Odofred.l.furtum, & in l.non potuit. ff. eodem.

Furti actio non augetur assidua contrectatione furis. Puta aliquis rem subtraxit furtiuam; Hodie fit furtum; & nascitur actio, si cras contractes, non fit furtum text. in l. si qui. vers. Odofred.ff. eodem.

Auferens arborem de fundo meo tenetur furti text. in l. Impuberem.§.eorum nomine.ff.eo.& l si certe. ff. eod.

Arbores ex aliena arbore surripiens non tenetur furti, quia in nullius bonis sunt l.si apes.ff. eo.

Tabulas, vel cautiones furans ad quid teneatur. l. Qui tabulas.ff. eo.

Fugam persuadens famulo alieno cum rebus Domini tenetur furti.l Qui seruo.§.Idem Pomponius.ff. eodem.

In furto non requiritur factum, sed causa faciendi l. Verùm.ff.eo.& hęc Regula ad mul a deducitur.

Captus ab hostibus rediens furti agere potest pro rebus sibi subtractis tempore captiuitatis l.si cum quis.ff.eo, quādo iure postliminij fingitur non captus fuisse, vnde sicut antea habebat actionem, ita & nunc.

Actio noxalis captiuitate extincta renascitur captiuo reuerso contra eum l. si cum quis. §. si quis post. ff. eodem.

Actione furti tenetur qui solui falso procuratori iubet l. si iussu. ff. eo.

Rem meam tamquam tuam tibi tradebam, & tu sciens tuam non esse accipiebas animo lucrandi teneris actione furti d. l. iussu. §. si rem. ff. eodem.

Vsufructuarius, & proprietarius simul actionem furti habet l. inter omnes. §. si seruus. ff. eodem. Puta in seruo vsumfructum habebam, alter nudam proprietatem, si seruus fuit furto subtractus vtrique datur a... furti, & erit diuidenda vt mihi detur ad duplum mei vsufr... Alteri ad duplum proprietatis.

Furtum non facit qui scit vbi est fur, siue indicet eum siue non, nam non est differentia inter eum qui celat, & inter eũ qui non indicat l. qui §. qui furem. ff. eodem.

Nummi an sint furtiui ex re furtiua vendita redacti tex. in l. Qui vas. §. fin. ff. eo. vbi fur vendidit rem furtiuam, nummi non erunt furtiui, ideo si hi nummi auferantur ei habet actionem furti, & de vi bonor. rapt. & sic pretium rei non erit furtiuum quantum ad hos, & ideo non succedit loco rei, alias sic.

Creditor non habet actionem furti pro re debitoris surrepta, quæ ei non fuit sublata l. Interdum. ff. eo. Interesse singulare duplatur in actione furti. l. in furti actione. ff. eo. In condictione furtiua, secus. C. condict. furt. l. si seruus in prin.

Actio furti non tollitur si Res surrepta deterior efficiatur. l. in furt. §. sed etsi Res. ff. eodem.

Vxori alicuius si quis præbuerit consilium, & opem ad furtum faciendum tenetur actione furti. l. si quis vxori. ff. furti.

Si creditor post solutam sibi pecuniam non reddit pignus, & tenet animo contrectandi committit furtum. l. si quis uxori. §. cum creditorem. ff. eodem.

Si ego volebam mutuare pecuniam Titio honesto viro, & diuiti, & tu subiecisti mihi alium Titium pauperem, si ei dedi mutuo teneris mihi si conscius fuisti fraudis, vel si ope & tuo consilio, id factum est Hic facit furtum l. si quis vxori. §. cum Titio. ff. eodem. Vnde iux. tex. deducitur, quod aliquis

quis decipitur in persona, aut in causa si in persona puta credidit dare Titio vti diuiti,& dat pauperi, si Titius committit dolum, & alius fratrdem adhibet vterque tenetur furti, sed si aliquis non committeret fraudem, vel labitur in causa,& cessat furti actio l. Quoniam.ff.condit. furtiua.

In actione furti venit extrinseca vtilitas.l. si quis vxor.§. si seruus, qui ubi non tantum estimatur pretium serui subtracti.Imò & hæreditas ei delata, idem in actione. l. Aquiliæ l. Inde Horatius.§.primo.ff.ad l. Aquil.

Occidere non licet furem de die inuentum nisi talis se defendat, & dicitur telo se defendere siue lapide, seu fusti se defendat,sed nocturnus sic cum clamore tãtum l. si pignore.§.furem.ff.eodem.

Creditor rem furtiuam pignori accipiens non facit furtum.l.cum creditor.ff.eo.

Commodans rem si eam subtraxerit non arguitur furti nisi impensas fuisset.l. si filiofamilias.§. si is qui.ff.eodem.

Si creditor rem sibi obligatam vendidit cum de vendendo nihil conuenit, seu vel vendidit antequam dies venditionis venerit facit furtum l. si is qui. ff.furtis.

Fur pro re quam surripuit furti agere non potest l. Qui re sibi.§.si quis alteri.ff.eodem.

Si dedit tibi aliquam rem inspiciendam eo pacto, vt de periculo tenereris si tibi subtrahatur ages furti.l.Rem inspiciendum.ff.eodem.

Saccum pecuniarum plenum subtrahens an furti nomine teneatur etiam pro sacco tex.in l.Qui saccum.ff.eo.

Debitor si pignus surripuit, & conuentus est actione furti condemnatur in duplum,& quid furti actione soluerit nõ repetere,l. si debitor.ff.eo.

Venditor serui si ante traditionem ei subtrahatur habet actionem furti.l. si vendidero.ff eo.

Si testator reliquit optionem seruorum mihi,& egi actione ad exhibendum vt familia exhibeatur, postea vnus ex seruis subtractus est. Cui datur actio furti dicit tex. in l. si vendidero. ff. eo, quòd hæredi non autem mihi.

Si alicui Ciuitati subtrahatur pecunia ei, datur actio furti si ciuitati Romanorum tenetur crimine stellionatus l.

ob pecuniam ff. eo. l. Vnica C. crimin. peculat.

Furi exportanti rem auferens tenetur vnde vi vid. Salic. in l. si quis in tantum num. 9. C. vnde vi.

Seruum fugientem, vel furem tenetur quilibet indicare Salyc. in l. si seruus nu. 1. C. His qui ad Eccles. confug.

Furtum non committitur in re hereditaria ff. eo; cum tamen videretur, quod deberet committi, cum videatur ratio quæ in re viuentis, cum sit Regula, quod hereditas repræsentat personam Domini defuncti §. seruus autem Instit. hered. instit. l. hæreditas ff. acquir. rerum domin. Respondetur tamen non esse eandem rationem, & dum dicitur quod cum furtum sit contrectatio rei alienæ inuito Domino l. 1. ff. eodem oportet, quod reperiatur verè Dominus, quo inuito fiat contrectatio, & in hoc hereditas non sustinet personam Domini Boss. de furtis nume. 21. vers. Res hæreditaria.

Factum à creditore debitori quando sit prohibitum, aut permissum vid. Ioseph. Ludou. Decis. 1 lucensi. per totum, & est insignis locus in materia.

Furtum non connumeratur inter casus fortuitos vid. Hier. Magon. Decis. 2. spect. Io. Baptista vide supra.

Fur depræhensus, vel aliter si dicat quod accepit animo restituendi an ei credatur Boss. de furt. nu. 43.

Habens nudam detentionem accusat de furto si illa subtrahatur idem num. 44.

Fur non dicitur remissionem consequutus qui vult satisfacere nisi passus furtum expræssè, vel tacitè remittat Boss. de remed. ex sola clement. Principis nu. 28.

Furtum præsumitur, seu animus furandi vbi non apparet causa in contrarium Boss. vbi supra num. 8.

Furti Mediolani agi non potest, quando Res habet originem à contractu depositi Boss. tit. De decreto Mediolani num. 3.

Furti domestici magni, causa contra vxorem vel filium agi non potest licet iudex per inquisitionem procedere possit, & punire idem num. 27.

Et an pro tribus furtis domesticis possit quis suspendi num. 28.

Testamentum furto subtrahens incidit in falsum idem, num. e.

nume. 34. Et quid in subtrahente instrumentum an veniat in statuto dicente si quis furtum fecerit rei excedentis, & cap. num. 53.

Coniecturis probatur furtum quando agitur ciuiliter Boss. tit. De delict. nu. 20.

Enorme dicitur furtum, etiam si de modica re, quando ex eo sequitur tumultus Boss. De furt. nu. 60.

Legatus, captus, & spoliatus in itinere an recuperet damna à Domino eum mittente Laud. in tract. De Princip. tit. De legat. concl. 6. Felyn. cap. fin. de test. col. 2.

Pro furtis domesticis placet mihi obseruantia Senatus grauius plectuntur ob fidem quæ à Dominis simul ibus habetur de qua apud Bos. eo tit. nu. 25. vers. quod Senatus.

Statutum, quod si quis fur an comprahendat fœminam vid. Alex. in conf. 135. col. 4. vol. 1.

Emens rem ab hostibus per eos subtractam quando possit eam sine pretio habere secundum Decretum Mediolani Boss. eo tit. num. 51.

De receptatoribus furum plura apud Boss. tit. De rapin. num. 33. cum seqq.

Actio bonorum raptorum, & furti datur hæredi eius qui rapinam, vel furtum passus est, & an detur contra hæredem furis, seu raptoris Boss. tit. de rapin. in fine.

Rapina est crimen publicum Boss. tit. De rapin. nu. 14.

Nominare tenetur eum à quo rem furtiuam habet vt furti suspicionem vitet l. inciuilem C. furt. Bart. in l. fin. col. 2. ff. qq. & qui falsa instrumenta habet pœnes se præsumitur falsarius, nisi nominet à quo habuerit l. maiorem C. fals. Marsil. conf. 52. nu. 33. Idem si liber hæreticorum reperiatur apud aliquem præsumitur hæreticus Roman. singul. 322. Archidiac. cap. fin. 24. quæst. 2.

Venditio rei furtiuæ non tenet in præiuditium Domini l. si in emptione §. Item si emptor ff. contrahen. empt. sed Dominus rem repetere potest etiam sine pretij restitutione d. l. Inciuile nisi nomine Domini emisset Cepol. cent. 10. si quis emptorem mouet vt protestetur, quod nomine illius cuius est emit, & quandocumque restiturus est pretio suo recepto Hostien. in summa de Pœnit. & Remiss. §. vltimo, vers. Quid si rem deprædatum, quod est verum quando

do emisset palam, & in latronibus, vel armigeris qui eam deferebant, & antequam ad Dominum peruenisset alias secus l. Mulier ff. empt. & postlim. reuoc. Alioquin receptatores dicerentur se nomine Domini emisse, & semper haberent pretium, quod dicendum non est consilium ergo Cepolæ serua tribus concurrentibus. Primò, quod res nomine Domini emetur. Secundò. Quòd emetur à latrunculis, vel ab alijs quibus non potest resisti. Tertiò. Quòd ad vtilitatem Domini fecerit.

Fur, & latro à testimonio ferendo arcentur notatur in c. ex parte de testibus.

Furis bona sunt tacitè hypothecata Domino pro restitutione Rei furatæ etiam contra hæredem delinquentis, vel contra quemcumque alium bona possidentem, & hoc ex equitate iuris Canonici tenet Bald. in l. furti C. furt. arg. Cap. Parochianus de sepultur. licet de iure ciuili non inueniatur hæc obligatio Negus. de pignor. 4. mem. 2. par. nu. 124. in nouo casu, & licet hæc disputatio de raro contingat quia fures moriuntur mendaci, & quò plus furantur eo pauperiores sunt, attamen hoc anno in facto habui in causa cuiusdam pistoris qui domum reliquit in hac ciuitate, ad quam egit actione hypothecaria Dominus cui furtum commissum est, & fur suspensus in vico aurificum in quo apothecam spoliauerat quæ erat mercatorii de Pulicibus hoc anno 1608.

Furem qui furatus est Hospitali eripiétes per vim ex Ecclesia an sint puniendi vti turbatores iurisdictionis Ecclesiæ Ang. de Cast. inter cons. Paul. de Castro patris sui 458. viso casu lib. 2. Conclud. non esse puniendos, & iure eum potuisse ad mortem condemnari.

Fur qui Res alibi subtractas furto contrectauit, & exposuit venales iux. Cœmiterium Monasterij ad duos passus, an dicatur nouum furtum contrectare Disput. Angel. de Castro dicto loco, & dicit eum non esse tutum, & posse inde extrahi, quia hic videtur deliquisse animo gaudendi immunitate Ecclesiastica.

Ad formandam inquisitionem de furto non est necesse, quòd præcedat diffamatio sed sufficit habere indicia vt per Crottum cons. 36. in causa lib. 1.

Fur

Fur de iure Diuino punitur in quadruplum, etiam simplo non computato puta, quòd pro vna oue furata restituat quattuor Plot. ad cons. 24. Scire quæritur.

Fur etiam sine re furata repertus extra territorium furti commissi debet capi, & puniri in omni parte mundi respectu pœnæ iuris Diuini, vt restituat rem furatam cum quadruplo, aut venundetur licèt respectu pœnæ statutariæ loci furti commissi non possit conueniri extra territorium Plot. cons. 24. Scire in fine.

Clericus qua pena pro furtis, & latrocinijs puniatur vid. Farin. in suis fragmentis positis post tract. de furtis in littera Clericus nu. 316. incip. Clericus pro furtis fol. 58.

Cingani puniuntur pro furtis nec valet statutum in contrarium Plot. cons. 56. nu. 27.

Furi depositum restitui debet nisi bona sua sint confiscata, vel nisi Dominus petat sibi rem restitui Bald. in C. depos. per l. Bona fides ff. depos. in rubr. actio tertio contra depositarium furti fol. 92.

Furti actio non potest purgari per restitutionem rei furtiuæ factam Domino, idem & in emptore restituente ante iudicium motum Bart. in l. hoc edicto ff. Public. l. sed si vnius §. si ea mente ff. iniur. l. Non prodest ff. vi bon. rapt.

Fur in foro conscientiæ non tenetur ad penam dupli, vel quadrupli Bald. in l. Quibus diebus §. Dominus in fine ff. cond. & demonstrat. & in l. Pen. in fine C. furt. Roman. in Rubr. de Arbitr. in fine. Vasq. de controuers. Ill. c. 28. n. 9.

Non repetit expensas equi, vel Rei furtiuæ factas ab eo Glos. & Bald. in l. si inuito C. infam. expos.

Confessus potest ex eodem processu condemnari ad interesse partis Bald. l. 2. in fine C. edendo. Innoc. in c. omnimodam de accusat.

De fure qui se in carcere veneno perimit an sit suspendendus Bart. in l. 2. C. qui test. fac. poss.

Fur punitur si constet de furto, licèt non constet de persona furtum passa cuius nomen ignorat fur, vel iudex Bald. auth. sed nouo iure C. furt.

Furans res Ecclesiæ vel Clericorum punitur in vtroque foro Ecclesiastico seu seculari Dec. in cap. cum sit generale de foro compet. 24. q. 3. si quis de.

Furti actio datur pro consilio dato ad furandum Bald. l. 2. col. 15. C. seruit. & aqua. Quòd verum est si furtum factum est alias non, specul. de Accusat. §. fin. vers. sed quid si.

Furtum cum facile absque culpa euenire non possit, onus probandi culpam abfuisse incumbit ipsi Reo Alciat. cons. 153. num. 2. to. 2. lib. 5.

Amisisse furto allegans qui accepit sacculum pecuniæ perferendum ad aliquem probare debet aliàs non crederetur Alciat. dicto cons. 153.

Contra Ecclesiasticos non tantum agi potest criminaliter, sed & ciuiliter Alciat. cons. 16. num. 8. tomo 2. lib. 7. & ciuiliter punitur in duplum ibidem nu. 16. & ad restitutionem Domini, & condemnatus erit notatus infamia ibidē.

Furtum primum quando in loco executionis commissum est, an habeatur ratio aliorum extra territorium perpetratorum quo ad pœnam augēdam Velpel. cons. 146. n. 6.

Furtum plurium rerum nullo temporis interuallo à varijs Dominis factum an plura furta censeantur Pet. à Plaz. cap. 1. nu. 20. De epit. delict.

Occultatio Rei furtiuæ emptorem de scientia suspectum facit Velpell. cons. 149. nu. 11. Et furtiuæ rei ignorantia iuramento probatur ibi nu. 13.

Propter necessitatem furtum quando dicatur commissum Cagnol. in l. Quæ propter necessitatem ff. reg. iur. nu. 5. & seqq.

Fur qui rapuit rem meam, an post mortem meam possit accusari ab hærede meo Bald. l. vnica n. 38. C. Ne ex delicto defuncti lib. 6.

Fur per interitum rei furtiuæ an liberetur Alber. l. Parum refert num. 1. ff. cond. furt.

Insolidum tenentur fures plures simul furantes Bald. l. 1. nu. 1. C. condit. furtiua.

Furtum præsumitur in dubio quòd fiat ex mala custodia Bald. in l. cum duobus §. in eruenda nume. 3. ff. pro socio, & à conuersantibus in domo ex Bald. in l. Dominus horreorum ad finem ff. loc.

Præsumitur furtum committere qui inficiatur rem habitam ostendere Bald. in l. si rem ff. præscr. verb.

Furtum non dicitur offensa in personam, sed violentia

Bald.

Bald. in rubr. fol. matrim. nume. 8.

Furtum oriens ex contractu an possit puniri vel non Alber. in l. inficiando num. 5. ff. furtis.

Furtum passus ducens furem ad Iudicem ciuilem videtur actionem ciuilem amplecti, & criminalem remittere Alber. §. Qui furem nu. 2. ff. furt. fol. 150.

Furtum facit qui mala fide rem neglectam apprahendit Alber. ibi fol. 147. num. 2.

Furtum non committitur in violentia compulsiua, sed ablatiua l. si cum vid. Alber. nu. 20. ff. eo quod met. causa.

Abscundens furem, vel iter denuncians an teneatur Alber. super Rubr. ff. cond. furt. ob turp. causam nu. 4.

Opem ferens furi manifestè minus punitur quam fur Alber. in l. is qui opem nu. 1. ff. eodem.

Fortuna Fęlix non excusat furem puta si quis furatus sit scrinium in quo litteræ sunt repertæ proditionis Reipublicæ, hoc patefacto non euitat pœnam furti, quia habuit animum furandi & fortuna quæ fuit fęlix, non debet attendi Fęlin. in cap. 1. nu. 17. extra de præscript.

Libellus an procedat in quo narratur, quod talis animo furandi, & contrectandi &c. celauit, & subtraxit tot res, & bona quæ ascendunt ad estimationem ducentum ducatorum saluo errore calculi Bald. cons. 238. in 2. parte.

Institor amouendo dolo, malo, res quas recepit à Domino facit furtum idem Bald. dicto cons.

Recipiens à fure rem furtiuam an dicatur committere furtum Bald. cons. 376. in 3. par.

Receptator Rei furtiuæ an dicatur fur propriè Bald. cõs. 48. in 3. par.

Statutum, quòd pro tertio furto quis ad furcas condemnetur declaratur à Bald. cons. 348. in 5. par. & 247. in quinta par.

Depo sito vtens quando dicatur committere furtũ Bald. cons. 355. in 3. par.

Qui iusta ratione credit se Dominum, & ideo vi capit, aut clam surripit excusatur à furto Bald. cons. 353. in 4. par.

Mandans aut consulens furtum non tenetur Alex. cons. 123. lib. 4. num. 6.

Furtum si appareat licet persona iudici sit incognita cui

furatum

furatum est nihilominus debet puniri Alex. conf. 33. num. 1. lib. 6.

Furtum non est propriè damnum, sed impropriè Alex. conf. 166. num. 3. lib. 2.

Confitenti furtum an sit credendum super conscientia aliena in accusatione, & quando fallat vid. Steph. Bertran. conf. 268. viso processu vol. 3. fol. 122. Et in epitome, sic dicit accusationi furum de se post periurium confessorum nō adeo creditur, vt ideò accusatus possit quæstioni subijci.

Res furtiua impræscriptibilis est donec vitium purgetur l. vitia C. acquir. possess. l. sequitur §. si tu vi ff. vsucap. & nisi res in potestatem Domini reuertatur in quem purgatum erit vitium d. l. sequitur §. tunc in potestatem.

Furtum licèt per iuramentum probari non possit cum nō sit conueniens de domo accusatoris probationes procedere sed de eo constare debet l. qui tabulas l. cum furti ff. eodem, tamen postquam de eo constiterit; interesse seu rei ablatæ restitutio per partis iuramentum probabitur Io. Fab. in l. vnica C. sent. quæ pro eo, quod interest proffer. per l. si quando C. vnde vi ubi Plot, præsertim quando vera rei æstimatio probari non potest aliter quàm per iuramentum, oporteret tamen Iudicem prius taxare, etsi vltra quàm taxatum est iuretur per partem rem licebit iudici secundum iuramentum rem æstimare l. sciendum §. sin autem hoc C. iure deliber. ibi qualitate eorum Sacramento res accipientium manifestanda etiam taxatione à Iudice statuenda, & sic tria copulatiuè requiruntur.

Alterum quòd de crimine, seu delicto constet.

Secundo. Quòd difficile sit rei æstimationem probare.

Tertio. Quòd Iudex pro personarum, & negotij qualitate rerum æstimationem faciat, & mox iuramentum deferat, quæ omnia exponuntur in dictâ l. si quando Felin. in cap. veniens de test. in vlt. not.

Fures arborum perinde ac latrones puniuntur l. 2. ff. arbor. fur. cæs. igneus in l. 1. §. si tibi manus ff. ad Syllan. conf. num. 122.

Domesticus fur homicidæ similis est Salomon Prouerb. 28. qui subtrahit, inquit, quicquam à patre suo, & matre, & dicit hoc non esse peccatum, particeps homicidij est.

Furtum

Furtum verbis, aut scriptura fieri nequit, sed actu ipso perpetratur l. si quis vxori §. si ex duobus socijs ff. eodem l. lex Cornelia §. 1. vers. inter pulsationem ff. iniur. Igneus l. 1. §. si vnus nu. 42. ff. ad sen. cons. Syllan.

Finita locatione si res mobilis detineatur committitur furtum Ruin. cons. 59. num. 9. lib. 1.

Furtum simplex infamiam non irrogat Car. Ruin. cons. 56. num. 5. lib. 5.

Fur ex sola furti confessione condemnari potest, etiam si aliter de eius commissione non constet quod in alijs delictis secus est Ruin. cons. 89. nu. 6. lib. 4.

Furtum an dicatur casus fortuitus, & creditor pœnes quem pro cautione sui crediti aliquod pignus repositum est an teneatur pro furto in tali pignori commisso Ceph. cons. 640. Magnificus lib. 4. intende lector, & letaberis.

Fur vsuras an soluere teneatur Henr. Boich. cap. suam de vsuris.

Indicare furem an quis teneatur uid. Henr. Boich. cap. qui cum fure de furtis latè disputat hunc articulum, & concludit, quod aut queritur an quis teneatur indicare furem ad instantiam partis, aut ex officio, & dicit quod non, cum licitè accipietur pretium pro indicatione, aut ad instantiã Iudicis qui tenetur purgare Prouinciam facinorosis hominibus, & tunc tenetur indicare, ceterum melius distinguit nu. 6. vers. Ego verò Henricus credo.

Fur condicit dolum vt non reueletur, si ille indicauit seu reuelauit Henric. dicto cap. qui cum fure vers. 7.

Naufragium passos qui spoliant excommunicatur And. Gay. lib. 1. obser. 18. In quibusdam nu. 3.

Furtum committit qui feras inclusas muro, vel sepe morte capit, aut aufert Natt. cons. 375. nu. 9. Gayll. obser. 68. de fructibus nu. 12. lib. 2. pract. obseruat.

Venantes in alienis Syluis an furtum committant, & an puniantur ibidem num. 10.

Occultans animal alienum an teneatur furti actione Ang. in l. qui ea mente nu. 2. ff. furt.

Furtum committit qui vendit rem pignori datam licet Dominus sit Ang. in l. si is qui ff. eodem.

Item creditor locando alteri pignus debitoris l. si pignore nu. 1. ff. eodem.

Com-

Commodans pigiiora graniora idem l. si quis vxori §. si maiora ff. eo

Fur non liberatur reddendo rem deterioratam Angel. d l. in re furtiua ff. cond. furt. §. si ex causa nu. 2.

Furti pœna an teneatur qui se facit nuncium, vel creditorem alicuius cum non sit, & postea recipit ab illo, vel dicit se esse Titium, cum sit secus Angel. l. quoniam furtum nu. 1. ff. cond. furt.

Dolus requiritur in furto l. creditor ff. eodem vid. Angel. in l. singularia nu. 5. ff. Rel. cred.

Furti pœna dupli an teneatur qui furatur animal mortuum, & postea furatur corium, seu pellem illius animalis l. si seruus §. cum autem ff. cond. furt. vid. Ang. nu. 2.

Furtiuam rem capiens à fure per vim propria auctoritate an & quando possit puniri Ang. in l. extat ff. quod metu causa num. 8.

Furtum non probatur per vnum dicentem, quòd vidit aliquem exeuntem è domo cum vno fardello subtus clamidem si nesciat dicere quid deferebat Ang. in l. Non est verisimile nu. 7. ff. eo quod metu causa.

Occidi quando fur diurnus, & nocturnus possit Caball. in tract. homicid. nu. 20. 21.

Fur an, & quando teneatur pro toto vel pro parte furata Angel. in l. Vulgaris nu. 4. ff. eodem.

Associantes fures, & facientes scortam ne capiantur, aut deprehendantur in furto nō sunt proprie fures Angel. in l. num. 1. ff. cond. furt.

Furtum non committit qui tollit illud quod comperuit iacens in terram, quod nullius est, idem si sit alicuius si eam inuenit absque custode Angel. in l. falsus creditor §. Qui alienum ff. eodem.

Cōductori competit actio furti pro fructibus furto subtractis l. si apes §. item constat vide Ang. num. 2. ff. eodem.

Infamis non efficitur fur si rem subtractam restituat Castr. in l. Athletas. §. item si quis nu. 5. ff. Infam.

Nouum furtum circa eandem rem an, & quando committatur l. si seruus vid. Castr. nu. 21. ff. cond. furt. & in l. siue manifestus §. tandiu nu. 11, & 14. ff. eodem l. si abducta num. 4. 5. 6. C. furtis.

An

An quis possit teneri vti fur, & opem præstans furto Castr.l.Reos promittendo nu.3.ff.Par.Reis promitt.

Furtiua Res dicitur affecta vitio Reali, quod impedit eã vsucapi etiam per bonæ fidei possessorem cum titu o, quousque vitium furti sit purgatum, & quando dicatur purgari Castr.l.1.nu.4.6.10.C.ser.fugit.

In pœna furti Dupli, seu quadrupli non continetur Res & sic est in mera pœna.l.Ancilla Vid.Castr.nu.6.C.furt.

Iudex potest retinere furem in carceribus vsque ad satisfactionem, vel solutionem non obstante, quod passus fuerit pœnam furti, vel fustigationis Molign.in tr ac.De retentione q.113.Incip.Iudex fol.65.

Re extante apud furem potest Dominus eam alienare, & dominium transferre, & qualiter potest hoc esse l. siue manifestus.§.tandiu nu.4. Castr.ff.condit.furt.

Occidere quis non potest furem rei vilis, neque illum ducere ad Iudicem Bald.l.1,in 2.col.ff.l ocut.Felin.c.2. De Homicid,

Furta plura an fiht, an verò vnum siquis pluries furetur totum l.vulgari s.ff.furtis nu.5. Angel.

Fur necessitatis causa quando excusetur Caball. de Homicid.num. 143.

Si plures furantur vnam rem potest agi contra vnumquemque insolidum, etsi vnus integram pœnam soluerit alij non liberantur, secus si condictione furtiua agatur, quia tũc vno restituente rem furtiuam cæteri liberantur l. Præses C.condict.furtiua.

Condictio an detur marito contra vxorem amouentem rem mariti, & è conuerso Corn.in Rubr.C.condict.furt.

Agi potest tribus modis contra furem. Primo. Ad recuperationem Rei furtiuæ quo casu agitur condit. furtiua, quæ dicitur actio concernens solum interesse Domini. Secundo ciuiliter actione furti per Dominum rei subtractæ, vel per alium cuius interest, quo casu actor consequitur pœnam, & si fur fiat manifestus consequitur actor quadruplum æstimationis rei subtractæ, si fiat fur non manifestus duplum in quo quadruplo, vel duplo non computatur valor rei. Tertio agitur contra furem criminali ter vt quando ageretur vt fur puniatur propter furtum Corn. in Rubr.C. cond.furt.

Furtum an facere videatur is qui rem alienat, vel ex alia causa tradit Caball. resol. crimin. cas. 292. num. 27.

Periculum rei furtiuæ pertinet ad furem si eam non obtulit l. Ante oblationem C. condict. furt.

Furta commissa à Colonis de segetibus tempore messis an sint punienda seu de vuis tempore vendemiæ Caball. resol. crimin. cas. 216. nu. 1. & 2.

Domesticorum furtorum materiam complectitur Caball. cas. 204. Resol. crimin.

Fur, & predo differt Alex. in l. si ex stipulatione num. 5. ff. acquir. poss.

Furtum, & expylatæ hæreditatis crimen quomodo differant Alex. in l. si quis extraneus nu. 2. ff. acquir. possess.

Præscribi possunt furtiuæ res per spatium annorum triginta, & quomodo Vid. Alex. in l. Pomponius §. cum quis ff. acquir. possess. nu. 10. 17, & in l. si vi, & metu C. His quæ vi metusuè causa fiunt.

Fur seu violentus rei alienæ raptor, occupator tenetur in animæ iudicio restituere rem etiam si ea perierit absque eius culpa, modò non foret eodem modo pœnes Dominum periturus Didac. Couar. in 2. Parte relect. §. 6. in Reg. peccatum de Reg. Iur. in 6.

Furtum in re communi an possit committi Caball. cas. 286. nume. 3.

Fur, & iniquus rei alienæ inuasor an possit in foro animę retinere expensas vtiles, & meliorationes deducere Didac. Couar. dicta reg. peccatum nu. 3.

Tenetur quis ad restitutionem ratione rei per eum possessæ quia aliena est licèt iniquè non acceperit, & quid de fructibus bona fide possessis perceptis Didac. Couar. lib. 1. fol. 581. nu. 3. relat. par.

Contra recipientes res furtiuas quomodo teneatur Vid. Rol. à valle cons. 400. viso lib. 1.

De raptore animalium differit Socin. sen. cōs. 109. vol. 3.

Furti in foro conscientiæ idem Socin. sen. cons. 102. vol. 4.

Circa probationem furti est lucullentum cons. Fran. Beccij 70. num. 13. 22.

Circa furtum pignorum quando præsumatur contra custodem, & Gubernatorem eorum, Vid. Statutum Medio-
lani

lani c.221.Camerarius Vers.fin.fol.75.atergo.in fine lib.1.

Domicellus, & familiaris qualiter teneatur pro furtis, vel rebus subtractis Vid. statutum sub cap.595. si contingat in 2. vol. fol. 162. Boss. tit. de consider. ante tort.n.54.

Clericis hæris non competere beneficium statuti de domicello sub cap.496.ex Decreto Senatus. Dixit ibi Carpa. num.4. In verbo Patronus, vel patrona licèt mihi contrarium videatur vnius, vt Clericus in fauorabilibus pro se possit frui beneficio statuti ex cap.cum Ecclesia de Cõstit.

Disposita per Statutum Mediolani sub dicto cap.496. & seq. locum habere vult aliud statutum sub cap.499. in Domicella, famula, bayla, vel nutrice, quæ tamen locum habent quando in domo Domini stant, & meritò quia masculinum concipit fęmininum in materia indifferenti, imò istæ maledictæ Ancillæ sunt proniores ad furandum earũ Dominis; ista autem statuta sunt in frequenti visu.

Confessus plura furta commisisse talis confessio non nocet sibi nisi de rebus subtractis appareat cons. crimin. 75. diuers. lib.1.nu.38. ideò praxis est, quòd iudex destinet nũcium ad se informandum de veritate facti sub nu.39.

Coaceruatio plurium summarum an fiat in furtis vt pœna veniat inferenda dicto cons.74. num.48.diuers.crimin. lib.primo.

Fur pro tertio furto puniri potest etiam si furta sint præscripta ibidem num.11.lib.1.diuer.crimin.

Fur an puniri debeat ea pœna, quæ reperitur in loco in quo deliquit cons.9.nu.26.diuers.crim.lib.primo.

Confessus furtum an debeat sine nouo processu condemnari ad interesse partis cons.31.num.26.lib.primo diuers. crimin.

Fur repertus extra territorium furti commissi absque re furata non potest puniri cons.133.nu.3.& 45.diuers.crimin. Debet tamen puniri respectu pęnæ iuris diuini,& restituere rem furatam cum quadruplo, licet respectu pęnæ statutorum loci furti commissi non possit conueniri extra Territorium ibidem nu.46.

Minori famoso furi an propter ętatem pęna legalis aut statutaria mitigari debeat cons.92.nu. 1. lib.1.diuers.crimin.

Fures commiſcentes pecuniam furatam cum ſua, An illius efficiatur Dominus conſil. 71. num. 71. lib. 1. diuerſ. crimin.

Furti actio an detur in rebus illicitè quæſitis, vt ex vſuris, & an furtum illarum habeat aliquam qualitatem annexam Ang. De Caſ. conſil. 92. nume. 12. lib, 1. diuerſ. crimin.

Prædo quis dicatur, & in quibus actio detur ei, & in quibus differat à fure, & qua ratione reſtituatur Vid. Ioann. And. cap. in litteris de reſtitutio. ſpoliat. nume. 20. & ſeq. q.

Qui furatur rem Sacram ab Eccleſia non eſt excommunicatus Ioann. And. in c. fin. de furt. per illum textum.

Furti ſuſpicione nō caret qui cum olim eſſet pauper poſt furatum pecunias expendit, maxime quando pecunia eſt eiuſdem formæ cui us illa quę dicitur furto ſubtracta Pariſ. conſ. 156. num. 36. 37. lib. 4.

Furtum quando incidenter deducitur leuiores probationes ſufficiunt idem dicto cap. 156. nu. 27. lib. 4.

Furtum dicitur commiſſum culpa paſſi damnum non cōprehenditur in ſtatuto loquente de emendatione damni, quod optime procedit in furto pecuniarum ſecus in furto equorum, & animalium ob diuerſionem rationis ibidem num. 22, & ſeq.

Furti præſumptio an ſit contra negotiantem Pariſ. conſ. 152. num. 32. lib. 4.

Furtum commiſſum à miſſo imputandum eſt mittenti, & actio intentata permittentem eſt ab ipſo præſeruanda idem conſ. 156. num. 40. 41. lib. 4.

Cuſtodis culpa præſumitur, & tenetur probare abeſſe culpam idem conſ. 156. num. 3. 4. 5. 6. lib. 4.

Habens pannes ſerem furtiuam ſi conſueuerit emere furtiuas res cenſetur id feciſſe, & tenetur furti Deciſ. Tholoſ. 151. num. 4.

Furtum, quod committitur Iudeo, vel vſurario leue eſt conſ. 33. num. 4. lib. 2. diuerſ. crimin.

Furtum an committatur de lapidibus, & cementis domus habitis pro derelictis affiict. deciſ. 321. nu. 5.

Furti tenetur qui ſupponit vnam perſonam loco alterius

rius Afflict. decis. 39. numer. 7.

Fur ex suo contractu, gesto super re furtiua potest agere sicut, & Prædo Socin. l. si a furioso nu. 7. ff. si cert. pet. per l. 582. bona ff. condict. indeb.

Fur de boue surrepto conuentus an possit corij æstimationem deducere quem Dominus ab extraneo consequutus est Raph. Fulgos. in l. si seruus furtiuus §. bonum ff. cond. furt. vbi distinguit hoc verum esse si hic extraneus habet causam à fure de ipso corio ita ut esset habiturus regressum contra ipsum furem puta quando emittet corium ab ipso fure, & de euictione sibi specialiter cauisset cum esset fur, & sciens aliter non agitur de euictione l. si fundus ff. euict. Ceterum si is extraneus non esset habiturus regressum cõtra furem non prodesset alteri, quòd alter eorum æstimationem præstitisset ita Raph. fulgos.

Furem semper in mora videri quomodo accipiatur Raph. fulgos. l. Qui furtum num. 1. ff. condict. furt. videlicet vt hoc habeat locum quo ad actionem furtiuam non autem quantum ad actionem ex ipso contractu.

Omnis condictio degenerat contra furem quando Dominus cui furtum commissum est, potest omni genere condictionis à iure non potest condicere Raph. Fulgos. l. quoniam num. 2. ff. condic. furtiua.

Fur contra furem agere non potest, quia non debet ex sua improbitate consequi actionem, conditionalem tamen, triticariam, & actionem persecutoriam habet vnde, & interdictum, vnde ui, ei non datur tamen actio ad exhibendum licèt sit persecutoria, quia exigit interesse iure Dominij, vel usufructus, vel interdicti, Fulgos. in l. in hac actione §. si mecum ff. ad exhibendum.

Periculum rei furtiuæ, quod non redditur Domino, furi spectat, adeoque furtiua res etiam, quòd præscripta sit peti à iure per Dominum potest l. si condicatur vbi Raph. Fulgos. ff. cond. furtiua.

Ex furto serui, vel filijfamilias compétit conditio furtiua contra Dominum, vel patrem in id quod ad eos peruenerit l. si seruus ff. cond. furt.

In actione de vi bonorum raptorum quæ datur in quadruplum contra rapientem inest. simplum, & sic rei per-

secutio, vnde quia duplum non est in tota pęna secus in pęna furti manifesti, quia quadruplum est tota pœna, & de ratione diuersitatis vid. Ias. in §. ex maleficijs num. 17. Instit. Action. Non tam grauius punitur fur manifestus, quã violentus raptor quia fur manifestus extra ordinem tãtum punitur l. fin. ff. furtis, at raptor si cum armis tenetur l. Iulia de vi publ ac deportatur bonis ablatis; si sine armis tenetur l. Iulia de vi priuata, & punitur tertia parte bonorũ, nec actio vi bonorum raptorum tollit iuditium criminale, ergo raptor grauius punitur, & dicitur grauius puniri quãdo quis per maiorem pœnam vocatur, Appostill. ad litteram F. ad dictum §. ex maleficijs, & cum raptor magis puniatur respectu Fisci, quàm fur manifestus, æquum est vt mitius puniatur in pęna parti applicanda.

De actione furti manifesti tigni iniuncti arborum furtim cesarum, rerum amotarum plura apud Ioann. Crisp. de Montibus qui est positus per Ias. Instit. action. fol. 129. & de condict. furtiua fol. 176. à tergo vi bonorum raptorum fol. 165. serui corrupti qui contra eum, qui suo consilio hortatus est famulum ad furtum faciendum fol. 165. à tergo furti aduersus Nautas, Caupones, stabularios ibidem furti manifesti ibidem.

Si quis capiat furem non potest retinere eum vltra viginti horas l. capite quinto ff. ad l. Iul. de Adulter. alias incidit in pęnam l. 1. C. priuat. carcere.

Præscribitur pœnæ quadrupli in furto manifesto per annum, & post annum datur pęna ad simplum Crisp. De Mõtibus dicto vers. Furti manifesti cap. medium fol. 165.

Excommunicare potest Episcopus si furtum de nocte commissum est, omnes conscios nisi propallauerint Bald. cap. Præterea, quod est in ordine 40. titu. De appellat. nu. 11. vers. Quæro.

Fur si condemnatus est vtrum ex contumacia efficiatur mosus, ita quòd pro sequenti furto possit suspendi Bald. cap. 1. De offic. ordin. nu. 7. Dicit, quòd sic si est malæ famæ.

Creditor quando causa sui crediti possit furto subtrahere res debitoris, & qua pœna puniatur illis in casibus in quibus permissum non est ei sic furari Menoch. De Arbitr. Iudic. cas. 516. In Addit. fol. 12.

§. Pax.

PAx an dicatur rupta ex furto, quod postea commissum in Dominum cum quo facta est Pax Bald. in §. si quis quinque solidos de Pace tenen. num. 3.

Famosus fur, & latro dicitur qui tria furta commisit Tholos. Decis. 190. Intellecta.

Pœna primi, & secundi furti extraordinaria, & arbitraria citra mortem, & membri abscissionem ibidem nu. 5.

Non dicitur fur plura furta committere rem furatã per plura territoria deferendo ibidem num. 7.

Furem decipere quando liceat vid. singulariter Ioann. Fab. §. Iniuria instit. ad l. Aquil. nu. 8. 9.

Occidi impunè quando possit fur vid. singularem Theoricam apud Fab. dicto. §. Iniuria.

De furtis in casu conscientiæ vid. plura apud Summam Armill. in littera furtum Gab. Saym. lib. 11. c. 14. 15. tit. furtum, & Rapina, & cap. 16.

Furans vt restituat Domino an licitè hoc faciat, respondeo quòd vi detur vtiliter agere negotium furis, & cogitur ratum habere. l. sed an vltro. ff. negot. gest. facit in argumentum. l. bona fides. ff. deposit.

Inueniens rem alienam si eam non denunciat publicè furti tenetur. l. falsus. §. Qui alienum. ff. furtis.

De lignis, quę vis fluminis impulit in alienos agros an rapiens ea teneatur furti Feder. De feniscons. 107. Domine Francisce Abb. cap. cum dilecti de accusat.

Fur vendens rem furti sublatam acquirit pretium sibi licèt non transferat dominium in emptorem, & contractus valet, nisi tamen tempore contractus tam emptor, quàm venditor sciant rem esse furtiuam vid. Ludou. Molinam de contract. disput. 327. fol. 185. vbi plenè.

Fur qui negotiãdo ex re furtiua aliquid lucratur ad quid teneatur ibidem nu. 7. Caballin. De vsuris nu. 658. Vbi non reddit superlucratum.

Furtum commissum à familia vnius Domini, Dominus soluendo pro vno liberatur quo ad alios l. sic familia nu. 4.

O 4 & ibi

& ibi Car. Iun. vbi ponit quinque limitationes Iaſ. nu. 6.

Fur, & vſurarius, & ſimiles lucrantes in ludo, an reſtituere teneantur, & quando Molin. de contract. diſput. 518.

Furtum punitur etiam quòd res furata reſtituatur Domino, & quomodo procedatur quando res furtiua reperitur penes aliquem, & vtrum poſſit rei furatę Dominus accipere tantundem de bonis furatis abſque ſcrupulo Franc. Viuius deciſ. 146. fur. lib. primo.

Fur etſi rem furtiuam Domino reſtituat, actione tamen furti conuenitur Deciſ. Viuij 146. num. 1.

Fures nobiles de iure communi decapitantur, & non ſuſpenduntur ibi nu. 10. Contrarium tenui ſupra verum cum caſus contigiſſet in perſonam Domini Pagani inſignis furis, & Senatus ad furcas damnaſſet cum eſſet in affinitate cum diuerſis nobilibus fuit mutata pœna in decollationem capitis.

Heres verus, qui cum bona conſcientia non poteſt probare ſe heredem, poteſt res hæreditarias depredari, aut furari. Deciſ. Viuij 146. in fine lib. primo.

Contra nouercam matrimonio diſſoluto lex permittit agi furti per pupillum, & ſic actio famoſa l. prima. De his C. furtis ubi Odoffred. Viu. deciſ. 376. Dum tractatui nu. 1. lib. primo.

Fur, & Predo an poſſint agere commodati ratione rei furtiuę ab ipſis alii commodatę. Dic quòd ſic l. commodare l. Ita. ff. eodem, imo etiam quidam dixerunt dari rei vendicationem furi contra commodatarium, cum ipſi non liceat referre queſtionem Dominij contra furem à quo habet cauſam Azo in ſumma Rubr. C. commod. nu. 6.

Fur, vel Predo volens agere depoſiti ſi Dominus agat rei vendicatione potior eſt cauſa Domini l. bona fides ff. eodem Azo in ſumma depoſiti nu. 12.

Quid ſi fur apud proprietarium rem ſibi, vel filio, vel ſubtractam eo ignoranti delicti commiſsi rem deponat, certo nullum eſt depoſitum, & ſi proprietarius ignorans rem reſtituat competit ei indebitè dati condictio d. l. bona fides, quod ſit intelligo, vt condicat poſſeſſionem ff. cond. indeb. l. indebiti §. ſed ſi nummi non proprietatem, rem enim ſuam tradidit non tamquam ſuam ſed accipien-

tis esset, ff. cond. caus. data l. dandi §. subtilem.

Et an depositarius possit obijcere deponenti compensationem Azo in summa tit. Depos. num. 15. dicit quod non quia in deposito speciali est, vt nulla doli exceptio nulla deductio, nulla compensatio opponatur, etiam si ab vtraque parte fuerint res depositę rei enim fit primo restitutio, quia primus egit, & alteri integræ actiones seruantur l. pen. C. depos. Vid. Vincent. Caroc. in suo tract. Depos. in rubr. actio, Tertia contra depositarium furti per totum folio 92.

Subiecti Principi potest supplicare vt puniat Præsidem qui commisit furtum durante officio Auth. vt Iud. sine quo quo suffrag. §. Quis autem Prætor.

Furti actio an tollatur per actionem mandati intentatam, vel è contra Azo in summa in Tit. Pro soc. nu. 39. 40.

Commodati actione an tollatur actio furti, & è contrario ibi nu. 40.

Tempus præfixum intentationi actionis furti est perpetuum. §. furti inst. perpet. & tempor. act. Tempus autem in tentationi Vis bonorum raptorum: quo ad pœnam est annale l. 2. §. in hac actione l. Prætor ait §. Hæc autem actio ff. vi bonorum rapt. Lud. Roman. consil. 341. Inquisitio circa finem.

Concepti, & oblati furti mentio est in Instit. De oblig. quæ ex delic. nasc. Conceptum furtum dicit Gallius per lancem, & litium lib. 2. cap. 18. quia vt factum ait lib. 10. Qui furtum querebat in domo aliena licio cinctus intrabat lanceq; ante oculos tenebat propter matrum familias aut Virginum præsentiam, sed hæc in disuetudinem abierunt, & solum hodie supersunt duo genera furtorum, Manifesti, & non manifestum de quibus supra dictum est.

Furti manifesti actio perpetua est, Non manifesti autem anno finitur §. 1. Instit. de perpet. & temper. act. 10.

Damnatus hoc Iuditio notatur infamia à qua Præses Prouinciæ eximere non potest l. Non potest. ff. eodem, Potest tamen qui de re cognoscit ex causa hanc notam remittere l. Quid ergo pœna grauior ff. his qui not. infam.

Cum in furto id desideretur vt fiat animo lucri faciendi, nec alio modo contrectans lucrum facit l. Verum §. qui

Iniu-

iniurias ff. eodem, hinc sciendum est lucrum fieri, si quis rem amouit, vt alteri donet, vel commodet, quia species lucri est, ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi constituere l. si pignore §. 1. ff. eodem.

Furtum natura turpe, & inhonestum est l. Probrum ff. ver. signific.

Furti actio in quo differat à conditione furtiua & in condemnando ordinatim trad. Duaren. Tit. De cód. furt. c. 2.

Si species noua confecta sit ex re surrepta, an ueniat in actione, & conditione furtiua. Puta quidam surripuit mihi argentum deinde vasa quædam ex eo confecit, an ex vasa possim condicere aliud quam quod mihi surreptum est quam nulla surrepta sunt, sed tantum argentum, Hæc quomodo tractatur in l. Argumento quæ est 15. ff. cond. furt. leg. Vbi tenet condicere me vasa posse, quia pocula manent Domino ex cuius argumento facta sunt iuxtra Tex. in l. Adeo §. cum quis ff. acquir. rerum domin. Cum enim ex aliqua materia species noua conficitur, si ea species posset reuerti ad rudem materiã eius speciei Dominus est, qui Dominus erat eius materiæ.

Furtiua res cum perijt an sit locus conditioni furtiuæ, dic locum esse estimationi l. In re furtiua 8. ff. eodem nã licet res furtiua reddi non possit, soluitur tamen eius æstimatio; fur enim semper est in mora, ideo ab eo petitur æstimatio, & quanti interest non solum respectu damni emergentis, sed & lucri cessantis l. 3. ff. eodem, secus tamen est si ante interitum rei furtiuæ fur obtulerit rem l. parui ff. eodẽ. Per hanc enim obligationem purgata est mora furis.

Cui, & contra quem datur actio hæc, seu condictio furtiua quæ est tantum rei persecutoriæ; & quid si vnus soluerit an ceteri liberentur vide ibidem.

Depositarius in re deposita duobus modis committit furtum scilicet in re, & illius vsu. In re denegando eam restituere, vel alienando l. 1. §. si rem ff. depos. Alio modo vtendo simpliciter Caroc. Tit. de Depos. Rub. Hæc 4. condictio Par. 1. fol. 92.

Fur cum re furtiua in alieno Territorio repertus an possit criminaliter puniri disput. Lud. Peguerra decis. crimin 26. Incolas per totam.

Follen

Foller. in Pragmactica de censibus recenset omnes casus in quibus furtum non est punibile in Rubr. Nicolaus n. 211. Graniat. decis. 40. sub nu. 6. elicit quòd ex furto commisso tempore quo luditur in domo in qua luditur non competit actio furti.

Minores excusātur à pęna furti Grā. decis. 48. n. 12 fol 61.

Mandans furtum committi non punitur nisi furtum subsequatur Grani. Decis. 38. Magnifica nu. 13. vbi pulchrè.

Pęna quadrupli ex communi consuetudine abolita est Gomez §. ex maleficijs Instit. art. nume. 14. Clar. §. furtum vers. Pœna autem quadrupli.

Furta duo extra territorium commissa computantur ad tertium in Territorio cōmmissum, adhoc vt pro tertio furto suspendatur Clar. §. furtum vers. sed pone stat statutum.

Amplia primo etiam si per gratiam fuit ab his furtis absolutus Didac. cap. 10. nu. 2. lib. 2. vers. Resoluct. vers. sed quid si. Secūndo amplia, quòd esse distincta tam in tempore quàm in re idem Clar. vers. Quero an limita, quòd non habet locum in contrectante rem vnam per tres diuersas iurisdictiones Balb. Decis. 280. Bal. Angel. Fulgos. Salyc. in Auth. sed nouo iure C. ser. fug.

Arborem incidens an debeat, aut possit de Furto accusari Carol. Ruin. cons. 105. nu. 3. in 4. vol.

Papa non potest dispensare quominus restitutio possit fieri, imo debent Domino rerum furtiuarum Alex. cons. 1. in 2. vol. cap. cum tu de vsuris.

Inquisitio furti quæ, & qualia debet continere Socin. Senior cons. 8. in prima par. Corn. cons. 124 in 4. vol.

Vxor si furatur quādo vir laborat in extremis tenetur actione furti hæredibus viri Angel. §. Hi qui instit. De oblig. quæ ex delic. nasc.

Statutum de furto an habeat locum in raptore Brusat, cons. 94. num. 6. in principio.

Receptaus furem sine spe lucri non punitur Bursat. cons. 402. An dominus libro quarto.

Paria an sint vim, aut clam aliquam rem fuisse interceptam Ripa in l. Rem quam nobis in principio. ff. acquir. possess. tenet quòd aliud sit furtum, aliud rapina, quod patet ex diuersitate titulorum de furtis, & vi bonorum raptorum,

rum,& statutum in vno non extenditur ad aliud,& ex communi vsu loquendi, & vbi dicatur, quòd æquiparatorum idem sit iuditium respondetur id tantùm locum habere in casibus in quibus non est equiparatio, non autem extra illos casus.

Furtum, aut rapina non fiunt nisi possidenti, ideò ad probationem alterius ex his opportet probare possessionem Bald. cons. 98. ego, lib. quinto declarat duobus modis modis Ripa in l. rem quam nobis nu. 11.

Depositarius, & Commodatarius inficiantes depositum aut commodatum non priuant Dominum possessione furtum tamen faciunt; distinguendo tamen quattuor modis vt per Ripam dicta l. rem quam nobis nu. 13. 14.

Accusatio de furto vbi locum habeat Menoch. cons. 834. num. 15. lib. 9.

Pro furto commisso ante Baptismum an possit nunc quis dum est Christianus molestari Dec. cons. 139. num. 1.

Ciuiliter, & criminaliter agi potest pro rebus furto sublatis Dec. cons. 520. num. primo.

Furtum à seruo commissum quando dicatur à Domini voluntate pendere, & de eius voluntate factum Menoch. Recuper. poss. Remed. 2. num. 59. & in præs. 27. lib. 5. nu. 1. nu. 18. 19. & an æque puniantur.

Furti coniecturæ plures apud Menoch. De Præs. lib. 6. præs. 61. num. 20. & seq.

A forma pedis detegitur furtum, & an hoc indicium sufficiat ad torturam Menoch. de Præs. 31. præs. lib. 5. nu. 52.

Præsumitur commissum à Custode ob malam illius custodiam, & quomodo hoc sit intelligendum idem præs 31. lib. 5. n. primo, & seq. & an torqueri possit vt indicet furem.

Furtum non dicitur commissum in re sociali si Dominus eo utatur ad vsum destinatum Iac. Menoch. De Præsumpt. lib. 5. præs. 18. num. 4.

Furtum quando dicatur casu fortuito, & sine culpa custodis commissum, & quando à domesticis vxore, filio, idem Præs. 61. lib. 6. num. 37. & discurrit per multas considerationes ibi recollectas.

Res quando censeatur habita pro derelicta idem præsumpt. 30. lib. quinto.

Furto

Furto testibus probato creditur iuramento partis; de. scripturis furto commissis, & subtractis præs. 61.num.29 lib.sexto.

Manifestum ut sit furtum attenditur principium furti cō missi, & quare idem præs.17.lib 6.num. 5.

De receptante furem Menoch.præs.29.lib.5. num.35.36. Farin.q.143.cap.2.post Card. Tusc.

Res furto subtracta quando apud aliquem reperitur an is furtum præsumatur commisisse, tam vt sit locus pœnæ furti, quàm vt domino res ipsa restituatur Menoch. dicta præs.29.lib.primo per totum.

Emptor rei furtiuæ an teneatur ad restitutionem pretii si tempore quo emit protestatus est se illam emere, vt eam restituat domino suo, accepto pretio, Clar. §. furtum vers.sed hic incidenter.Gramat.in Theoremate 24. doctè hoc explicat, & concludit teneri eum ad restitutionem pretij rei furtiuæ nullo pretio recuperato, & in Theorem.98. lib.quarto.

Furtum an præsumatur ab inimico factum causa vindictæ, an lucri causa Farin.lib.3.crimin.q.107.nu.244.& seq.

De furto commisso in domo aleatoris pluribus agit Farin.q.109.fol.789. & seq.

De probatione furti per coniecturas, & quomodo excusetur Vid.Caball.cas.282.lib.2.Resol.crimin.

Occidi an possit fur nocturnus differit fac. Menoch.cōs. 1116.per multas lib.12.Vbi consuluit contra quosdam oppidanos qui occiderant quendam rusticum sub prætextu, quòd inflagranti deprensus foret, illum adi.

Receptatores rerum furtiuarum perinde puniuntur ac latrones decis.Lud.Peguer.cap.25.Martiano vbi vides multa ad eorum defensionem, & cap.36. Ad hanc quæst. uide Bertazol.cons.344.num.5.& 343.nu.7.440.nu.5.439. 266. nu.5.377.nu.5 cons.98.Vbi Claud.littera A. 116.littera B. 127.nu.2.150.nu.16.126.Menoch.de arbitr.iud.cas. 394. n. 95.Pet.Gregor.in Syntag.iuris uniuers.lib.37.cap.15.

Coniecturas tredecim furti colligit Menoch. præs.30. quas hic recenseo strictim. Prima in custode ob malam custodiam, & an possit torqueri ut furem indicet. Secunda.

Quando

Quando accusatus antea erat inops. Tertio. Quando expēdit monetam, similem illi, quæ furata est. Quarto. Quando is cui pecunia deferenda datur visus est ire per loca insolita, & inscia, Quinto. Quādo accusatus præter morem recessit è domo furtiua in qua erat familiaris. Sextò. Quando visus est ire donum cum fardello sub pallio. Septimò. Quando nocte visus est exire domum in qua furtum cōmnissum est. Octauò ex forma pedis. Nonò. Si res aliqua eius, qui accusatur reperta fuit in loco furti, puta vestis, telum, vel quid simile. Decimò. Quando scalæ repertę sunt ad specula domus in qua furtum commissum est, quæ postea visa sunt in domo alicuius. Vndecimo. Quando res furata afferebat commodum huic accusato tantùm, & non alteri. Duodecimò. Si repertum est aliquod instrumentum puta scarpellū aptum ad derobandum, vel clauis adulterina. Decimotertio. A vicinis, & solitis conuersari vid. Caball. cas. 282. Resol. crimin.

Pœna imposita ex quò inueniatur furari locū habet non solùm in eo qui hoc facere deprehenditur, sed etiam in cōuicto per testes Philippi Massin. solect. distinct. 15. distinc. cent. 1. num. 38.

Furtum an sit maius homicidio, vtile est scire ob quęstionem quam examinat Dec. cons. 65. & pro anni. De qua latè Farin. q. 103 nu. 18. Ampl. 36. vers. vide.

Furti pęna, quæ antiquitus fuerit, & qua hodie etiam debeat ad explicationem Auth. sed nouo iure. C. ser. fugit. & de varijs furti speciebus, & confutatur opinio tenentiū pro furto multiplici, quem esse ad mortem plectendum Gasp. Ant. Thes. lib. 1 qq. Forens. q. 3. furti pęna.

De sacrilegio differit multa eruditè dictus Thesaur. q. 80. nu. 23. cum seqq. vbi habes pęnas illorum, qui res sacras, vel in loco sacro furantur. Quòd res non fuerit consacrata: Quid si furtum rei sacræ fiat in domo priuati. Quid si fiat in domo Principis de re priuata, ad ibi dicta me remitto.

De furto per incognitum nuncium commisso an is, qui rem ei bona fide dedit Thesaur. q. 62. Nuncio falso qq. Forens. Vbi multum vtiliter hoc expendit.

Si quis de manu nūmos mihi excusserit, & illi perierint in eo quod perierunt vt ad aliquem peruenirent puta si in flu-

flumen, vel in mare, vel in Cloaca ceciderint, & tunc datur actio iniuriarum. Quod si ad aliquem peruenerint opera, & consilio, furti agendum est, & in factum etiam actio dari potest tex. in l. si seruus. 1. si quis de manu. ff. ad l. Aquil. & in l. Qui seruandarum. §. Sed etsi calicem. ff. præscr. verb. & in §. Interdum instit. Act. quæ ex delic. nasc.

Fugare oues vt alius capiat fur est Pet. Greg. lib. 37. vniuersi iuris cap. 1. num. 34.

Debitor falsus dolosè pecunias accipiens animo lucrandi tenetur furti, & quid si aliter de debito constare potest, & quibus casibus teneatur vera pœna furti, & quando etiã ob lacerationem, vel cancellationem dicti Chyrographi teneatur falsi Bertazol. conf. 129, & ibi Claud. in littera B. vers. est alia quæstio.

Fur præsumitur qui semel furtum commissit, & vicinus erat loco furti Bertazol. conf. 40. nu. 19., lib. 1. Et qui fregit capsam, & postea resarciuit præsumitur fur earum rerum quæ in arca deficiunt idem conf. 213. Qui scit secreta domus in qua furtum commissum est, potest inquiri, & torqueri ibi nu. 2, & si primò erat pauper, & nunc habet pecunias vt supra dixi Bertazol. conf. 213. Reducitur nu. 5.

Furtum an committatur in thesauro Aret. in speculatiua metu vel custod. causa disposita Menoch. conf. 834, & si lib. 9. Et fuit consilium redditum pro amico meo Io. Baptista Arsagho, seu de Ripalta, qui postea hæredem instituit Egr. Quæstorem Clementem Arsagum.

Furtum satis dicitur commissum ab eo qui putat se contrectare inuito Domino, etiam si Dominus verè nescit Menoch. ibidem num. 23.

Iniuriarum actio datur accusato indebitè de furto Ludouic. Morotius qui consuluit in pulchro casu contra Hebreum in responso 7. num. 4. Bertazol. conf. 434. nume. 7. lib. 2. crimin.

Furtum quando dicatur casus fortuitus, & creditor pœnes quem pro cautione crediti sui aliquod pignus repositũ est an teneatur pro furto in tali pignore commisso Ceph. conf. 640. Magnificus lib. 5.

Rapiens per vim rem à fure subtractam, & eam deferens Iudici nec fur, nec raptor dici potest Menoch. Recuper. posseß.

sess. remed. 9. nu. 193. vers. declaratur 2.

Vi bonorum raptorum qui accusatur potest etiam accusari de furto, & si furti actum sit, potest etiam agi actione de vi bonor. rapt. nu. 1. & 5.

De re à pluribus furto subtracta an, & quomodo teneantur Hostoman, in lib. qq. forens. q. 31. Thesaur. Decis. Pedemont. 31. Plura col. 1. in fine.

Qualiter actio furti inter Patrem, & filium, inter virum, & vxorem detur Caualcan. De Brach. Reg. in suis fragmentis 35. frag. 6. par. fol. 173.

Responsum in vna furti Mediolanensis.

Andreas Iuinus nominatus ab Ambrosio Barono, quòd ab eo emerit pallium pretio librarum viginti trium mediante opera Bartholomei della Nuce qui in faciem in tormentis sustinuit, iniuste fuit reus constitutus à Curia cum contra se tantùm habeat furis nominationem, nullo alio adminiculo fultam ac munitam ita Clar. q. 21. vers. sed quid in criminibus exceptis, vbi in exceptis in quibus maior inest ratio, nominatio alia præsumptione non concurrente non operatur indicium sufficiens ad torturam ergo multo magis in non exceptis quale est crimen furti Gram. cons. 66. nu. 3. Baiard. ad Clar. dicta q. nu. 34. Et in terminis furti Marsil. cons. 22. Rol. à valle cons. 51. nu. 28. lib. 1. quos adducit Farin. q. 43. nu. 46. vers. Hoc vnum est.

Ceterùm tantùm abest, quòd concurrant adminicula quòd imò adsunt multa quæ eli dunt omnem vim istius nominationis: nam primo ex eodem offensiuo resultat, quòd iste emptor noluit emere pallium, nisi facta fide de qualitate venditoris, in quo arguitur ea bona fides, neque enim est aliqua efficacior probatio ad innocentiam inquisiti demonstrandum quàm ex ea quæ ex offensiuo educitur Roman. cons. 104. Socin. Iun. cons. 69. nu. 15. vol. 2. Ant. Gabr lib. 3. com. opin. De Test. conclus. 1. nu. 14. Bursat. cons. 173. nu. 19. & 194. nu. 42, & seq. nu. 16.

Secundo, Facit quia Barth. qui nominatur in mediatorē negat, & sustinuit in faciem accusati se eum non cognoscere, adeò vt succedant quæ dicit Gram. cons. 28. ca. 28. cons. 31. num. 8. Cephal. cons. 233. nu. 24. quòd qui nominat in contestem eum qui dicit se nil scire suspectissimus est, & aperit

aperit viam Iudici ad procedendum de falso. Boss. de fals. nu. 24. Neque enim hic potuit nominari nisi vti testis nam licet quis faciat fidem, quòd sit probus, vel quòd eum habeat in non suspectum non delinquit in aliquo, nisi sit particeps, ideò cum nullum ei delictum obijciatur hoc dèpto, tanquam testis habendus est, & illius dicto fauore rei standum est.

Tertio. Minus contra eum agi potest cum non appareat pallium illud vili pretio fuisse emptum, aut saltem non appareat de valore inspecto tempore præsenti, quia illud esset exhibendum, & estimandum per Peritos, nam sola emptio Rei furtiuæ non facit furem, sed ita demum si tenui pretio facta sit, ex not. In l. Inciuile C. furt. Menoch. de Præs. 29. præs.

Quare concludo contra hunc nequaquam procedi posse tanto minus quia de corpore delicti non constet, adeò vt nec confessio noceat super furto nisi prius constet furtum esse commissum Rol. à valle dicto cons. 51. nume. 18. lib. 1. Berro. cons. 203. nu. 17. lib. 3. Paris. cons. 158. nu. 30. lib. 4. Grat. cons. 93. nu. 5, & 100. nu. 4. lib. 4. Crau. cons. 260. col. 5. in princ. ex his &c.

Furtum vt dicatur manifestum attenditur principium commissi furti, & quare Menoch. De Præs. lib. 6. præs. 171 num. 5. fol. 73.

Creditores an habeant actionem furti aduersus surripientium bona debitoris vide insignum D. meum Bimium cons. 92. per totum.

Statutum loquens de furto an habeat locum in expilatione Surd. decis. 61. num. 17.

Statutum, quòd pro tertio. Furto quis furcis suspendatur intelligitur dummodo pro duobus præcedentibus fuerit condemnatus aliàs secus Tiber. Dec. cons. 24. nume. 17. vol. 3.

De furto agit cumulatè Conrad. Land. De offic. Præt. in caus. crimin. lib. 1. cap. 9. §. 3. Vbi ponit Ampl. 32. & limit. 16. fol. 364, & 365.

Redempta ab hostibus in bello, vel extra bellum à latronibus, & Pyratis, & an quando restituenda sint veris Dominis rerum redemptarum cum solutione pretij in causam

 re-

& ibi Car.Iun.vbi ponit quinque limitationes Ias.nu. 6.

Fur, & vsurarius, & similes lucrantes in ludo, an restituere teneantur, & quando Molin.de contract.disput. 518.

Furtum punitur etiam quòd res furata restituatur Domino, & quomodo procedatur quando res furtiua reperitur penes aliquem, & vtrum possit rei furatę Dominus accipere tantundem de bonis furatis absque scrupulo Franc. Viuius decis. 146.fur.lib.primo.

Fur etsi rem furtiuam Domino restituat, actione tamen furti conuenitur Decis. Viuij 146.num.1.

Fures nobiles de iure communi decapitantur, & non suspenduntur ibi nu.10. Contrarium tenui supra verum cum casus contigisset in personam Domini Pagani insignis furis, & Senatus ad furcas damnasset cum esset in affinitate cum diuersis nobilibus fuit mutata pœna in decollationem capitis.

Heres verus, qui cum bona conscientia non potest probare se hæredem, potest res hæreditarias depredari, aut furari Decis. Viuij 146.in fine lib.primo.

Contra nouercam matrimonio dissoluto lex permittit agi furti per pupillum, & sic actio famosa l. prima. De his C.furtis ubi Odoffred. Viu.decis.376. Dum tractatui nu.1. lib.primo.

Fur, & Predo an possint agere commodati ratione rei furtiuę ab ipsis alii commodatę. Dic quòd sic l.commodare l. Ita ff.eodem, imo etiam quidam dixerunt dari rei vendicationem furi contra commodatarium, cum ipsi non liceat referre quęstionem Dominij contra furem à quo habet causam Azo in summa Rubr. C.commod.nu.6.

Fur, vel Predo volens agere depositi si Dominus agat rei vendicatione potior est causa Domini l. bona fides ff. eodem Azo in summa depositi nu. 12.

Quid si fur apud proprietarium rem sibi, vel filio, vel subtractam eo ignoranti delicti commissi rem deponat certo nullum est depositum, & si proprietarius ignorans rem restituat competi tei indebitè dati condictio d. l. bona fides, quod sit intelligo, vt condicat possessionem ff. cond. indeb. l. indebiti §. sed si nummi non proprietatem, rem enim suam tradidit non tanquam suam sed accipien-

tis esset, ff. cond. caus. data l. dandi §. subtilem.

Et an depositarius possit obijcere deponenti compensationem Azo in summa tit. Depos. num. 15. dicit quod non quia in deposito speciali est, vt nulla doli exceptio nulla deductio, nulla compensatio opponatur, etiam si ab vtraque parte fuerint res depositę rei enim fit primo restitutio, quia primus egit; & alteri integræ actiones seruantur l. pen. C. depos. Vid. Vincent. Canoc. in suo tract. Depos. in rubr. actio, Tertia contra depositarium furti per totum folio 92.

Subiecti Principi potest supplicare vt puniat Præsidem qui commisit furtum durante officio Auth. vt Iud. sine quo quo suffrag. §. Quis autem Prætor.

Furti actio an tollatur per actionem mandati intentatam, vel è contra Azo in summa in Tit. Pro soc. nu. 39. 40.

Commodati actione an tollatur actio furti, & è contrario ibi nu. 40.

Tempus præfixum intentationi actionis furti est perpetuum. §. furti inst. perpet. & tempor. act. Tempus autem intentationi Vis bonorum raptorum, quo ad pœnam est annale l. 2. §. in hac actione l. Prætor ait §. Hæc autem actio ff. vi bonorum rapt. Lud. Roman. consil. 341. Inquisitio circa finem.

Concepti, & oblati furti mentio est in Instit. De oblig. quæ ex delic. nasc. Conceptum furtum dicit Gallius per lancem, & litium lib. 2. cap. 18. quia vt factum ait lib. 10. Qui furtum quęrebat in domo aliena licio cinctus intrabat lanceq; ante oculos tenebat propter matrum familias aut Virginum præsentiam, sed hæc in disuetudinem abierunt, & solum hodie supersunt duo genera furtorum, Manifestum, & non manifestum de quibus supra dictum est.

Furti manifesti actio perpetua est, Non manifesti autem anno finitur §. 1. Instit. de perpet. & tempor. act. 10.

Damnatus hoc Iuditio notatur infamia à qua Præses Prouinciæ eximere non potest l. Non potest. ff. eodem, Potest tamen qui de re cognoscit ex causa hanc notam remittere l. Quid ergo pœna grauior ff. his qui not. infam.

Cum in furto id desideretur vt fiat animo lucri faciendi, nec alio modo contrectans lucrum facit l. Verum §. qui

Iniu-

iniurias ff. eodem, hinc sciendum est lucrum fieri, si quis rem amouit, vt alteri donet, vel commodet, quia species lucri est, ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi constituere l. si pignore §. 1. ff. eodem.

Furtum natura turpe, & inhonestum est l. Probrum ff. ver. signific.

Furti actio in quo differat à conditione furtiua & in con demnando ordinatim trad. Duaren. Tit. De cód. furt. c. 2.

Si species noua confecta sit ex re surrepta, an ueniat in actione, & conditione furtiua. Puta quidam surripuit mihi argentum deinde vasa quædam ex eo confecit, an ex vasa possim condicere aliud quam quod mihi surreptum est quam nulla surrepta sunt, sed tantum argentum, Hæc quomodo tractatur in l. Argumento quæ est 15. ff. cond. furt. leg. Vbi tenet condicere me vasa posse, quia pocula manent Domino ex cuius argumento facta sunt iuxtra Tex. in l. Adeo §. cum quis ff. acquir. rerum domin. Cum enim ex aliqua materia species noua conficitur, si ea species posset reuerti ad rudem materiã eius speciei Dominus est, qui Dominus erat eius materiæ.

Furtiua res cum perijt an sit locus conditioni furtiuæ, dic locum esse estimationi l. In re furtiua 8. ff. eodem nã licet res furtiua reddi non possit, soluitur tamen eius æstimàtio; fur enim semper est in mora, ideo ab eo petitur æstimatio, & quanti interest non solum respectu damni emergentis, sed & lucri cessantis l. 3. ff. eodem, secus tamen est si ante interitum rei furtiuæ fur obtulerit rem l. parui ff. codẽ. Per hanc enim obligationem purgata est mora furis.

Cui, & contra quem datur actio hæc, seu condictio furtiua quæ est tantum rei persecutoriæ; & quid si vnus soluerit an cęteri liberentur vide ibidem.

Depositarius in re deposita duobus modis committit furtum scilicet in re, & illius vsu. In re denegando eam restituere, vel alienando l. 1. §. si rem ff. depos. Alio modo vtendo simpliciter Caroc. Tit. de Depos. Rub. Hæc 4. condictio Par. 1. fol. 92.

Fur cum re furtiua in alieno Territorio repertus an possit criminaliter puniri disput. Lud. Peguerra decis. crimin 26. Incolas per totam.

Follen.

Foller. in Pragmatica de censibus recenset omnes casus in quibus furtum non est punibile in Rubr. Nicolaus n. 211. Granat. decis. 40. sub nu. 6. elicit quòd ex furto commisso tempore quo luditur in domo in qua luditur non competit actio furti.

Minores excusãtur à pęna furti Grã. decis. 48. n. 12 fol. 61.

Mandans furtum committi non punitur nisi furtum subsequatur Gram. Decis. 38. Magnifica nu. 13. vbi pulchrè.

Pęna quadrupli ex communi consuetudine abolita est Gomez §. ex maleficijs Instit. art. nume. 14. Clar. §. furtum vers. Pœna autem quadrupli.

Furta duo extra territorium commissa computantur ad tertium in Territorio cõmmissum, adhoc vt pro tertio furto suspendatur Clar. §. furtum vers. sed pone stat statutum.

Amplia primo etiam si per gratiam fuit ab his furtis absolutus Didac. cap. 10. nu. 2. lib. 2. vers. Resoluct. vers. sed quid si. Secundo amplia, quòd esse distincta tam in tempore quàm in re idem Clar. vers. Quæro an limita, quòd non habet locum in contrectante rem vnam per tres diuersas iurisdictiones Balb. Decis. 280. Bal. Angel. Fulgos. Salyc. in Auth. sed nouo iure C. ser. fug.

Arborem incidens an debeat, aut possit de Furto accusari Carol. Ruin. cons. 105. nu. 3. in 4. vol.

Papa non potest dispensare quominus restitutio possit fieri, imo debent Domino rerum furtiuarum Alex. cons. 1. in 2. vol. cap. cum tu de vsuris.

Inquisitio furti quæ, & qualia debet continere Socin. Senior cons. 8. in prima par. Corn. cons. 124 in 4. vol.

Vxor si furatur quãdo vir laborat in extremis tenetur actione furti hæredibus viri Angel. §. Hi qui instit. De obligat. quæ ex delic. nasc.

Statutum de furto an habeat locum in raptore Brusat. cons. 94. num. 6. in principio.

Receptaus furem sine spe lucri non punitur Bursat. cons. 402. An dominus libro quarto.

Varia an sint vim, aut clam aliquam rem fuisse interceptam Ripa in l. Rem quam nobis in principio. ff. acquir. possess. tenet quòd aliud sit furtum, aliud rapina, quod patet ex diuersitate titulorum de furtis, & vi bonorum rapto-

rum,

rum,& statutum in vno non extenditur ad aliud,& ex communi vsu loquendi, & vbi dicatur, quòd æquiparatorum idem sit iuditium respondetur id tantùm locum habere in casibus in quibus non est equiparatio, non autem extra illos casus.

Furtum, aut rapina non fiunt nisi possidenti, ideò ad probationem alterius ex his opportet probare possessionem Bald. cons. 98. ego l. b. quinto declarat duobus modis modis Ripa in l. rem quam nobis nu. 11.

Depositarius, & Commodatarius inficiantes depositum aut commodatum non priuant Dominum possessione furtum tamen faciunt; distinguendo tamen quattuor modis vt per Ripam dicta l. rem quam nobis nu. 13. 14.

Accusatio de furto vbi locum habeat Menoch. cons. 834. num. 15. lib. 9.

Pro furto commisso ante Baptismum an possit nunc quis dum est Christianus molestari Dec. cons. 139. num. 1.

Ciuiliter, & criminaliter agi potest pro rebus furto sublatis Dec. cons. 520. num. primo.

Furtum à seruo commissum quando dicatur à Domini voluntate pendere, & de eius voluntate factum Menoch. Recuper. possess. Remed. 2. num. 59. & in præs. 27. lib. 5. nu. 1. nu. 18. 19. & an æque puniantur.

Furti coniecturæ plures apud Menoch. De Præs. lib. 6. præs. 61. num. 20. & seq.

A forma pedis detegitur furtum, & an hoc indicium sufficiat ad torturam Menoch. de Præs. 31. præs. lib. 5. nu. 52.

Præsumitur commissum à Custode ob malam illius custodiam, & quomodo hoc sit intelligendum idem præs. 31. lib. 5. n. primo, & seq. & an torqueri possit vt indicet furem.

Furtum non dicitur commissum in re sociali si Dominus eo utatur ad vsum destinatum Iac. Menoch. De Præsumpt. lib. 5. præs. 18. num. 4.

Furtum quando dicatur casu fortuito, & sine culpa custodis commissum, & quando à domesticis vxore, filio, idem Præs. 61. lib. 6. num. 37. & discurrit per multas considerationes ibi recollectas.

Res quando censeatur habita pro derelicta idem præsumpt. 30. lib. quinto.

Furto

Furto testibus probato creditur iuramento partis; de. criptuiris furto commissis, & subtractis præs.61.num.29 lib.sexto.

Manifestum ut sit furtum attenditur principium furti cõ missi,& quare idem præs.17.lib.6.num. 5.

De receptante furem Menoch.præs.29.lib.5. num.35.36. Farin.q.143.cap.2.post Card. Tusc.

Res furto subtracta quando apud aliquem reperitur an is furtum præsumatur commisisse, tam vt sit locus pœnæ furti, quàm vt domino res ipsa restituatur Menoch. dicta præs.29.lib.primo per totum.

Emptor rei furtiuæ an teneatur ad restitutionem pretii si tempore quo emit protestatus est se illam emere, vt eam restituat domino suo, accepto pretio,Clar. §. furtum vers.sed hic incidenter.Gramat.in Theoremate 24. doctè hoc explicat,& concludit teneri eum ad restitutionem pretij rei furtiuæ nullo pretio recuperato, & in Theorem.98. lib.quarto.

Furtum an præsumatur ab inimico factum causa vindictæ,an lucri causa Farin.lib.3.crimin.q.107.nu.244.& seq.

De furto commisso in domo aleatoris pluribus agit Farin.q.109.fol.789. & seq.

De probatione furti per coniecturas, & quomodo excusetur Vid.Caball.cas.282.lib.2.Resol.crimin.

Occidi an possit fur nocturnus differit Iac. Menoch.cõs. 1116.per multas lib.12.Vbi consuluit contra quosdam oppidanos qui occiderant quendam rusticum sub prætextu, quòd in flagranti deprensus foret, illum adi.

Receptatores rerum furtiuarum perinde puniuntur ac latrones decis.Lud.Peguer.cap.25.Martiano vbi vides mul ta ad eorum defensionem,& cap.36. Ad hanc quæst. uide Bertazol.cons.344.num.5.& 343.nu.7.440.nu. 5.439. 266. nu.5.377.nu.5 cons.98.Vbi Claud.littera A. 116.littera B. 127.nu.2.150.nu.16.126.Menoch.de arbitr.iud.cas. 394. n. 95.Pet.Gregor.in Syntag.iuris uniuers.lib.37.cap.15.

Coniecturas tredecim furti colligit Menoch. præs.30. quas hic recenseo strictim.Prima in custode ob malam custodiam,& an possit torqueri ut furem indicet. Secunda,

Quando

Quando accusatus antea erat inops. Tertio. Quando expedit monetam, similem illi, quæ furata est. Quarto. Quando is cui pecunia deferenda datur visus est ire per loca insolita, & inscia, Quinto. Quãdo accusatus præter morem recessit è domo furtiua in qua erat familiaris. Sextò. Quando visus est ire donum cum fardello sub pallio. Septimò. Quando nocte visus est exire domum in qua furtum commissum est. Octauò ex forma pedis. Nonò. Si res aliqua eius, qui accusatur reperta fuit in loco furti, puta vestis, telum, vel quid simile. Decimò. Quando scalæ repertę sunt ad specula domus in qua furtum commissum est, quæ postea visa sunt in domo alicuius. Vndecimo. Quando res furata afferebat commodum huic accusato tantùm, & non alteri. Duodecimò. Si repertum est aliquod instrumentum puta scarpellũ aptum ad derobandum, vel clauis adulterina. Decimotertio. A vicinis, & solitis conuersari vid. Caball. cas. 282. Resol. crimin.

Pœna imposita ex quò inueniatur furari locũ habet non solùm in eo qui hoc facere deprehenditur, sed etiam in cõuicto per testes Philippi Massin. solect. distinct. 15. distinc, cent. 1. num. 38.

Furtum an sit maius homicidio, vtile est scire ob quęstionem quam examinat Dec. consf. 65. & pro anni. De quà latè Farin. q. 103 nu. 18. Ampl. 36. vers. vide.

Furti pęna, quæ antiquitus fuerit, & qua hodie etiam debeat ad explicationem Auth. sed nouo iure. C. ser. fugit. & de varijs furti speciebus, & confutatur opinio tenentiũ pro furto multiplici, quem esse ad mortem plectendum, Gasp. Ant. Thes. lib. 1 qq. Forens. q. 3. furti pęna.

De sacrilegio disserit multa eruditè dictus Thesaur. q. 80. nu. 23. cum seqq, vbi habes pęnas illorum, qui res sacras, vel in loco sacro furantur. Quòd res non fuerit consacrata: Quid si furtum rei sacræ fiat in domo priuati. Quid si fiat in domo Principis de re priuata, ad ibi dicta me remitto.

De furto per incognitum nuncium commisso an is, qui rem ei bona fide dedit Thesaur. q. 62. Nuncio falso qq. Forens. Vbi multum vtiliter hoc expendit.

Si quis de manu nũmos mihi excusserit, & illi perierint in eo quod perierunt vt ad aliquem peruenirent puta si in flu-

flumen, vel in mare, vel in Cloaca ceciderint, & tunc datur actio iniuriarum. Quod si ad aliquem peruenerint opera, & consilio, furti agendum est, & in factum etiam actio dari potest tex. in l. si seruus. 1. si quis de manu. ff. ad l. Aquil. & in l. Qui seruandarum. §. Sed etsi calicem. ff. præscr. verb. & in §. Interdum instit. Act. quæ ex delic. nasc.

Fugare oues vt alius capiat fur est Pet. Greg. lib. 37. vniuersi iuris cap. 1. num. 34.

Debitor falsus dolosè pecunias accipiens animo lucrandi tenetur furti, & quid si aliter de debito constare potest, & quibus casibus teneatur vera pœna furti, & quando etiá ob lacerationem, vel cancellationem dicti Chyrographi teneatur falsi Bertazol. conf. 129, & ibi Claud. in littera B. vers. est alia quæstio.

Fur præsumitur qui semel furtum commisit, & vicinus erat loco furti Bertazol. conf. 40. nu. 19. lib. 1. Et qui fregit capsam, & postea resarciuit præsumitur fur earum rerum quæ in arca deficiunt idem conf. 213. Qui scit secreta domus in qua furtum commissum est, potest inquiri, & torqueri ibi nu. 2, & si primò erat pauper, & nunc habet pecunias vt supra dixi Bertazol. conf. 213. Reducitur nu. 5.

Furtum an committatur in thesauro Aret. in speculatiua metu vel custod. causa disposita Menoch. conf. 334, & si lib. 9. Et fuit consilium redditum pro amico meo Io. Baptista Arsagho, seu de Ripalta, qui postea hæredem instituit Egr. Quæstorem Clementem Arsagum.

Furtum satis dicitur commissum ab eo qui putat se contrectare inuito Domino, etiam si Dominus verè nescit Menoch. ibidem num. 23.

Iniuriarum actio datur accusato indebitè de furto Ludouic. Morotius qui consuluit in pulchro casu contra Hebreum in responso 7. num. 4. Bertazol. conf. 434. nume. 7. lib. 2. crimin.

Furtum quando dicatur casus fortuitus, & creditor pœnes quem pro cautione crediti sui aliquod pignus repositú est an teneatur pro furto in tali pignore commisso Ceph. conf. 640. Magnificus lib. 5.

Rapiens per vim rem à fure subtractam, & eam deferens Iudici nec fur, nec raptor dici potest Menoch. Recuper. possess.

sess. remed. 9. nu. 193. vers. declaratur 2.

Vi bonorum raptorum qui accusatur potest etiam accusari de furto, & si furti actum sit, potest etiam agi actione de vi bonor. rapt. nu. 1. & 5.

De re à pluribus furto subtracta an, & quomodo teneantur Hostoman, in lib. qq. forens. q. 31. Thesaur. Decis. Pedemont. 31. Plura col. 1. in fine.

Qualiter actio furti inter Patrem, & filium, inter virum, & vxorem detur Caualcan. De Brach. Reg. in suis fragmentis 35. frag. 6. par. fol. 173.

Responsum in vna furti Mediolanensis.

Andreas Iuinus nominatus ab Ambrosio Barono, quòd ab eo emerit pallium pretio librarum vigintitrium mediante opera Bartholomei della Nuce qui in faciem in tormentis sustinuit, iniustè fuit reus constitutus à Curia cum contra se tantùm habeat furis nominationem, nullo alio adminiculo fultam ac munitam ita Clar. q. 21. vers. sed quid in criminibus exceptis, vbi in exceptis in quibus maior inest ratio, nominatio alia præsumptione non concurrente non operatur indicium sufficiens ad torturam ergo multo magis in non exceptis quale est crimen furti Gram. conf. 66. nu. 3. Baiard. ad Clar. dicta q. nu. 34. Et in terminis furti Marsil. cons. 22. Rol. à valle cons. 51. nu. 28. lib. 1. quos adducit Farin. q. 43. nu. 46. vers. Hoc vnum est.

Ceterùm tantùm abest, quòd concurrant adminicula quòd imò adsunt multa quæ elidunt omnem vim istius nominationis: nam primo ex eodem offensiuo resultat, quòd iste emptor noluit emere pallium, nisi facta fide de qualitate venditoris, in quo arguitur ea bona fides, neque enim est aliqua efficacior probatio ad innocentiam inquisiti demonstrandum quàm ex ea quæ ex offensiuo educitur Roman. conf. 104. Socin. Iun. conf. 69. nu. 15. vol. 2. Ant. Gabr lib. 3. com. opin. De Test. conclus. 1. nu. 14. Bursat. cons. 173. nu. 19. & 194. nu. 42, & seq. nu. 16.

Secundo, Facit quia Barth. qui nominatur in mediatorē negat, & sustinuit in faciem accusati se eum non cognoscere, adeò vt succedant quæ dicit Gram. conf. 28. ca. 28. conf. 31. num. 8. Cephal. conf. 233. nu. 24. quòd qui nominat in contestem eum qui dicit se nil scire suspectissimus est, & aperit

aperit viam Iudici ad procedendum de falso. Boss. de falsi nu. 24. Neque enim hic potuit nominari nisi vti testis nam licet quis faciat fidem, quod sit probus, vel quod eum habeat in non suspectum non delinquit in aliquo, nisi sit particeps, ideò cum nullum ei delictum obijciatur hoc dépto; tanquam testis habendus est, & illius dicto fauore rei standum est.

Tertio. Minus contra eum agi potest cum non appareat pallium illud vili pretio fuisse emptum, aut saltem non appareat de valore inspecto tempore præsenti, quia illud esset exhibendum, & estimandum per Peritos, nam sola emptio Rei furtiuæ non facit furem, sed ita demum si tenui pretio facta sit, ex not. In l. Inciuile C. furt. Menoch. de Præs. 29. præs.

Quare concludo contra hunc nequaquam procedi posse tanto minus quia de corpore delicti non constet, adeò vt nec confessio noceat super furto nisi prius constet furtum esse commissum Rol. à valle dicto cons. 51. nume. 18. lib. 1. Berro. cons. 203. nu. 17. lib. 3. Parif. cons. 158. nu. 30. lib. 4. Grat. cons. 93. nu. 5, & 100. nu. 4. lib. 4. Crau. cons. 260. col. 5. in princ. ex his &c.

Furtum vt dicatur manifestum attenditur principium commissi furti, & quare Menoch. De Præs. lib. 6. præs. 17. num. 5. fol. 73.

Creditores an habeant actionem furti aduersus surripientium bona, debitoris vide insignum *D.* meum Bimium cons. 92. per totum.

Statutum loquens de furto an habeat locum in expilatione Surd. decis. 61. num. 17.

Statutum, quòd pro tertio. Furto quis furcis suspendatur intelligitur dummodo pro duobus præcedentibus fuerit condemnatus aliàs secus Tiber. Dec. cons. 24. nume. 17. vol. 3.

De furto agit cumulatè Conrad. Land. De offic. Præt. in caus. crimin. lib. 1. cap. 9. §. 3. Vbi ponit Ampl. 32. & limit. 16. fol. 364, & 365.

Redempta ab hostibus in bello, vel extra bellum à latronibus, & Pyratis, & an quando restituenda sint veris Dominis rerum redemptarum cum solutione pretij in causam

P re-

& ibi Car.Iun.vbi ponit quinque limitationes Iaf.nu. 6.

Fur,& vfurarius,& fimiles lucrantes in ludo,an reftituere teneantur,& quando Molin.de contract.difput. 518.

Furtum punitur etiam quòd res furata reftituatur Domino,& quomodo procedatur quando res furtiua reperitur penes aliquem,& vtrum poffit rei furatę Dominus accipere tantundem de bonis furatis abfque fcrupulo Franc. Viuius decif. 146.fur.lib.primo.

Fur etfi rem furtiuam Domino reftituat,actione tamen furti conuenitur Decif.Viuij 146.num.1.

Fures nobiles de iure communi decapi tantur,& non fufpenduntur ibi nu.10.Contrarium tenui fupra verum cum cafus contigiffet in perfonam Domini Pagani infignis furis,& Senatus ad furcas damnaffet cum effet in affinitate cum diuerfis nobilibus fuit mutata pœna in decollationem capitis.

Heres verus,qui cum bona confcientia non poteft probare fe heredem,poteft res hæreditarias depredari,aut furari.Decif.Viuij 146.in fine lib.primo.

Contra nouercam matrimonio diffoluto lex permittit agi furti per pupillum,& fic actio famofa l.prima. De his C.furtis ubi Odoffred.Viu.decif.376. Dum tractatui nu.1. lib.primo.

Fur,& Predo an poffint agere commodati ratione rei furtiuę ab ipfis alii commodatę. Dic quòd fic l.commodare l. Ita.ff.eodem, imo etiam quidam dixerunt dari rei vendicationem furi contra commodatarium,cum ipfi non liceat referre quęftionem Dominij contra furem à quo habet caufam Azo in fumma Rubr.C.commod.nu.6.

Fur,vel Predo volens agere depofiti fi Dominus agat rei vendicatione potior eft caufa Domini.l.bona fides ff.eodem Azo in fumma depofiti nu. 12.

Quid fi fur apud proprietarium rem fibi, vel filio, vel fubtractam eo ignoranti delicti commifsi rem depofuerit certo nullum eft depofitum, & fi proprietarius ignorans rem reftituat competit ei indebitè dati condictio d. l. bona fides, quod fit intelligo, vt condicat poffeffionem ff. cond. indeb. l. indebiti §. fed fi nummi non proprietatem, rem enim fuam tradidit non tamquam fuam fed accipien-

tus

tis esset, ff. cond. caus. data l. dandi §. subtilem.

Et an depositarius possit obijcere deponenti compensationem Azo in summa tit. Depos. num. 15. dicit quod non quia in deposito speciali est, vt nulla doli exceptio nulla deductio, nulla compensatio opponatur, etiam si ab vtraque parte fuerint res depositę rei enim fit primo restitutio, quia primus egit, & alteri integræ actiones seruantur l. pen. C. depos. Vid. Vincent. Canoc. in suo tract. Depos. in rubr. actio, Tertia contra depositarium furti per totum folio 92.

Subiecti Principi potest supplicare vt puniat Præsidem qui commisit furtum durante officio Auth. vt Iud. sine quo quo suffrag. §. Quis autem Prætor.

Furti actio an tollatur per actionem mandati intentatam, vel è contra Azo in summa in Tit. Pro soc. nu. 39. 40.

Commodati actione an tollatur actio furti, & è contrario ibi nu. 40.

Tempus præfixum intentationi actionis furti est perpetuum. §. furti inst. perpet. & tempor. act. Tempus autem intentationi Vis bonorum raptorum quo ad pœnam est annale l. 2. §. in hac actione l. Prætor ait §. Hæc autem actio ff. vi bonorum rapt. Lud. Roman. consil. 341. Inquisitio circa finem.

Concepti, & oblati fura mentio est in Instit. De oblig. quæ ex delic. nasc. Conceptum furtum dicit Gallius per lancem, & litium lib. 2. cap. 18. quia vt factum ait lib. 10. Qui furtum quærebat in domo aliena licio cinctus intrabat lanceq; ante oculos tenebat propter matrum familias aut Virginum præsentiam, sed hæc in disuetudinem abierunt, & solum hodie supersunt duo genera furtorum, Manifestum, & non manifestum de quibus supra dictum est.

Furti manifesti actio perpetua est, Non manifesti autem anno finitur §. 1. Instit. de perpet. & temper. act. 10.

Damnatus hoc Iuditio notatur infamia à qua Præses Prouinciæ eximere non potest l. Non potest. ff. eodem, Potest tamen qui de re cognoscit ex causa hanc notam remittere l. Quid ergo pœna grauior ff. his qui not. infam.

Cum in furto id desideretur vt fiat animo lucri faciendi, nec alio modo contrectans lucrum facit l. Verum §. qui

Iniu-

iniurias ff. eodem, hinc sciendum est lucrum fieri, si quis rem amouit, vt alteri donet, vel commodet, quia species lucri est, ex alieno largiri, & beneficij debitorem sibi constituere l. si pignore §. 1. ff. eodem.

Furtum natura turpe, & inhonestum est l. Probrum ff. ver. signific.

Furti actio in quo differat à conditione furtiua & in condemnando ordinatim trad. Duaren. Tit. De cód. furt. c. 2.

Si species noua confecta sit ex re surrepta, an ueniat in actione, & conditione furtiua. Puta quidam surripuit mihi argentum deinde vasa quædam ex eo confecit, an ex vasa possim condicere aliud quam quod mihi surreptum est quam nulla surrepta sunt, sed tantum argentum, Hæc quomodo tractatur in l. Argumento quæ est 15. ff. cond. furt. leg. Vbi tenet condicere me vasa posse, quia pocula manent Domino ex cuius argumento facta sunt iuxta Tex. in l. Adeo §. cum quis ff. acquir. rerum domin. Cum enim ex aliqua materia species noua conficitur, si ea species posset reuerti ad rudem materiã eius speciei Dominus est, qui Dominus erat eius materiæ.

Furtiua res cum perijt an sit locus conditioni furtiuæ, dic locum esse estimationi l. In re furtiua 8. ff. eodem nã licet res furtiua reddi non possit, soluitur tamen eius æstimàtio; fur enim semper est in mora, ideo ab eo petitur æstimatio, & quanti interest non solum respectu damni emergentis, sed & lucri cessantis l. 3. ff. eodem, secus tamen est si ante interitum rei furtiuæ fur obtulerit rem l. parui ff. eodẽ. Per hanc enim obligationem purgata est mora furis.

Cui, & contra quem datur actio hæc, seu condictio furtiua quæ est tantum rei persecutoriæ; & quid si vnus soluerit an cęteri liberentur vide ibidem.

Depositarius in re deposita duobus modis committit furtum scilicet in re, & illius vsu. In re denegando eam restituere, vel alienando l. 1. §. si rem ff. depos. Alio modo vtendo simpliciter Caroc. Tit. de Depos. Rub. Hæc 4. condictio Par. 1. fol. 92.

Fur cum re furtiua in alieno Territorio repertus an possit criminaliter puniri disput. Lud. Peguerra decis. crimin 26. Incolas per totam.

Follen

Foller. in Pragmactica de censibus recenset omnes casus in quibus furtum non est punibile in Rubr. Nicolaus n. 211. Graniat. decis. 40. sub nu. 6. elicit quòd ex furto commisso tempore quo luditur in domo in qua luditur non competit actio furti.

Minores excusantur à pęna furti Grā. decis. 48. n. 12 fol 61.

Mandans furtum committi non punitur nisi furtum subsequatur Gram. Decis. 38. Magnifica nu. 13. vbi pulchrè.

Pęna quadrupli ex communi consuetudine abolita est Gomez §. ex maleficijs Instit. art. nume. 14 Clar. §. furtum vers. Pœna autem quadrupli.

Furta duo extra territorium commissa computantur ad tertium in Territorio cōmmissum, adhoc vt pro tertio furto suspendatur Clar. §. furtum vers. sed pone stat statutum.

Amplia primo etiam si per gratiam fuit ab his furtis absolutus Didac. cap. 10. nu. 2. lib. 2. vers. Resoluct. vers. sed quid si. Secundo amplia, quòd esse distincta tam in tempore quàm in re idem Clar. vers. Quero an limita, quòd non habet locum in contrectante rem vnam per tres diuersas iurisdictiones Balb. Decis. 280. Bal. Angel. Fulgos. Salyc. in Auth. sed nouo iure C. ser. fug.

Arborem incidens an debeat, aut possit de Furto accusari Carol. Ruin. cons. 105. nu. 3. in 4. vol.

Papa non potest dispensare quominus restitutio possit fieri, imo debent Domino rerum furtiuarum Alex. cons. 1. in 2. vol. cap. cum tu de vsuris.

Inquisitio furti quæ, & qualia debet continere Socin. Senior cons. 8. in prima par. Corn. cons. 124 in 4. vol.

Vxor si furatur quādo vir laborat in extremis tenetur actione furti hæredibus viri Angel. §. Hi qui instit. De oblig. quæ ex delic. nasc.

Statutum de furto an habeat locum in raptore Brusat. cons. 94. num. 6. in principio.

Receptans furem sine spe lucri non punitur Bursat. cons. 402. An domi nus libro quarto.

Paria an sint vim, aut clam aliquam rem fuisse interceptam Ripa in l. Rem quam nobis in principio. ff. acquir. possess. tenet quòd aliud sit furtum, aliud rapina, quod patet ex diuersitate ti tulorum de furtis, & vi bonorum raptorum,

rum,& statutum in vno non extenditur ad aliud,& ex communi vsu loquendi, & vbi dicatur, quòd æquiparatorum idem sit iuditium respondetur id tantùm locum habere in casibus in quibus non est equiparatio, non autem extra illos casus.

Furtum, aut rapina non fiunt nisi possidenti, ideò ad probationem alterius ex his opportet probare possessionem Bald. cons. 98. ego lib. quinto declarat duobus modis modis Ripa in l. rem quam nobis nu. 11.

Depositarius, & Commodatarius inficiantes depositum aut commodatum non priuant Dominum possessione furtum tamen faciunt; distinguendo tamen quattuor modis vt per Ripam dicta l. rem quam nobis nu. 13. 14.

Accusatio de furto vbi locum habeat Menoch. cons. 834. num. 15. lib. 9.

Pro furto commisso ante Baptismum an possit nunc quis dum est Christianus molestari Dec. cons. 130. num. 1.

Ciuiliter, & criminaliter agi potest pro rebus furto sublatis Dec. cons. 520. num. primo.

Furtum à seruo commissum quando dicatur à Domini voluntate pendere, & de eius voluntate factum Menoch. Recuper. posse ss. Remed. 2. num. 59. & in præs. 27. lib. 5. nu. 1. nu. 18. 19. & an æque puniantur.

Furti coniecturæ plures apud Menoch. De Præs. lib. 6. præs. 61. num. 20. & seq.

A forma pedis detegitur furtum, & an hoc indicium sufficiat ad torturam Menoch. de Præs. 31 præs. lib. 5. nu. 52.

Præsumitur commissum à Custode ob malam illius custodiam, & quomodo hoc sit intelligendum idem præs. 31. lib. 5. n. primo, & seq. & an torqueri possit vt indicet furem.

Furtum non dicitur commissum in re sociali si Dominus eo utatur ad vsum destinatum Iac. Menoch. De Præsumpt. lib. 5. præs. 18. num. 4.

Furtum quando dicatur casu fortuito, & sine culpa custodis commissum, & quando à domesticis vxore, filio, idem Præs. 61. lib. 6. num. 37. & discurrit per multas considerationes ibi recollectas.

Res quando censeatur habita pro derelicta idem præsumpt. 30. lib. quinto.

Furto

Furto testibus probato creditur iuramento partis; de. cripturis furto commissis, & subtractis præs. 61. num. 29 lib. sexto.

Manifestum ut sit furtum attenditur principium furti cō missi, & quare idem præs. 17. lib. 6. num. 5.

De receptante furem Menoch. præs. 29. lib. 5. num. 35. 36. Farin. q. 143. cap. 2. post Card. Tusc.

Res furto subtracta quando apud aliquem reperitur an is furtum præsumatur commisisse, tam vt sit locus pœnæ furti, quàm vt domino res ipsa restituatur Menoch. dicta præs. 29. lib. primo per totum.

Emptor rei furtiuæ an teneatur ad restitutionem pretii si tempore quo emit protestatus est se illam emere, vt eam restituat domino suo, accepto pretio, Clar. §. furtum vers. sed hic incidenter. Gramat. in Theoremate 24. doctè hoc explicat, & concludit teneri eum ad restitutionem pretij rei furtiuæ nullo pretio recuperato, & in Theorem. 98. lib. quarto.

Furtum an præsumatur ab inimico factum causa vindictæ, an lucri causa Farin. lib. 3. crimin. q. 107. nu. 244. & seq.

De furto commisso in domo aleatoris pluribus agit Farin. q. 109. fol. 789. & seq.

De probatione furti per coniecturas, & quomodo excusetur Vid. Caball. cas. 282. lib. 2. Resol. crimin.

Occidi an possit fur nocturnus differit Iac. Menoch. cōs. 1116. per multas lib. 12. Vbi consuluit contra quosdam oppidanos qui occiderant quendam rusticum sub prætextu, quòd inflagranti deprensus foret, illum adi.

Receptatores rerum furtiuarum perinde puniuntur ac latrones decis. Lud. Peguer. cap. 25. Martiano vbi vides multa ad eorum defensionem, & cap. 36. Ad hanc quæst. uide Bertazol. cons. 344. num. 5. & 343. nu. 7. 440. nu. 5. 439. 266. nu. 5. 377. nu. 5 cons. 98. Vbi Claud. littera A. 116. littera B. 127. nu. 2. 150. nu. 16. 126. Menoch. de arbitr. iud. cas. 394. n. 95. Pet. Gregor. in Syntag. iuris uniuers. lib. 37. cap. 15.

Coniecturas tredecim furti colligit Menoch. præs. 50. quas hic recenseo strictim. Prima in custode ob malam custodiam, & an possit torqueri ut furem indicet. Secunda,

Quando

Quando accusatus antea erat inops. Tertio. Quando expēdit monetam, similem illi, quæ furata est. Quarto. Quando is cui pecunia deferenda datur visus est ire per loca insolita, & inscia, Quinto. Quādo accusatus præter morem recessit ę domo furtiua in qua erat familiaris. Sextò. Quando visus est ire domum cum fardello sub pallio. Septimò. Quando nocte visus est exire domum in qua furtum commissum est. Octauò ex forma pedis. Nonò. Si res aliqua eius, qui accusatur reperta fuit in loco furti, puta vestis, telum, vel quid simile. Decimò. Quando scalæ repertę sunt ad specula domus in qua furtum commissum est, quæ postea visa sunt in domo alicuius. Vndecimo. Quando res furata afferebat commodum huic accusato tantùm, & non alteri. Duodecimò. Si repertum est aliquod instrumentum puta scarpellū aptum ad derobandum, vel clauis adulterina. Decimotertio. A vicinis, & solitis conuersari vid. Caball. cas. 282. Resol. crimin.

Pœna imposita ex quò inueniatur furari locū habet non solùm in eo qui hoc facere deprehenditur, sed etiam in cōuicto per testes Philippi Massin. solect. distinct. 15. distinc. cent. 1. num. 38.

Furtum an sit maius homicidio, vtile est scire ob quęstionem quam examinat Dec. cons. 65. & pro anni. De qua latè Farin. q. 103 nu. 18. Ampl. 36. vers. vide.

Furti pęna, quæ antiquitus fuerit, & qua hodie etiam debeat ad explicationem Auth. sed nouo iure. C. ser. fugit. & de varijs furti speciebus, & confutatur opinio tenentiū pro furto multiplici, quem esse ad mortem plectendum Gasp. Ant. Thes. lib. 1 qq. Forens. q. 3. furti pęna.

De sacrilegio disserit multa eruditè dictus Thesaur. q. 80. nu. 23. cum seqq. vbi habes pęnas illorum, qui res sacras, vel in loco sacro furantur. Quod res non fuerit consacrata: Quid si furtum rei sacræ fiat in domo priuati. Quid si fiat in domo Principis de re priuata, ad ibi dicta me remitto.

De furto per incognitum nuncium commisso an is, qui rem ei bona fide dedit Thesaur. q. 62. Nuncio falso qq. Forens. Vbi multum vtiliter hoc expendit.

Si quis de manu nūmos mihi excusserit, & illi perierint in eo quod perierunt vt ad aliquem peruenirent puta si in

flu-

flumen, vel in mare, vel in Cloaca ceciderint, & tunc datur actio iniuriarum. Quod si ad aliquem peruenerint opera, & consilio, furti agendum est, & in factum etiam actio dari potest tex. in l. si seruus. 1. si quis de manu. ff. ad l. Aquil. & in l. Qui seruandarum. §. Sed etsi calicem. ff. præscr. verb. & in §. Interdum instit. Act. quæ ex delic. nasc.

Fugare oues vt alius capiat fur est Pet. Greg. lib. 37. vniuersi iuris cap. 1. num. 34.

Debitor falsus dolosè pecunias accipiens animo lucrandi tenetur furti, & quid si aliter de debito constare potest, & quibus casibus teneatur vera pœna furti, & quando etiã ob lacerationem, vel cancellationem dicti Chyrographi teneatur falsi Bertazol. conf. 129, & ibi Claud. in littera B. verf. est alia quæstio.

Fur præsumitur qui semel furtum commisit, & vicinus erat loco furti Bertazol. conf. 40. nu. 19. lib. 1. Et qui fregit capsam, & postea resarciuit præsumitur fur earum rerum quæ in arca deficiunt idem conf. 213. Qui scit secreta domus in qua furtum commissum est, potest inquiri, & torqueri ibi nu. 2, & si primò erat pauper, & nunc habet pecunias vt supra dixi Bertazol. conf. 213. Reducitur nu. 5.

Furtum an committatur in thesauro Aret. in speculatiua metu vel custod. causa disposita Menoch. conf. 834, & si lib. 9. Et fuit consilium redditum pro amico meo Io. Baptista Arsagho, seu de Ripalta, qui postea hæredem instituit Egr. Quæstorem Clementem Arsagum.

Furtum satis dicitur commissum ab eo qui putat se contrectare inuito Domino, etiam si Dominus verè nescit Menoch. ibidem num. 23.

Iniuriarum actio datur accusato indebitè de furto Ludouic. Morotius qui consuluit in pulchro casu contra Hebreum in responso 7. num. 4. Bertazol. conf. 434. nume. 7. lib. 2. crimin.

Furtum quando dicatur casus fortuitus, & creditor pœnes quem pro cautione crediti sui aliquod pignus repositũ est an teneatur pro furto in tali pignore commisso Ceph. conf. 640. Magnificus lib. 5.

Rapiens per vim rem à fure subtractam, & eam deferens Iudici nec fur, nec raptor dici potest Menoch. Recuper. poss-

sess.

aperit viam Iudici ad procedendum de falso. Boss. de fals. nu. 24. Neque enim hic potuit nominari nisi vti testis nam licet quis faciat fidem, quod sit probus, vel quod eum habeat in non inspectum non delinquit in aliquo, nisi sit particeps, ideò cum nullum ei delictum obijciatur hoc depto, tanquam testis habendus est, & illius dicto fauore rei standum est.

Tertio. Minus contra eum agi potest cum non appareat pallium illud vili pretio finisse emptum, aut saltem non appareat de valore inspecto tempore præsenti, quia illud esset exhibendum, & estimandum per Peritos, nam sola emptio Rei furtiuæ non facit furem, sed ita demum si tenui pretio facta sit, ex not. In l. Inciuile C. furt. Menoch. de Præs. 29. præs.

Quare concludo contra hunc nequaquam procedi posse tanto minus quia de corpore delicti non constet, adeo vt nec confessio noceat super furto nisi prius constet furtum esse commissum Rol. à valle dicto cons. 51. nume. 18. lib. 1. Berro. cons. 203. nu. 17. lib. 3. Paris. cons. 158. nu. 30. lib. 4. Grat. cons. 93. nu. 5. & 100. nu. 4. lib. 4. Crau. cons. 260. col. 5. in prinic. ex his &c.

Furtum vt dicatur manifestum attenditur principium commissi furti, & quare Menoch. De Præs. lib. 6. præs. 17. num. 5. fol. 73.

Creditores an habeant actionem furti aduersus surripientium bona debitoris vide insignum D. meum Bimium cons. 92. per totum.

Statutum loquens de furto an habeat locum in expilatione Surd. decis. 61. num. 17.

Statutum, quod pro tertio, Furto quis furcis suspendatur intelligitur dummodo pro duobus præcedentibus fuerit condemnatus aliàs secus Tiber. Dec. cons. 24. nume. 17. vol. 3.

De furto agit cumulatè Conrad. Land. De offic. Præt. in caus. crimin. lib. 1. cap. 9. §. 3. Vbi ponit Ampl. 32. & limit. 16. fol. 364. & 365.

Redempta ab hostibus in bello, vel extra bellum à latronibus, & Pyratis, & an quando restituenda sint veris Dominis rerum redemptarum cum solutione pretij in causam

redemptionis exbursati Farin. in sua Decis. 120. Antonius.

Vsucapi non potest capta à latronibus, quia furti vitio affecta sunt, nec tale vitium purgatur etiam quòd ad manus hostium peruenerint, & ab illis fuerint capta Farin. Decis. 120. num. 4.

Consilium dans, & hortans ad furtum punitur extraordinariè nec est fur Decian. in 2. tract. crimin. lib. 8. cap. 16. num. 36. fol. 224.

Furem pandere nemo tenetur Hyppol. Rimin. cons. 327. num. 8, & 26. lib. 3. Bertazol. cons. crimin. 107. nu. 10. lib. 1. Farin. cons. 101. nu. 38. in fine.

Administrator dolosus qui conuertit pecunias pupullares in vsum suum tenetur actione furti, nec excusatur velamine administrationis à criminali iuditio ex Decreto Mediolani sub prætextu, quòd Res habeat originem à contractu Farin. cons. 96. num. 18. 19. 43. 50. Et nunc habeo in facto pro Io. Baptista de Clericis mercatore quod responsum adijcio in fine.

Furtum an veniat approbatione damni in materia statuti quòd Villa teneatur emendare damnum disputat ad partes Laur. Rampinell. in q. 52, & conclud. pro affirmatiua.

Bannitum occidens animo derobandi, & spoliandi non punitur Farin. cons. 101. nu. 24.

Furis bona tacitè non sunt hypothecata erga hos qui rapinam sunt passi Surd. cons. 425. num. 51. lib. 3. Costa in suo tract. de fac. scien. & ignor. inspect. 14.

Argumentum valet de vsura ad furtum Menoch. cons. 300. nu. 73. Nat. cons. 369. nu. 11. Nauar. cons. 71. num. 3. lib. 3. par. 1. de regul.

Furtum, & proditio dicitur casus fortuitus, & nemo se præcauere potest Farin. cons. 60. nu. 39.

Furtum non committit is qui in vsum proprium conuertit pecuniam sibi traditam non in specie, sed in quantitate Farin. cons. 96. num. 42. 54. vbi dicit, quòd aut consignatur pecunia numerata alicui priuato ad hoc tantùm illam retinendi, & restituendi ad libitum consignantis, & sic in depositum simplex, & tunc quia per talem pecuniā transfertur dominium in recipientem ex voluntate Domini, ideò hoc casu non comprehenditur furtum, quòd in re pro-

pria

pria non cadit, si verò consignetur pecunia alicui vt in aliquem vsum ad Domini vtilitatem conuertatur, & recipiens non in illo casu sed in proprium conuersit, & tunc dicunt quidquid volunt Ias. & Crau. ille in l. eius qui §. Qui verò num. 67. ff. si cert. pet. Crau. cons. 244. nu. 8. Vers. Quinimo verior est opinio, vt sic conuertens tenetur actione furti, & illius pęna alleg. Surd. Decis. Mant. 314. nu. 14.

Administrator qui non descripsit in libro omnes pecunias receptas, & illas pœnes se retinens tenentur crimine falsi, & furti Farin. dicto cons. 96. num. 43.

Pecunia soluta alicui condici, aut vendicari non potest, quia in dominium eius cui soluitur transijt, ita & amissa ludo pecunia Surd. cons. 528. Hier. lib. 4. nu. 16.

Furtum magnum quando dicatur Menoch. De Arbitr. Iudic. cas. 295. num. 10. Iac. Graff. par. 1. decis. lib. 2. cap. 33. nume. 27.

Furantem librum Doctori an liceat occidere pro sua defensione Pet. Ant. Luz. in suo tract. Monitor. sect. 1. q. 11. nu. 7. 8. vbi conclud. per argumenta.

Excommunicari an quis possit pro furto paruo idem q. 12. & ob peccatum præteritum furti, vel pro peccato in quo quis perseuerat nolens alienum restituere an possit quis excommunicari idem q. 13.

Monitoriæ aduersus scientes furtum, & non reuelantes, quando decernantur idem q. 14. Hæc quæstio.

Furans depositum an illud depositario, vel domino restituere teneatur, dic domino quando est periculum ne depositarius restituat Luz. ibi quæst. 10. Pro clariore nume. 9. sec. 2. quæst. 11.

Qui bona fide emit rem à latrone postquam per monitionem sciat rem esse furtiuam, an possit tuta conscientia rescindere contractum emptionis, & furi rem illam reddere vt recuperet pretium pro illa datum an verò teneatur restituere domino rem etiam si latroni pretium datum sit amissurus Luz. De Monitor. sec. 4. q. 2. In hac quæst.

Fur vt torqueatur ad hoc vt fateatur alia furta, si remissionem habet pro primo Vid. Zanatar. Abusuum insignem censorem in suo opusculo Aureo, Vellus Aureum, & meritò, inscripto, quod ego totum legi, & prorsus imbui.

P 2 Emens

Emens rem furtiuam an liberetur si illa consumpta sit, aut in aliam speciem conuersa, distingue aut scienter, & non liberatur emptor, aut bona fide, & tenetur solum quatenus effectus est locupletior Clar. §. furtum nu. 27. Menoch. de præs. lib. 5, præs. 29. nu. 18. Surd. Decis. 45, nu. 15. lib. 1. Vinc. De Franc. Decis. 31. par. 1.

Emens rem furtiuam quando non teneatur illam restituere nisi recuperato pretio tam in foro exteriore, quàm in foro conscientiæ etiam quo ad expensas Luz. sce. 4. q. 2. num. 12. Vers. aduertendum est.

Si quis per viam donationis rem alienam accepit à domino, & deinde incipiat dubitare an Res sit furtiua, & pendente tali dubio rem vendiderit tenetur pretium acceptum domino restituere cum constiterit rem esse alienam, etiam si sine prædicto dubio rem vendidisset cognita veritate, vbi verò facta diligentia adhuc remaneat dubium, tunc pretij partem pro dubij qualitate, seu quantitate restituere tenetur, quod procedit in emptore qui tamen bona fide alienauit pro eodem pretio, quod dedit furi ad nihilum tenetur, pretium enim illud non est furtiuum, & si omne pluris vendidit ad illud plus tantùm tenetur tàm in foro fori quàm conscientiæ Luzius pract. dicto tract. De Monitor. sec. 4. quæst. 7. In hac.

Fur non tantùm tenetur restituere Res quas surripuit sed etiam impensas à domino factas in re querédo modò sint tales quales, vir bonus, & prudens in tali negotio facere debuisset, & nisi probabiliter credat dominum rei contentũ fore restituto sibi principali Luz. q. 3. cap. Non solum, lucrum tam ex re furtiua, arte, aut negotiatione, aut ludo, aut propria industria quæsitum non tenetur restituere ibi n. 3. Vers. an verò. Tenetur autem restituere cum fructibus si res est fructuosa præceptis, & ad interesse damni emergentis lucri cessantis, secus de possessore bonæ fidei qui non tenetur nisi in fructibus perceptis, expensæ autem, & melioramenta facta in re furtiua ad quæ dominus rei cogi potuisset, recuperat bonæ fidei possessor aliàs non, quod quidem procedit in foro conscientiæ etiam in malæ fidei possessore, quia & ipse deducit expensas necessarias vtiles, & voluptarias, quas à subiecto commodè separari possint

afflic.

Affiic. decif. 87. Si verò Res fubtracta deteriorata fuerit, tunc fur tenetur ad eam eftimationem in qua dominus ea re vfurus fuiffet, fi verò perierit de eius interitu obligatur etiam fi res fuiffet eodem modo apud dominum peritura ibidem Luz. fub num. 6, & ibi. fol. 26. nu. 8. Quando, & in quibus cafibus fur de rei furatæ interitu apud fe exiftentis non teneatur. Refponfum.

In vna furti Mediolanenfis.

NOb. Cęfar Pallauicinus accufauit Bernardinum Brufatum, quòd licèt dictus Brufatus conduxiffet ficti nomine quædam nemora à Communitate Befati ex eis medietatem vendidit lignorum dicto Pallau. pretio lib. mille nouemcentum recepta parte pretij, apparente fyngrapha folutionis teftibus roborata, qua venditione attenta idem Pallauicinus partem d. lignorum vendidit Augustino Seffæ Furnafario, aufus tamen eft dictus Brufatus aliam facere venditionem d. lignorum Alexandro Cuntero pro eodem pretio lib. mille, nouem centum adiecta conditione foluendi eidem Pallauicino lib. nouemcentum ex caufa dictæ vẽditionis cum promiffione folemni dicto Brufato dictas libras reftantes mille in duobus terminis, & cum promiffione releuandi dictum Brufatum ab omni moleftia inferrenda per dictum Pallauicinum Inftromento rogato per Antonium Rubeum.

Quæftio eft an ad aliquam pęnam teneatur dictus Brufatus fcienter vendens rem alienam, cuius dominium tranftulerat in dictum Pallauicinum & an eandem pœnam incurrat ifte Alexander qui fcienter rem alienam emit à non domino & in quam pœnam.

Dicendum eft quod vendens rem alienam fi fit nobilis committit furtum l. 1. C. Vfucap. pro empto l. Alienum C. furtis; Si tamen moneatur vel includatur pro vt ibi vult Glof. & alia Glof. fingularis in l. Rem alienam ff. contrah. empt. Bart. in l. cum vir ff. Vfucap. l. 4. §. fin. ff. pignor. act. & emens fcienter incidit in dicti criminis fufpicionem l. Ciuile, & l. Inciuile C. furt. Et dicitur in culpa effe vendens rem alienam l. Quod fæpe §. fi heres ff. act. capti. Et

P 3 dolus

dolus debet abesse in venditione ab vtroque non solùm tẽpore venditionis, sed etiam post quandocumque Bald. l. si cum fundus §. 1. ff. act. empt. Et committit fraudem ita tacendo, sicuti loquendo, & obscure, vel ambiguè profferendo verba l. ea quæ commendandi ff. contrah. empt. Et dolus vẽditoris nocet emptori l. eũ qui §. Prætor ff. Probat.

Secundò. Adde quòd sicuti dicens rem quam vendidit nulli esse obnoxiam Tex. pœna falsi l. si à debitore vbi Glos. & Bart. ff. fals. ex Plot. in l. si quando nu. *660*. C. vndeui, & si callidè tacuit, & supposuit tenetur crimine stellionatus ad pœnam arbitrariam l. 3. vbi Glos. ff. crimin. stellion. lib. 1. §. 1. ff. pignor. act. & Plot. supra allegatus num. *668*. ita dicendum in casu nostro, & in pari dolo vterque versatur ille scienter, & dolosè, & animo lucrandi vendendo ligna, hic emendo, & periculum in se suscipiendo, & promittendo releuare venditorem ab omni molestia quam inferre posset Pallauicinus, & ab eo causa habens, videntur enim hi duo societatem coisse vt Pallauicinus lignis suis priuetur, & careat. Nec venditorem excusat palliata illa promissio indemnitatis quæ in crimine furti tanquam rei turpis promitti non potest, & cum sequuta sit vel lignorum amotio, vel inclusio, ambo Rei constituendi sunt de furto.

Responsum criminale in vna furti litterarum missiuarum.

BArtholomeus Campana attenta remissione Bernardi Naini molestari non potest ex officio cum & si dicatur intercepisse litteras quæ mittebantur ex Vrbe Genuæ, attamen pro hoc delicto nisi ad instantiam partis procedi potest stante præsertim Constitutione Mediolani, quòd nullus corporaliter puniatur nisi expresse caueatur tit. De Penis §. Nullus corporaliter, & tanto magis quia nullum damnum contigit ei cuius litteræ fuerunt interceptæ, cum tantummodo oriatur actio iniuriarum, quæ tollitur protestatione partis offensæ Clar. in §. Iniuria Vers. tollitur, sic enim notant Doctores in l. Qui Testamẽtum & in l. Qui Tabulas ff. ad l. Cornel. De falsi vbi Bart. dicit quòd tantùm punitur pœna stellionatus & in l. 3. §. si quis Tabulas ff. ad Sylan. & ita multis comprobat Onded. cons. *106*. nu.

80. cum

80. cum seq. vbi vult quòd præter aperturam litterarum debeat concurrere mutatio, seu adulteratio sigilli nam minus peccat qui aperit, & legit, quàm qui mutat ex Innocent. vbi quòd locus est tantum pœnæ extraordinariæ & sub nu. 83. vers. 3. respondetur, vult quòd locum tantùm pœna habeat quando litteræ aperiuntur vt ostendantur aduersario illius cuius sunt litteræ, non quando quis aperuit litteras alienas, vt videat nunquid aliquid in eis scribatur quod sibi noceat.

Ex quibus dictus Campana attenta dicta remissione est absoluendus & ita sequutum fuit. Laus Deo &c.

Adde Baiard. ad Clar. §. falsum nu. 201. Alciat. conf. 6. tomo 2. lib. 5. nu. 64. Franc. De March. q. 738. Quæritur de illo qui dissigillauit lib. 1. Io. doc. in pract. tit. de fals.

Responsum.

DOminicus Tornagus capitaliter ad furcas condemnatus ob Furtum cõmissum in bonis nob. Francisci Marliani, de mense Decembris 1607. Postea captus, & admissus ad nou. defensiones attenta leuitate indiciorum sed sola coutumacia circa quam multas opposuit nullitates à Senatu reseruatas ad tẽpus relationis diffinitiuę his granatur.

Nam exponit dictus Marlianus, quòd cum ex ordine Pretoris facta fuisset perquisitio in domo Camilli Bugati molendinarij pro inueniendis aliquibus rebus furtiuis præsente dicto Tornago ipsius querelantis famulo, & vidente d. diligentiam fieri, inuento ibi stragulo vulgo per ponta, ex rebus furtiuis recessit Tornagus nec amplius ad dominum reuersus est ideò ex hoc dictus dominus concepit contra eum suspicionem, quòd esset in furto particeps quia erat socius dicti Bugati molitoris qui videtur eum cohortatus ad fugam prout fecit, nec amplius visus est, in domo discessis, relictis in domo domini sclopo, ense, Pistolesio, indumentis, Thorace, ac Valisia.

Ego in grandi faragine huius accusationis nihil video obijci præter fugam sequutam post dictam perquisitionẽ, nec aliunde ostenditur aliqua societas in furto, & fuga potuit ex alia causa contingere, & ex longo interuallo sequu-

ta non præstat indicium Mascard. De Probat. concl. 822. lib. 2. nu. 8. Natta cons. 407. nu. 12, & expedit etiam probare famulum aliunde esse suspectum, vt ad torturam perueniatur. Farin. de Indic. q. 48. nu. 70. & seq. lib. 2. Nec indicium præbet, quod Tornagus quandoque visus fuerit ante, vel post conuersari cum dicto Camillo, quia non ex hoc infertur ad societatem illius delicti, cum ea conuersatio debeat esse cuntinua, & stricta, non autem interpolata Mascard. conclus. 451. nu. 9. lib. 1. Tum etiam ea non facit indicium ad torturam nisi sit adminiculata Farin. quæst. 43. nu. 171. & seq.

Nec verum est quòd abiens Tornagus reliquerit vestimenta, & alia in domo domini nam in iudicio horũ nulla fides facta est, & præsumitur contra eum qui cum possit non præstat probationes Crau. cons. 112. nu. 16, & 361. num. 12. 969. nu. 15. lib. 5. 381. nu. 12, eo lib.

Amouetur ab eo suspicio quia poterat solus, securius, furtum facere non autem asciscere Camillũ in sociũ prædę.

Rursus non accessisset ad oppidum Modoetiæ cum tota familia vbi poterat facile detineri præsertim quia ibi adest numerus biruariorum per quos potuisset compræhendi.

Quin etiam & constat dominum huic commisisse res multo maioris valoris, & pecunias ad emendos equos in partibus Germaniæ in quibus fuit semper fidelis.

Sola ergo r. manet contumacia luenda ex Clar. q. 64. Vers. Sed nunquid, verùm respondetur ex capitibus nullitatum quas vtsupra Senatus reseruauit hoc tempore diffiniendas vltra quòd opinio Clari de torquendo admisso ad Nou. defensiones deducta innocentia reprobatur à Farin. q. 11. nu. 82. Vers. limita septimo.

Fuit hic benè tortus respectu condemnationis, & absolutus & ob contrauentionem banni ad remum per triennium damnatus, & eò transmissus.

§. Robaria.

Aliud responsum in vna Robariæ.

CVm agatur de Robaria impicta Cæsari Rampino, & super ea plures testes sint examinati leuiores probationes,

tiones, quia de nocte commissa est, sufficiunt Crau. consl. 178. nu. 2. Gram. consl. 1. nu. 1, & consl 17. nu. 5, & admittuntur testes inhabiles Hippol. Marsil. l. damnorum §. Pluriũ nu. 73. ff. qq. Dec. consl. 163. nu. 6. Alex. consl. 156. col. 4. lib. 5, & delicta nocte commissa dicuntur grauiora Marsil. cõsl. 85. nu. 16. Blanc. l. fin. num. 198. ff. qq. Et creditur his testibus, quia reddunt rationem, nempe quia aderant lumina ita quòd facile dignosci poterat Dec. d. consl. 163, & 363. nu. 2, & 429, num. 15. Viuius in lib. com. opin. in verbo testis de nocte, & quia reos satis notos habent, & satis exactam de eius rationem reddunt, ideò non solùm non faciũt indicium, sed etiam plenè probant Alex. consl. 24, col. 3. vol. 2. Cin. in l. Testium in 4. q. C. Test. Boss. De indic. nu. 273. Clar. q. 20. Vers. sed quid si testes.

Et præter resultantia ex testibus accedit famæ vehementis probatio quæ fama cum habeat adminicula in crimine difficilis probationis indicium facit etiam ad plenam probationem Gram. consl. 57. num. 17. Marsil. consl. 116. num. 12, & multum facit quia dicta fama cæpit oriri tempore dictæ robariæ & quia probatum est crimen aliundè plusquàm semiplenè Gram. decis. 42. nu. 12. Dec. in cap. Veniens nu. 32. De Testibus, & Felin. nu. 13, & apud Senatum Amplissimum mala fama in genere eiusdem delicti operatur vt quis condemnetur in pœnam extraordinariam iux. Boss. De Inquisit. nu. 29, & De Indic. nu. 68, & in delictis difficilis probationis sola fama facit indicium ad torturam Secũdum aliquos quorum opinionem, & si non admittat Farin. De Indic. & tort. q. 47. nu. 106. Attamen in casu nostro stantibus prædictis absque difficultate recipitur quare rectè in statu Ecclesiastico delicta similia quæ de nocte cõmittuntur plenè per famam probantur Const. March. lib. 4. cap. 22. Relata ab Appostill. ad Clar. quæst. 21, nume. 3. Vers. item adde. Laus Deo.

Aliud responsum.

In vna Robaria Mediolanensis pro Nicolao Orombello, & Io. Paulo de Naua.

DEtineatur Andreas Somma, Io. Paulus de Naua, et Nicolaus

colaus Orombellus ad quærelam Baptistæ de Leuco habitantis in loco Boscaiolæ imputati, quòd prope locum Derghenini insultarint eũ ad stratã armati sclopis ab igne, & pistolesijs, & spoliauerint pallio, ense, pecunijs, quem tamen inoffensum in persona dimiserunt, & cum dictus querelans reperuisset eius filium, insecuti sunt eos qui postquã eorum alterum spoliauerunt, & ex his retinuerunt dictum Nauam, sed postea eũ dimiserunt ex causa infra recẽsenda.

Qui Naua examinatus narrat *Che uno di loro qual non sa chi fossero ò il Rombello, ò Andrea misse la mano adosso al querelante, li chiamarono la borsa, & esso gli la diede, & li leuorono la spada, & il ferriolo, & esso già era contrapassato auanti per sei, ò otto passi, & che anche gli in quel mentre sfodrò il Pistolese pensando che detto huomo si volesse diffendere, & vedendo venir vn' carro andai più inanti pensando che fosse gente che ne volesse offendere, & essi per causa di quel carro lo lasciorono.*

Fatetur etiam *Che presso à Milano trouorono vn' huomo, & vna donna, & il Rombello, & Misser Andrea li fermorono & li leuorono li dannari, & mi fermai anch' Io, & si fermorono poco dubitando non venesse gente*, & narrat quæ cum eo postea sequuta sunt, dum prope dacium fuit detentus, sed dimissus.

Ch' Andrea disse ch' haria dato lire dieci al Rombello per darmi, ma non gl' ha poi dato, ma andaua però dietro spendendo, & ne haueua speso per me, & delle volte m' haueua soccorso quando n' haueua bisogno.

Et infra magis clarè explicat. *Che non ha mai hauuto ardire di dimandare al detto Rombello perche haueua ancor lui pagato per esso hor da beuere, hora vn' pasto per me, & ando poi fuori.*

Modò videndum est an hic Naua debeat puniri pęna Cõstitutionis sub tit. de pœnis §. si quis fecerit Robariam quæ est furcarum pro Robaria commissa extra Ciuitatem vltra medium aureum, attento quòd eam confessus est, & licèt ipse non insultauerit prædictos ad stratam derobatos, attamen astitit enudato pistolesio animo defendendi socios suos insultantes, ideò opem præstans ad delictum committendum eadem pœna punitur l. is qui opem Vid. DD. ff. furt. & not. in l. 1. C. Nisi egg. non Rumpen. lib. 11. Campeg. de test. reg. 433. tract. to. 4. Clar. q. 90. per totum Declaran. vt ibi nec negari potest Naua quin astiterit armatus

tus delicto prævio inter eum, & socios tractatu, quòd cuicumque occurrissent in itinere pecunias rapere volebant ad not. per Clar. d. q. 90. Vers. sed nunquid Menoch. De Arbitr. Iudic. cas. 450. Nec videtur dignus excusatione, quòd ipse manus non intulerit, quod nullum commodum eiusdem rapinę retulerit, sed omnis præda pęnes illos duos socios manserit.

Contrarium verius est, quod non teneatur pœna rigorosa dictę Constitutionis si quidem eius verba ita cócepta sunt si quis fecerit Robariam, non conueniunt auxilianti, & opem ferenti, cum concepta sint in personam, non autem in rem, aliud si Decretum ita cóceptum foret pro Robaria sit pœna furcarum, aliud si quis fecerit Robariam ita distinguit Bart. in l. Aut quia §. Hæc verba ff. quod vi aut clam. Auxiliator enim dicitur facere interpretatiuè non autem propriè, ergo non compræhéditur in Decreto quod strictissimè est interpretandum idem Bart. in d. l. is qui opem nu. 2. vbi quod qui præstat opem percussori non est percussor licèt teneatur de pcussione Bart. in l. sed si vnius §. seruus ff. Iniur. Quod non dicitur verè facere per alium si ille non facit ex necessitate naturæ, quia liberum habet arbitrium, nec legis, quia rei turpis nullum est mandatum, & qui mandat facit interpretatiuè, & hoc casu distinguendum est vt supra aut verba concepta in rem, aut in personam, & de communi Clar. q. 89. Vers. Sed quęro nunquid statutum vbi in fine dicit ab hac opinione non esse recedendum iudicando, aut consulendo.

Ad hæc Cep. in cons. 2. 12. crimin. Respons. multú prædicta coadiuuat. Hic etenim dicit, quod ille Bartholomeus non præstitit auxilium cooperatiuum ad occidédum quia non est vsus instrumento suo puta gladio in personam occisi, sed tantùm astitit armatus; & statutum, quòd loquitur per verbum subiunctiui temporis si quis fecerit intelligitur per actum proximum; & sic causa homicidij debet esse coniuncta cum effectu, & de effectu immediato, & inseparabili non de mediato, & separabili.

His conuenit consilium Bolog. 34. & in præsenti nu. 10. vbi loquitur de statuto Bonon. De Homicid. vt non compræhendat astantes, nec auxiliantes, nec mandantes, sed

tantum

tantum veros homicidas, quia hi non sunt homicidæ pro veritate, sed per fictionem quæ non habet locum in statutis iuri communi contrarijs.

Ad idem tendit Bald. cons. 52. lib. 1. Incip. Casus talis est vbi dicit, quòd statuto ciuitatis cauetur quod nullus corporaliter puniatur nisi lege municipali caueatur, sed aliàs pecuniariter puniatur arbitrio Potestatis, aliud statatum quod si quis homicidium fecerit capite puniatur, ita quod moriatur, si quis mandet alteri vt homicidium committat, & commisit non tenetur pœna illius statuti quia licet sit homicida casualis, non tamen est formalis, at statutum intelligitur de formali, & casuali simul, idest de eo qui proprio animo, & proprijs manibus aliquem occidit quia hic est homicida proprijssime, & hoc respectu mandans dicitur accessorius, & fundens sanguinem principalis, & iux. hanc communem se resoluit Clar. d. quæst. 89. Vers. Quero nunquid statutum.

Ad contraria responsione non est opus cum ex prædictis satis confutata videantur, & præsertim quia nos non agimus vtrum puniri debeat auxiliator sed vt pœna dicti Decreti locum sibi vendicet, quod si Decretum sensisset etiam de auxiliatore expressisset prout in alijs capitibus sub eo titulo diuersis in locis vt in §. latrones Vers. Dantes, & Vers. receptatores, & in §. Quicumque cuiusuis sexus in §. Homicidia Vers. Parimodo, & in §. Quicumque sciens, Vers. si quis verò auxilium in §. Non fiant ligæ, ibi nec non auxilium in Constit. De Pęnis.

Absolutus de interpretatione dicti §. si quis fecerit Robariam quæro quænam pęna sit imponenda pro Robaria inspecto iure communi de hac loquitur Bart. in l. capitalium §. famosos ff. Pœnis. iun. §. Grassatores; quod viarum grassatores, qui latronibus sunt proximi, qui cum ferro aggredi, & spoliare instituerunt capitaliter puniantur si sæpius, ac in itineribus admittere consueuerunt, & si maleficia non perficiant, quia neminem occidant; at §. famosos loquitur quando maleficium perficiunt, si ergo non sit famosus capitaliter non punitur, sed iux. l. tertiam ff. ad l. Iul. De vi pub. & Glos. in dicto §. famosos in Vers. furca & ibi dicit Bart. in secunda oppositione verbo cit. Glos. in auth. sed

nouo

nouo iure C. fer. fugit. quæ pœna est extraordinaria.

Et licèt vna die dicantur duo furta commissa, tamen pro vno reputantur cum sint continuato tempore, & actu commissa Cep. dicta Authen. sed nouo iure nu. 95. C. fer. fugit. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 295. num. 20. Clar. §. furtum vers. vnum tamen nota, debent enim esse distincta, & Re, & tempore Franciscus Bursat. cons. 401. nu. 2. lib. 4.

In vniuersum autem nō debet esse locus pœnæ furcarum quo ad omnes ex infra dicendis.

Primo. Quia agitur de modica robaria scilicet librarum decem pro quolibet eorum, & monstruosum est, quod pro leui Robaria quis mortis supplicio addicatur, cum pro furto magno secundum communem opinionem de qua apud Clar. in §. furtum non debeat quis decapitari, & licèt Constitutio imponat pęnam furcarum si Robaria excedat medium aureum, attamen magis est ad terrorem, quàm vt pœna adunguem exigatur & repræhensa fuit lex Federici Imperatoris quæ mandabat quē puniri pęna mortis ob furtum quinque solidum iux. capitulum primum §. Quinque solidos de pace ten. Et aliqui ascribunt culpam huic rigori, quod eius Regna non transierunt ad tertiam generationē, alij (quod verius esse puto) Persecutionibus quibus vexabat Christianos, quod & Clar. sentit.

Secundo. Quia satis manifestum est eos tunc temporis mane, & vespere inebriationi indulsisse, seque tunc fuisse à mente alienos.

Tertio. Quia magis per lasciuiam deliquere inconsulto, & præcipitanter nec cōsilium de hoc inter eos præcessit.

Quarto. Quia antea laudabiliter vixerunt, & de primo delicto agitur,

Quinto. Maiorum suorum integritas, & vita in hac Vrbe transacta.

Sexto. Propter multitudinem personarum; Pœna vel ignoscitur, vel temperatur.

Fuerunt omnes ad remum perpetuum transmissi, & sanò Senatus magno rigore vsus est.

In vna furtiuæ rei emptione.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Declaratur Clar. in §. Furtum Vers. sed hic incidenter.*
2 *Emptor bonæ fidei serici an teneatur ad restitutionem alicuius pretij, quod ex reuenditione precij percepit.*
3 *Pretium rei furtiuæ an sit furtiuum.*
4 *Locupletior quando quis dicatur factus ex re furtiua vendita, & num. 6.*
5 *Venditor Rei alienæ si eam vendidit suo nomine, & bona fide credens illam esse suam an teneatur restituere domino pretium quod ex eo percepit declaratur.*

Egr. Prætor Mediolani sic motiuauit contra Daganum, & Ripam mercatores Serici in Vrbe Mediolani.

POsito ex actis constare sericum per mercatores emptũ esse ex illo serico derobato quærelanti, videtur dicendum hos mercatores licèt sint bonæ fidei emptores teneri pro serico suis operarijs tradito ad fabricationem draporum in quãtum locupletiores sunt redacti, videlicet ad pretium quod ex eorum patrimonijs in emptionem dicti serici impendere habebant, cum iam ex pretio sint facti locupletiores cum aliena iactura Clar. §. furtum Vers. sed hinc incidenter quæro Couar. in reg. peccatũ 3. par. Relect. n. 3.

Respondeatur termino tridui. Sallenus prætor, cuius ossa nunc *quiescunt contumulata in Aede Sacra Monasterij paci prope vestibulum pprtæ, & eius monumentum est cum inscriptione tum sua, tum socrus suæ.*

Prudentissimo motiuo sic respondet Aduocatus dicti Degani, & Ripæ.
Adsit virtus Spiritus Sancti.

POsito pro vero, quod mihi à parte in facto fuit præsuppositum népe sericum istud de quo in præsenti agitur fuisse bona fide emptum, & ab ijsdem quoque emptoribus bona fide fuisse reuenditum, interpide videtur dicendum eiusmodi

eiusmodi bonæ fidei emptores non teneri ad restitutionem alicuius pretij, quod ex reuenditione ipsius serici perceperint; non enim tenentur illud restituere condictione furtiua, tanquam sit furtiuum, cum pretium rei furtiuæ nõ sit, nec esse possit furtiuum ex tex. in l. Qui Vas §. fin. ff. furt. minus tenentur restituere ex æquitate l. si me & Titium ff. si cert. pet. quasi facti sint locupletiores cum iactura domini ipsius rei furtiuæ, quia nequaquàm hoc dici potest in præsenti casu, tum quia isti emerunt rem vtilem, non necessariam, quo in casu quis non potest dici factus locupletior per tex. in l. 1. C. si aduers. solut. & in l. apud Celsum §. si quis pupillo ff. Doli except. Bart. in l. 3. ff. Nouat. Aretin. viden. in §. Auctoritate nu. 4. Instit. Authen. tut. Vers. Aut emit rem vtilem. Tum etiam quia ex quo ijsdem emptores tantundẽ pretium exposuerunt de suo pro illo emẽdo non dicuntur facti locupletiores, cum illis tantùm absit, quantùm adest iux. trad. per Dyn. in his terminis in c. Ratum nu. 8. De Reg. Iuris in 6. & iux. notabilem Glos. in l. si cum seruum in verbo condicere circa finem ff. si cert. pet. vbi post Glos. DD. examinant hunc articulum an venditor Rei alienæ si vendiderit eam suo nomine, & bona fide credens illam esse suam teneatur restituere Domino pretiũ quod ex ea percepit, & dicunt quòd non si habuerit in illa causam onerosam, nempe quia illam prius emerit ab alio non domino qui credebat esse dominum ratione prædicta cum non possit dici factus locupletior ex re aliena pro qua de suo pretium soluitur primo venditori, & ita in terminis cõsuluit Ang. conf. 36. inter conf. crimin. Diuers. to. 2.

Quibus sic firmatis non obstant ea quę doctę fuerunt per Egr. Prat. motiuata nempe allegata doctrina Clari in §. Furtum, & doctrina Couar. de qua supra.

Quia respondetur Clar. in allegato loco nulla alia ratione niti quam illa Couar. qui si bene videatur non loquitur de pretio illo quod quis de patrimonio suo impenderit bona fide emendo rem vtilem non necessariam, cum in tali casu non dicatur quis factus locupletior, iuxta distinctionem traditam per Aretin. dicto §. Autoritas num. 4. Instit. De Author. Tut. & iuxtra dispositionem Tex. in l. apud Celsum §. si quis pup. ff. Doli excep. Bart. in l. 3. ff.

Nouat.

Nouat. cum alijs allegatis per Glos. in l. si cum seruum ff. si cert. pet. sed loquitur de pretio illo quod emptor superlucratus fuerit, cõsiderata quantitate pretij erogati in emptionem ipsius rei furtiuæ, sicut ita se aperte declarat idem Couar. dicto nu. 3. Vers. 4. Hinc procedit omnino uidendus, quo in casu dubium non est quin non probato lucro per dominum ipsius serici, ipsi emptores non veniant absoluendi, cum istud sit fundamentum intentionis suæ, & quod onus probandi emptorem bonæ fidei rei furtiuæ factum esse locupletiorem, incumbit domino rei furtiuæ voluit, Glos. in l. 1. C. si aduers. Vend. & in l. prædium C. præd. mino. Vbi Salic. Aretin. in dicto §. Auctoritas nu. 4. Insti. Author. Tut. D. Menoc. de præs. lib. 6. præs. 27. nu. 9. & 10.

In cæteris, suppleat integritas Domini mei iudicare debentis, & ita pronunciauit vt supra. Laus Deo

Responsum.

In una furti seu Robariæ contra Trauazanum colonum ad ad querelam domini.

S V M M A R I V M.

1 *Fures ut plurimum sunt Vagabundi qui non habent certum domicilium, & iudicandi sunt tamquam non habentes forum.*
2 *Senatus Mediolanensis furem Brixiensem pro furto extra Ducatum commisso iussit fustigari,*
3 *Remissio delinquentis an fiat ad locum delicti.*
4 *Fur committens furtum in uno loco si reperiatur extra Territorium furti cõmissi absq; re furata, An puniri possit pœna statuti loci furti, sed bene puniri quo ad restitutionem rei furatæ etiam si cum ea non inueniatur.*
5 *Fur dicitur insignis & famosus etiam ex duobus furtis, & denegantur defensiones, & Interdicitur ne Aduocati pro eo intercedant, nec gaudet priuilegio fori:*
6 *Bart. opinio in l. si dominium ff. furtis communiter damnatur.*
Mandans rem furtiuam in aliquod Territorium deferri dicitur ipse facere.

Mandans,

Mandans, & Mandatarius non debent ad imparia iudicari
7 *Robariæ quando sit locus.*
Pæna furti magni est mortis naturalis
Tortura non purgat vehementia Indicia.

Adsit Virtus Spiritus sancti.

INdignus omni legum beneficio mihi videtur Io. Baptista Tauazanus insignis fur, & puniendus in foro Placentino in quo Iudices illi solent insectari odio Vatiniano hos raptores, degenerantibus omnibus legibus contra eos, & hunc præsertim colonum bonis domini insidiantem, cum nullus sit efficatior hostis ad nocendum quàm domesticus, ideò puto secundum rectos iuris tramites eum posse, ac debere puniri Placentiæ ad quem locum destinauit hospitem pro venditione torquis aureæ furto subtractæ; Id probatur in primis quia hi fures con$\{$ueti sunt extra protectionem legis, cum sint vt plurimum Vagabundi qualis hic qui relicto suo incolatu ad excusationem adducit, quòd elegerat habere domicilium in Casto Sancti Ioannis Foller. in pract. in verbo audiantur excusatores nu. 166. Farin. de inquis. q. 7. nu. 10. & 13. per tex. cum Glos. in l. 1. C. vbi de deb. agi oport. Cui opinioni vaidè acquiesco, quia isti furunculi post delicta nullo loco consistunt huc, & illhuc errantes ideo iudicandi sunt tamquam nō habentes forum, quod obseruat Senatus noster iux. Clar. q. 39. vers. Cetérum si reus vbi quòd iussit quendam Brixiensem pro furto extra Dominium commisso fustigari ibi Dec. lib. 4. cap. 15. tit. De Vagabundo Plot. cons. 34 nu. 14, & non esse locum remissionem ad Iudicem loci delicti ex magis communi tradit Farin. q. 7. nu. 14. vers. sublimi. 2. Caball. resol. crimin. cons. 162. nu. 9. Et supposito non teneri, & admisso, quod fur cōmittens furtum in vno loco si reperiatur extra territorium furti cōmissi absque re furata puniri non possit pęna statuti loci furti, cum non extendatur extra territorium statuentium iux. l. fin. ff. Iurisd. omn. Iud. est tamen puniendus restitutione rei furtiuæ, aut eius æstimatione, & quadruplum rei vt si ouem vnam sit furatus, tenetur restituere quatuor oues pro vnā Plot. cons. 24. Scire

Q quæ-

quæritur in fine, & quòd Iudex etiam incompetens possit Res furatas restitui facere vero Domino & si fur non inueniatur cum rebus furtiuis Bertazol. conf. 40. nu. 4. vers. 2. lib. 1. ac alijs adduct. Caball. resol. crimin. cas. 163. frequentissimo nu. 5, & 6, post Plot. conf. 133, num. 46. lib. 1. Diuers. crimin.

5 Secundo. Principaliter constat hunc furem esse insignẽ ex duobus furtis eidem domino suo diuerso tempore commissis quorum primum ei petenti condonatum est, quæ venia inducit furti confessionem, & ita famosum furem appellat Boss. de Rapin. nu. 11. Auth. sed nouo iure ibi fures C. furt. l. 3. in fine C. Episc. aud. DD. in l. De quibus ff. ll. Farin. q. 39. nu. 107. Vbi quòd etiam similibus denegantur defensiones, nec Iudex debet pati aliquem pro his aduocare, & hi non gaudent priuilegio fori.

6 Tertiò supposita opinione Bart. pro communi in l. si Dominium nu. 2. quem multi impugnant relati à Deciano in 2. tract. crimin. lib. 4. De loco delicti cap. 17. num. 15. vers. Septimo extende pro qua stat Caball. conf. 163. Frequentissimi dico quòd cum is qui mandat rem furtiuam in aliquod Territorium deferri dicatur ipse facere, quia actus refertur ad ordinantem nõ autem ad exequentem reg. Qui per alium facit; sequitur quòd cum torquis contrectatio sit facta per hospitem nomine Trauazani; ipsemet contrectasse videtur, ideò puniri debet in loco contrectationis, & venditionis dictæ torquis, non debent enim ad impatia iudicari mandans & mandatarius l. Accusatoribus C. Accusat. Bald. in l. De minoribus C. His qui vt Iud. Bart. in l. Athletas ff. fals. Angel. De Malef. In verbo, & Sempronium mandatorem, est enim vnum, & idem maleficium ex prædictis.

Moueri etiã debet Illustris Iudex ex his cumulatis, qualitate personæ furis suo domino infidelis, furtorum nocturno tempore commissorum, quæ grauius æstimari solent: Quod in furto intercesserit factura hostiorum, ferrarum, capsarum, scriniorum quod delictum transit in Robariam ex Aug. Beroo. conf. 214. num. 2. vol. 3. Vbi quod dicitur atrox; quod etiam agatur de furto magno pro quo est locus pœnæ mortis ex Caball. in cas. 18. resol. crimin. incip. Ardua est quæstio. Nec tortura purgat vehementes, & pro-

& prope indubitatas delicti præsumptiones, aut indicia vrgentia Clar. §. fin. q. 64. vers, Illata. Laus Deo.

Responsum in vna Cremonensi emptionis rerum furtiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Emens rem furtiuam punitur pœna extraordinaria, & num. 9. vers. ad secundum punctum.*
2 *Occultatio rei furtiuæ quem suspectum facit de scientia.*
3 *Pignori scienter accipiens rem furtiuam punitur.*
4 *Consuetus emere res furtiuas præsumitur particeps.*
5 *Receptans scienter furem an puniatur pœna furti.*
6 *Clandestina emptio rei furtiuæ quem reddit suspectum item vilitas pretij.*
Qualitas personæ vendentis si sit diuersæ proffessionis.
7 *Emens à filio familias à seruo suspectus est scientia rei furtiuæ probatur coniecturaliter.*
8 *Emptori rerum furtiuarum remissio Domini non prodest.*
9 *Dolus verus non præsumptus requiritur ad imponendam pœnam grauem corporalem.*
Plura argumenta in furto an constituant plenam probationem.
Senatus obseruantia in condemnando in pœnam ordinariam concurrentibus pluribus indicijs.
Expensæ, & damna veniunt in condemnatione furti ad pœnam extraordinariam.
10 *Iuramentum in litem defertur Domino cōtra emptorem rei furtiuæ iux. terminos l. si quando C. vnde vir.*

Pro Domino Hieronymo Rescalio Cremonense contra emptores rerum furtiuarum.

Sfortia, & Matia ambo participes furti habendi qui à fure emerunt vili pretio concurrentibus innumeris argumentis, quæ eos de hac scientia conuincunt adeò vt omnino sint condemnandi erga dictum Rescalium dominum rerum furtiuarum scilicet Telæ, & lenteaminum magni pretij, & quia punctus ad duo deducitur. Primus an constet de

scientia. Secundus an indicium tantùm oriatur ad torturā eorum, an verò ad condemnationem, & quam an in pęnam ordinariam, aut extraordinariam ideo paucis hæc absoluemus.

Præmitto quòd emens rem furtiuam scienter punitur pę
1 na extraordinaria Marsil.cons.32.33.Vrsill. ad Afflic.decis. 369.nu.5. Et in facti cōtingentia dicit quendam fuisse trāsmissum ad remum quinquennalem, immò sola occultatio
2 rei furtiuæ emptorem suspectum facit de scientia Velpell. cons.149.nu. 11. Et in terminis emptoris rei furtiuæ decis. Tholos.351. Idem in eo qui scienter à fure rem furatam pi-
3 gnori accepit, & etiam sæpe emerit, ex hac consuetudine præsumitur furti particeps ut ibi nu.4. Et est materia trita l.In ciuile C furt. Ab eadem censura ducitur, Quod rece-
4 ptans scienter furem punitur pœna furti Iacobus Menoch. De præs.lib.4.præs.29.nu.34.36.Farin. latè q. 133.cap.2. Si ergo hoc in receptione furis, quanto iustius est in rebus, cū
5 valeat Argumentum de persona ad rem subsistente eadem ratione Nicol. Euerar.in loco Arg. à re ad personas Augetur præsumptio scientiæ a clandestinitate, cum emerint
6 amotis arbitris, nam & in specie interrogati de præsentibus tempore emptionis, responderunt ambo se non recordari quisnam præsens esset. Secundo vilitas pretij ar-
7 guit scientiam rerum furtiuarum. Tertio. Qualitas personæ vendentis qui non est eius professionis, sed diuersæ, iuxta id quod dicitur de emente à filiofamilias seruo, & similibus Baiard.ad Clar.§.furtum q. 119. & scientiam coniecturis posse probari trad. Mascard. in littera ignorantia lib.2.

Cum igitur furtum probetur per coniecturas vt per Menoch.cons.353.lib.4. & harum multas ennumeraui in serie facti impressa, sequitur emptores teneri ea pœna qua fures, cum etiam eis sint deteriores quibus partis remissio non prodest, nam nisi se se offerent emptores nulli essent fures iuxta l.1.ff.recept.vbi dicit horum pessimum esse genus sine quibus latè re diu nemo potest, & mandat vt puniantur æquè ac latrone.

Ad secundum dico quòd cum agatur de præsumpta scientia furti locū esse pœnæ extraordinariæ ex Baldo in l. 1. n. 2.C.His qui latron.occult.Felin.c.cum contiugat nu.2.vers.

Tamen

Tamen ista notitia de rescrip.Boss.De Rapin.n.29.Menoch. cas.348.nu.10.vers.Aut hic receptator Bertazol. cons. 128. Paseth.cons.186.In causa,& est ratio, quia ad imponendã grauem pœnam corporalem requiritur verus dolus, non præsumptus,nec lata culpa Bar.in l.1.§.si libet.ff.sique test. lib.etiam ius fac.Bertazol.cons.118. & in hoc consisto cum Crau.cons.178. Viso processu.Quòd cum agatur de furto cu ius probatio difficilis esse solet, debeant condemnari emptores pœna aliqua corporali, sed non ordinaria furti, & ad refundendum domino quicquid furtiue ablatum est iuramento in litem præstando ei super quantitate iuxta terminos l.si quando C vnde vi. Quòd si socius criminis, qui eos grauat indicium facit ad torturã ut ibi per Crau. Quid dicendum est concurrentibus tot argumentis; nam si ille facit semiplenam probationem, ergo si alia concurrant inducitur plena probatio Farin.q.36.nu. 41, & 86. nume. 39. Quinimo solet Senatus quando indicia sunt vehementia condemnare ad pœnam ordinariam & in hac condemnatione veniunt damna, & expensæ partis. Farin.q.87.num. 78. De Pęn.semper; nam si in leuis, & leuissima culpa id admittitur; quanto fortius in culpa lata quæ comparatur l. quod nerua vbi not. ff. depos. Concludo vt supra.

Laus Deo &c.

Pro Illustri Marchione Pallauicino in vna expillationis.

NOn prohibetur Illustris Marchio vocatus ex testamento aui vti priuignus accusare nouercam suam,cũ supponat eam furatam fuisse res, ac pecunias spectantes ei vti fideicommissario tex. formalis in l. si aui C. de crimine expil. hæred. vbi secundum Saer. Reuerentia nouercæ non facit silere hoc crim. quando de alia non de mariti hereditate agitur. Glos. in l. vxor ff. crimin. expil. hæred. 1

Et tenentur qui auxilium aut consilium attuleri vxori ad furandum l. si quis vxori ff. furt. Bonifac. tit. de furtibus nu. n. 24. 3

Secundò. Tenetur criminaliter etiam, quando agitur de furto graui Barr. in l. Respicien. §. furta ff. de Pœnis. De hoc autem quando teneatur vxor faciens furtum viro suo, & è contra vide plenè apud Farin. in suo tract. de furt. q. 174. nu. 104. cum seqq. 4

Et circa eandem materiam vtrum priuignus possit accusare de expilata hæreditate nouercam aut vitricum idem Fari n.d.q.nu.132.num.102. Qui tractatus est impressus est post hos nostros labores.

Summarium precedentis Responsi.

Priuignus an accuset Nouercam de furto, aut de expilatione hæreditatis nu. 1.

Auxilium dantes vxori ad furandum conueniuntur de furto num. 3.

Vxor accusatur de furto quando illud est magnum n. 4.

Nouercæ reuerentia non facit silere crimen furti quando de alia, quam de mariti hæreditate agitur nu. 2.

In vna improbi furti contra Notarium Collegiatum Mediolanensi F. T.

Recipiens pecunias ad aliquo tradendas alteri, & pro se retinens tenetur furti. Addo Farin. de furtis q. 170. nu. 13. nu. primo.

Procurator constitutus ad agendum dicitur ex traditione chyrographi debiti num. 2.

Factum quid dicitur ex causa in quam fieri oportet nu. 3.

Lacerans Chyrographum creditoris habet contra se præsumptionem falsitatis, & fit acerrima indagatio per tortura num. 4.

Responsum.

Plurima sunt quæ demonstrant Felicem Terzaghū Causidicum Collegiatum intercepisse pecunias è manu Pyrouani Idiotæ, & simplicis in pluribus vicibus sub fide data eas soluendi Iul. Cæsari Barelio vero creditori, &
1 de annotando ad Chyrographum debiti sui, quo in procuratorem, & Causidicum suum vtebatur dictus Barella quas pecunias in rem suam vertit, & sic furtum commisit iuxta tex. in l. si remunerandi. §. si tibi centum. ff. mand. & per Ias. in l. eius qui in Prouincia. §. Quas actiones num. 7. ff. si cert. pet. l. si quis vxori. §. Iulianus. ff. eodem l. si is cui. C. eodem, Clar. §. furtum nu. 22. Conuenit enim diffinitio furti scilicet contrectatio fraudulenta rei

alienæ

alienæ inuito domino lucrifaciendi gratia l. 1. §. fin. ff. eo. §. furtum. Instituta. de oblig. quæ ex delic. nascuntur, neque enim aliquid improbius furtum inueniri posse existimo. Nam dictus Terzagus ex traditione ei facta Chyrographi per dominum ad effectum agendi contra Pyrouanum debitorem erat constitutus procurator ad agendum contra eũ Iaf. l. 1. col: fin. C. procurat. Felin. c. coram col. 4. vers. limita primo. de offic. deleg. Sebast. Vant. dicto tract. nullit. titu. Quibus mod. sent. null. repar, nu. 96. Is enim negare non potest quin causas pro Barella mercatore ageret, & quin etiã diuersis citationibus pulsaret dictum Pyronanum ex quibus excitatus pecunias ad eum in dies affecit acceptis ab eo dono pro rependenda gratia moræ quatuor metretis vini albi, vt sanè huic rabulæ forensi conueniat illud iuuenalis.

Si quis depositum non inficietur amicus.
Si reddat veterem cum tota erugine follem.
Prodigiosa fides, & Ethruscis digna Tabellis.

QVæ nam erat causa cur dictum causidicum Pyrouanus conueniret, aut ad eum accederet nisi ex causa molestiæ quæ ei inferebatur ex causa dicti debiti, vnum enim quodque censentur factum in causam in quam fieri oportet l. 2. C. acquir. possess. Crau. cons. 91. num. 9. & ex hac causa satis verisimili Crau. cons. 8. nume. 3. Quid enim verisimilius est quam quòd Pyrouanus ex causa officij sui ad eum accederet vt dilationem ad soluendum reliquum impetraret, nec Barella tamdiu distulisset exigere creditum suum, nisi moras in rem suã nectente dicto causidico, cui illa cura demandata erat; mores enim sanguisugæ agnosco; de quibus sic dici potest. 3

Non missura cutem nisi sit plena prioris hyrudo.

HIs accedit laceratio sequuta chyrographorum quæ penes se habebat Payrouanus, acta causidici de eius manu raptorum, vnde oritur præsumptio occultatio veritatis debiti quæ excludit omnem probationem in contrariũ, & statur iuramento domini scripturæ Crau. cons. 6 num. 8. qui etiam voluit, quòd sit locus pœnæ falsitatis ob talem la- 4

cerationem, & fit acerrima indagatio per torturam Mascard. de probat. concl. 962. in verbo lacerans libra in fine cit. Farin. de falsit. q. 150. nume. 33. 34, & pluribus in locis eiusdem quæstionis.

Truffa autem est dicere quòd Pyrouanus mutuauerit libras tercentum dicto Terzago, & quòd dum sollicitaret Chyrographariam promissionem fecerit effectus *dei dargli detti danari in prestito*, ommissis verbis necessarijs *per tanti hauuti in prestito*, nam suspecta est hæc promissio, & ex his quæ antecessere, & subsequuta fuere apparet de causa, & de impostura facta huic pauperi, & probatis duabus extremitatibus media præsumuntur not. in l. indicia C. rei vendic. Mascard. de prob. conclus. 730. lib. 2.

Nec verisimile est quòd Pyronanus ære alieno grauatus vellet dicto Felici dare mutuo libras tercentum à quo metu exequutionum vrgebatur; quia in necessitatibus nemo liberalis existit, & si Pyrouanus iam antea dederat pecunias mutuas, quorsum longè post conijcere eum in necessitatem faciendæ cautionis quam facere debuerat tempore mutui.

Concurrunt etiam multæ considerationes quas consulto ommitto.

Cum ille accepisset me scripsisse ad me venit quem graui supercilio repræhendi, monuique ne exitum causæ expectaret, nec eius infamia diuulgaretur qui composuit negotium, & ille vt à lite recederet contentus fauit ea summa quam habere potuit à paupere, cum inanis sit actio, quem excludit inopia debitoris. Laus Deo &c.

Furtum si committitur tempore ludi per quemcumque minimè sibi competit actio furti l. 1. §. Prætor ait ff. Aleator Gram. decis. 40. Magnificus nu. 6.

Summarium.

Stupri pœna an cesset per subsequens matrimonium nu. 1.

§. Stuprum.

CVm supponatur in facto puellam volentem spontè recessisse cum Amasio, & in campis fuisse carnaliter cognitam,

gnitam, & voluntatem patris successisse, cui ex abductione filiæ facta fuit iniuria, puniri nequaquam potest attento matrimonio statim inter eos sequuto Thes. decis. 3. nu. 3. vers. 3. est conditio Hier. Gabri. cons. 173. nu. 15. lib. 1. vbi dicit quòd stuprator euitat pęnam si mulierem volentem ducat in vxorem sine consensu patris Farin. q. 147. nu. 94. fol. 157. Et ita teneo stante quòd inter hos duos non est disparitas ob quam aliud sit censendum ex Pet. Caball. resol. crimin. cons. 196. 1

Exhibita patris protestatione fuit absolutus, res tamen est mali exempli, neque ego relinquerem absque pęna, cum alia via ad matrimonia sit aspirandum. Laus Deo &c.

§. Furtum.

Summarium sequentis Responsi.

Delicta noctis commissa grauiora sunt, & ad eorum probationem leniores recipiuntur num. 1.

Robaria ex quibus partibus constet num. 2.

Socio in furto quando credatur contra socium nu. 3.

Defectus testium purgatur ex eorum numero seu verisimilitudine num. 4.

De furto agi non potest, nisi constet de eius substantia nu. 5.

Fama in furto cum alijs adminiculis iuncta vt plenè illud probet vide nu. 6.

In vna Sacerdotium Vercellentium.

EX serie facti mihi proposita colligo hos Reuerendos esse conuictos de furto, seu Robaria de nocte commissa cum sclopis, & pistolesijs, quo casu leniores probationes recipiuntur, & testes inhabiles sufficiunt Boss. de indic. nu. 171. Crau. cons. 178. Marsil. in l. dominus §. Plurium nu. 23. ff. qq. & delicta de nocte commissa sunt grauiora Marsil. cons. 83. nu 16. Blanc. l. fin. nu. 198. ff. qq. 2

Hanc autem fuisse robariam constat ex fractura, & armorum genere cum quibus venerunt ad expilandum domú dicti Reuer. Præpositi Plot. in l. si quando nu. 78. C. vnde vi, & 709. cum similibus.

Non

1 Non obstat quòd Viola sit socius criminis & ei non credatur ex Claro q. 21. vers. si verò cum seqq. nam ex eodem satis constat magnam vim habere non solùm quia confir-
3 matum est in tortura eius dictum, sed quia coroboratur à multis circumstantijs & ab alijs testibus Victoria, & Ioannina, ac alijs quæ non percurro breuitati studens, & in crimine occulto socius admittitur contra socium Natta conf. 298. nu. 8. vol. 2. Rol. conf. 73. nu. 27. lib. 2. Rimin. sen. conf. 75. nu. 12. vol. 1, & quia quando coniungitur causa pluribus alijs præsumptionibus plenè delictum probatur Calcan. conf. 110. nume. 4. vers. & hoc Crau. 528. Mascard. conclus. 1312. nu. 57. de prob. lib. 3.

4 Nec negotium facessunt adductæ impugnationes contra testes, nam præter id quòd non probantur numerus, & verisimilitudo supplet eorum defectum Ant. Gabr. de test. conclus. 8 Vbi latè.

Nec dubitandum quin de substantia furti constet ex testimonio ancillæ Reuer. Præpositi, quàm ex recuperatione
5 partis rerum furtiuarum ex cumul. à Tiber. Decian. conf. 93. vol. 2. Menoch. conf. 353.

His additur fama vltra decem testes probata quæ iuncta cum alijs plenè probat contra delinquentes etiam ad condenmationé Mascard. conclus. 854. nu. 9. lib. 2. De his satis.

Laus Deo.

§. Furtum.

Argumentum sequentis Responsi, contra Picenum I. C.

1 *Filiofamilias non subuenitur in delictis.*
2 *Statutum Mediolani sub cap. 416. in 1. vol. quòd filiusfamilias non possit se obligare non habet locum in delictis & nu. 12.*
3 *Crimini stellionatus quando sit locus.*
4 *Simulantes callidè quando sint puniendi.*
5 *Simulatio quando resoluatur in crimen falsi.*
6 *Criminalis actio, an cesset quando contractus est nullus.*
7 *Ex contractu nullo quando oriatur actio criminalis distinguendo nullitatem à nullitate.*
8 *Falsitas non nocibilis, an sit punibilis.*

9 Pa-

9 *Pater an teneatur ad expensas quas facit filius in studijs, & in Doctoratu, ac alijs similibus.*
10 *Studiorum causa est magis priuilegiata quam dos.*
11 *Alimentorum Appellatione quid veniat.*
12 *Venditio ad mensuram quando dicatur.*
13 *Periculum rei venditæ quando cedat emptori sequuta traditione clauium.*

Contra I. C. Piccennum qui intercepit sericum sub callido cõmento. Responsum.

ADhuc instat I.C.Picennus se eximere à iudicio crimina
li ijsdem prope fundamentis olim deductis, & resolu- 1
tis, & nonnulla ex his contra eum retorquẽtur. Primo enim fatetur Egregius Aduocatus filijsfamilias non subueniri in delictis ex Signor.conf.49 nu.2.& Carpan. ad statutum ca. 416, nu.89.& quia venditio facta fuit ad mensuram, & sic imperfecta; tum quia ex statuto dicto cap.416. filiusfamilias non potest se obligare.

Vtrumque à me fuit sublatum in prioribus scriptis, quia 2
deliquit filius asserens falso se habere vinum venale ad solutionem, & confingens se illud venditurum, & daturum in solutum pro mercibus sericis ad ornatum suum Doctoreũ emptis habita fide de pretio, & nouas etiam sub eo nomine merces intercipiendo tex.in l.si quis affirmauerint.§.Dolo, malo, ibi dandam actionem de dolo si callidè hoc fecerit,
& l.falsus.§.si quis.ff.furt. Ibi pecuniam confestim daturum 3
& tenetur etiam crimine stellionatus est tex.in l. Ignorantia.C.crimin.stellionatus, & contra dissimulantem est tex. in l.1.C.crimin.stellionatus ibi dissimulando, & in l.3. Ibi dissimulator.ff.crimine stellionatus, & in §.Item si quis imposturam, & ibi Glos.in verbo bonis viris mendacia imposuit Foller.super pragn.sancitit. De episc.& Cler.C.Priuile-
gia nu.12. Vbi quòd simulatores sunt puniendi post glos.in 4
l.2.ff crimin. stellionatus, quia vnum agunt, & aliud simulant, & sicuti fecit iste Egregius Doctor, qui sub hoc comento soluendi uetus debitum, nouum contraxit callidè fingẽs separatum habere uinum ad soluendum, & illius pretium excedere debitum, & ut sub hoc stratagemate nouas mer-

ces emungeret è manu mercatoris traditis clauibus, ut uerbis fidem adderet statim ab eo recuperandis sub mentita causa, de hac machinatione alterius circumueniendi cau-
5 sa, cum aliud agitur, aliud simulatur loquitur tex. in l. prima. §. dolus. ff. dolus. ff. dolo malo, & est delictum; Quodque ex hac simulatione quis incidat in crimen falsi uid. Farin. in suo tract. falsit. q. nu.

Non obstat, quod criminaliter agi non possit, quando pri
6 ma uendito est nulla ex Menoch. de arb. casu 381. nume. 19 Plot. l. si quando nu. 177. C. undeui. obstante statuto de quo supra.

Quia respondetur non concedi impunè filiofamilias ut bis eandem rem duobus uendat, aut uendere primus simulet, & eum sic eludat, & cum dolosé uersatus sit in hoc, utique ex prædictis criminaliter tenetur.

Secundo. Sat ualida est prima venditio cum habeat substancialia Prætium, & consensum iux. §. Item si pretium
7 Instit. empt. & vẽdit. & ita loquitur Bart. in l. si quis legatu ff. ad l. Cornel. de fals. vbi dicit, quòd si instrumentum est nullum, ex eo quòd non habet suam formam, exemplum si non sit dies, aut Consul is non punitur de falso, si verò est aliud vitium extrinsecum, puta non interuenit tutoris authoritas, & tunc punitur de falso, isto in casu concurrunt necessaria ad coutractum, sed deest patris consensus, ergo prima venditio valida, & ex secunda committitur pœna, & falsi, & furti.

Tertiò. Dato quòd falsitas non nocibilis, non sit punibi-
8 lis ex receptis DD. traditionibus iux. Clar. §. falsum versic. Item excusatur, non tamen euitat pœnam extraordinariã stellionatus ex Cattell. Cotta in memoriale incip. Mendax in fine, & ex aliis.

Ad illud quòd dixi, quòd hoc debitum contractum fuit
9 ex causa necessaria nempe expẽsarum vestium seruiciarum vt ille ornatus esset tempore Doctoratus ad quas pater tenebatur iux. qualitatem suã; Respondet satis ieiunè Clariss. I.C. Conturbius dicta à me ex Carpano ad statutum, & ab aliis locum tantùm habere, quando alimenta præstantur filio inopi iuxta Surd. de Aliment. titu. 8. Priuil. 41. fol. 248. Ego verò in contraria sum sententia, nam cum pater filium

ad

ad studium suum destinauerit vt Doctoratus insignia assequatur id videtur velle sine quo iux. tex. in l. 2. ff. omn. iud. iur. & qui vult consequens videtur velle omne antecedens ad illud necessarium, & causa studiorum vti pia priuilegiata est notatur in l. 1 ff. sol. matrimonio. Tiraq. in tract. De Priuil. piæ causæ vers. item relictum causa studii, nec in statuto prohibente obligationem filij includitur causa studij in qua præsertim voluntas patris concurrit, ad hæc faciunt tradita per Rebuff. in tract. de priuil. Scholar. priuil. 82. cit. Abb. in ca. fin. in fine de iudic. vbi quòd hæc causa est magis 10
priuilegiata quàm dos, quin etiam cum appellatione alimẽtorum veniant vestes iuxta qualitatẽ alimentarii, hæc quoque venit, & ad hoc facit, quòd in statuto præmisso non ve- 11
nit casus priuilegiatus Glos. sing. in l. Decurionibus C. silentur. lib. 11. vbi Bart. & Io. Plat. Glos. in l. sciendum. ff. qui satisd. cog. Bald. in Authen habita C. ne fil. pro patre. 12

Ad vltimum quòd venditio sit ad mensuram licèt conetur Conturbius subuertere hanc iuris conclusionem haud tamen uidetur mihi id assequi, nam lectura Chyrographi 13
eum redarguit cum pretium sit de toto tempore constitutu Tiber. Decian. cons 113. per totum lib. 3.

Negatur etiam dictam venditionem fuisse ad mensurã, cum totum illud vinum sit pretium, sit venditum quod erat in dolijs existentibus in Cellauinaria, quo casu statim dicitur perfectus contractus à principio quantum ad agẽdum, & ad periculum emptoris sequuta etiam traditione clauiū Fab. à monte in tract. de empt. q. 7. v. 9. Incip. nu. 61. inter 14
tract. vol. 6 par. p. secundum impressionem Venetam fol. 55. Quando enim processum est ad traditionem, tunc cædit periculum emptori etiam ante purificatam conditionem Tiraq. de Rettr. municip. in verbo a vend. Glos. 2. nu. 28. versic. quod si Pret.

Ex his facilè prosternuntur omnia contraria, itaut nihil superfit, quàm vt iste laureatus se corrigat, & mercatori cũ quo ex bono, & æquo agi solet, reiectis opicibus iuris omne debitum exoluat, & saltem pre verecundia omnes has excusationes friuolas remittat.

Et in hanc sententiam venit Senatus, & soluit inuitus, qui non soluere proposuerat. Laus Deo, & B. V. M.

§. Fal-

§. Falsitas.

Argumenta sequentis Responsi.

1 *Falsitatis Pœnæ vt quis sit obnoxius, tria requiruntur.*
2 *Coniecturæ, & præsumptiones an sufficiant in crimine falsi, & quando.*
3 *Probationes magis concludentes requiruntur ad condemnandum in falsitate.*
4 *Falsitas per errorem magis præsumitur commissi, quàm dolose.*
5 *Allegans errore aliquid factum transfert onus probandi contrarium in aduersantem.*
6 *Notarij fides æquipollet fidei duorum testium.*
7 *De fide adhibenda Notario plura hic recordantur.*

Pro Magnifico Nicolao Piasio, & Consortibus contra Magnificam D. Martham Albanam. D. O. M.

ACturus de causa multum Magnifici D. Nicolai Piasii, & Spect. D Turresini, & Præuostini, agam in primis de his quæ pertinent ad causam dicti Piasij.

Titulus de quo agitur contra Magnificum D. Nicolaum Piasium ad querelam Magnificæ D. Marthæ Albanæ est prætensæ falsitatis, quòd scilicet primo loco falsificauerit Instrumentum falsò submittẽdo loco Alexandri Crucei aliũ; Postea verò recedendo ab hac prima quærela; quòd vertente inimicitia inter d. D. Martham Albanam, & dictum Nicolaum Piasium ex causa quarundam pecuniarum fuissetq; constitutus procurator Alexander Cruceius per d. Albanã Primo. Generaliter ad omnes lites. Secundo. In specie ad transigendum cum domino Piasio, & predicta mandata fuissent postea reuocata sciente Cruceio, & vt prætenditur sciente etiam dicto Piasio usque in die 18. mensis Iulii anni 1584, Deuenerit ad Instrumentum transactionis sub die 13. Augusti eiusdem anni in quo inserta fuit conuentio syngrapharia fingendo, quod facta esset sub die 22. Iunij, & ratificatio tanquam facta per D. Martham sub die 30. Iunij eiusdem anni, & sic antequam esset reuocatum mandatum, cum tamen

ramen conuentio solùm esset facta sub die 13. Augusti,& sic post reuocatum mandatum, & ratificatio fuerit conscripta super albo,quod alia de causa dicta Martha consignauerat eidem Cruceio.

Singulas autem imputationes percurrere nolo: Quod ad primum attinet video dubitari non posse quin illa omnino sit calumniosa,& tantùm abest, quod probauerit D.Martha veritatē submissionis alterius personæ loco Crucei , vt imò contrarium probetur ex dictò Crucei,& testium Instrumētariorum,& ideò pœnam calumniatoris non poterit euitare;&condemnationem expensarum.

Quod verò attinet ad secundam quærelam non reuocatur in dubium veritas instrumenti sed solùm contenditur Chyrographariam conuentionem interpositam falsam esse quo ad ipsum tempus quo dicitur facta , cum legatur facta sub die 22. mensis Iunij , & sic tempore quo Cruceius erat procurator , cum tamen solummodo fuerit celebrata post reuocatum mandatum,& ratione istius capitis videndum est an D. Piasius possit dici reus alicuius falsitatis quæ sit punibilis, vel ad formam Nou. Constitutionem vel aliter ex dispositione iuris communis.

Dicitur autem nullo modo illius criminis reum posse constitui ipsum Magnificum D. Piasium,etiam posito quòd dici possit constare fuisse immutatam diem, nam ad hoc vt falsitas quæ saltem punibilis sit dicatur esse commissa; tria requiruntur: Mutatio veritatis: quòd sit facta dolo; & quòd sit nocibilis Anchar. cons. 23. Afflic. deci. vlt. num. 8. Grani. voto 36. nu. 4. Ceph. cons. 355. nu. 4. Bertazol. cons. 71. nu. 51,& quamquam in hoc crimine vbi ciuiliter agatur iuxtà opinionem Archidiac. in cap. in memoriam 19. distinctione sufficiant coniecturatæ probationes, attamē vbi criminaliter agatur ad pœnam requiruntur probationes necessario concludentes Bald. in l. Iurisgen. §. quod ferè de pactis Rol. & Angel. in l. Imperator ff. stat. homin. Alex. cons. 74. lib. 1. Grani. cons. 19 nu 3. cons. 23. num. 2. cons. 33. nu. 15. cons. 41. num. 11. Quinimo in hac materia falsitatis concludentes magis probationes requiruntur, quā in ceteris criminalibus Bald. d. l. Imperator Salyc. in l. De tutela C. restit. in integr. Grani. cons. 33. nu. 15. Nec suffi-

ceret

ceret si mutatio veritatis concludenter probaretur, sed hec eadem concludens probatio requiritur ratione doli, nam alioquin factum potius præsumitur per errorem, & ignorantiam quam per dolum commissum Gram. vot. 26. n. 12.
5 Paris. cons. 169. lib. 4, & qui dicit falsum non commisisse dolosè sed per errorem, vel credulitatem habet intentionem fundatam, & transfert onus probandi in aduersarium Glos. in cap. accedens de crimine falsi Marsil. cons. 51. nu. 33 cons. 104. nu. 31. Paris. cons prædicto 169. nu. 57. Gram. cons. 23. nu. 4 Burs. cons. 110. nu. 4. cum simil.

Atque ideo stante hac conclusione causa D. Piasij magis facile defendi potest: nam imprimis constat quòd vbi ad fuisset immutatio non tamen fuisset nocibilis; admittitur enim quòd Cruceius triplex habebat mandatum à D. Albana Primū per litteras eiusdem datas Scipioni 8. Maij 1584. cum falsò dixerit testes cognouisse Cruceium, cuius tamen contrarium dicunt testes instrumentarij faciłè dil-
6 luitur ex duabus cōclusionibus, altera iuris, & altera facti. In iure enim est absoluta cōclusio quòd maior est fides notarij quàm sit fides cuiuslibet alterius honesti viri, cum notarius publicum officium exerceat sui natura ita Abb. in c. quoniam contra in 5. not. Beroo. nu. 37. De Probat. Alibi etiam legitur quòd fides notarij equipollet fidei duorum testium Glos. magna in verbo item verborum instit. inutil.
7 stipul. Bald. l. fin. C. fideicommiss. quinimò maior fides est notarij quàm duorum testium Bero dicto cap. quoniam contra nu. 39. Siluan cons. 54. nu. 8. Ruin. cons. 36 nu. 4 Bursat. cons. 311. nu. 26, & 48. tanto magis cum fuerit probata bona qualitas dicti Præuostini Crau cons. 65. nume. 12. Gram. cons. 47. nu. 19. in Crimin. hoc quoque indubitatum est in casu de quo agitur stante statuto Cremonę, quòd credatur notario asserenti se interrogasse testes, an cognouerint partes, quinimo non solùm prædicta præcedunt quando cum assertione notarij concurrit publicum instrumentum, sed etiam si agatur de semplici actuario, nam & eo casu dummodo non tractetur de puniendo teste vti cōtrariò vel falso semper plus creditur notario quàm testi Feratius cent. 26. Clar. §. falsum vers. pone testes & in §. fin. q. 53. vers. quintus casus.

In facto

In facto pariter vera est cōclusio quòd omnes testes examinati circa hoc sunt singulares, nam nemo præter Camillum de Blancis interrogatur an alij testes fuerint interrogati an cognoscerent notarium, & Cruceium, & qui nihil affirmatiuè afferit, sed per verba dubitatiua respondet io credo di nò, & ad hoc præcor quòd aduertatur, atque ideo sequitur conclusio, quòd maior sit fides notarij quàm testium, cum illi sint singulares in suo dicto, & ideò plus creditur notario, quàm testi prædictis autem addatur, quòd veritas celebrati instrumenti non reuocatur in dubium, cum quòd sit celebratum conueniant omnes, tantominus dictam imputationem non esse considerabilem, tum quia falsitas non esset nocibilis, tum quia esset circa accidentalia, non circa substantiam iux. vulg. DD. traditiones.

Ex his facile concludendum est omnes hos esse absoluendos laus Deo &c. Bartholomeus Brugnolius I. C. qui postea fuit Præses Senatus Excellentissimi Mediolani.

Consilium prædictum satis mihi imperfectum visum est, attamen qualecumque ad me peruenit his scriptis meis addi volui propter hominis excellentiam, ego in ea causa eram aduocatus pro Magnifica Albana sorore Illustrissimi Cardinalis Albani, & fuit exitus illius causæ quòd dictus Alexander Cruceius fuit ad triremes perpetuos missus, quia postea confessus est falsitatem, & parum abfuit quin ad pœnam ignis cōdemnaretur Biasius autem coactus fuit soluere omne debitum dictæ Marthæ, & mulctam pecuniariam fisco, ac relegatus fuit, & bannitus extra statum Mediolani contra eum scripsi vt in allegatione incipiente.

§. Furtum.

Argumenta.

Furtum committit qui bis idem scienter vti indebitum exigit n. 1.
Simulans se creditorem cum non sit furtum facit nu. 2.
Recipiens scienter alienas pecunias, si postea sciat eas esse alienas, & retineat inuito domino committit furtum nu. 3.
Ad l. si quis obsesserit ff. fals. nu. 4. & quando locum habeat.
Mentientis nimia improbitas damnatur num. 5.

Ignorantia in facto proprio non allegatur num. 6.
Pignus præsumitur idoneum num. 7.

Pro Mauro contra Villam.

Criminaliter procedendum est contra Iosephum Villã ad quærelam Inlij Mauri ex eo quòd dictus Villa fuerit satisfactus per illos de Rubeis pro quibus fideiussit Maurus; expectauit enim aliquot annos ex quibus solutio facta non satis facile probari possit, vt iniquo iuditio frustraretur Maurum fideiussorem, & eum cogeret ad iteratam so-
1 lutionem contra bonam fidem quæ non patitur bis idem exigi Reg. bona fides de reg. iur. v. Dec. Natt. conf. 193. cum apostillis Bonipol. ad Bald. conf. 28. lib. 4, & ad dictam l. bona fides: quare nunc quæritur an pro hac extorta secunda solutione criminaliter teneatur, cum de ea appareat; qua in re adduco text. in l. quoniam ff. condit. furt. v. inquit Bart. quòd falsus creditor accipiendo scienter indebitum furtum facit, & conditione furtiua soluenti tenetur similiter habitur in l. falsus ff. furt. §. 1. in princ. quæ loquitur in simulante se creditorem, cum non sit, l. falsus
2 C. eo. Crau. conf. 121. duo num. 17. lib. 2. quia vie consistit in hoc, quòd cogendo debitorem ad soluendum indebitum facit furtum d. pecuniæ, vt dicit Bart. in l. falsus quia videtur soluere sub conditione si est creditor imo etiam recipiens ignoranter alienas pecunias, si postea sciat eas esse
3 alienas, & inuito domino retineat nihilominus committit furtum Crau. conf. 244. col. pen. v. rem fateor per l. quoniam contra C. Incest. nupt.

Secundo. Tenetur pœna falsi tamquam is qui falsò obrepsit exequutionem, & præceptum exequutiuum contra Maurum exhibendo instrumentum debiti, & occultans so-
4 lutionem factam per principales debitores iux. tex. in l. si quis obrepf. ff. falf. vbi quòd qui fallaciis adierit prætorē, & eum fallens, & circumueniens puniēdus est ad idem not. in l. si Prætor ff. iudic. l. etsi legibus C. si contra ius, & vtil. publ. vbi Bald. & in l. quicumque C. ser. fugit. nu. 31. vers. deinde, & hæc est vera obreptio, quando consistit in impetratione attentis falsò narratis cum sciret sibi satisfactum esse,

esse, & sic concurrit nimia mentientis improbitas quam ponderat tex. in dicta l. etsi contra, & tex. in l. debuit ff. his qui not. infam. neque ignorantiam allegare potest, cũ versetur in facto proprio, & agatur de lucro captando l. verius ff. probat. cum simil. 5
6

Quòd autem sibi fuerit satisfactum à principalibus debitoribus apparet ex executione, pignoratione, relaxo, iudicialibus, imo, & rebus iudicatis ad fauorem Mauri, nec licuit ergo impunè omnibus his dissimulatis nouam exequutionem impetrare, cum etiam pignus præsumatur idoneum Glos. l. 2. in vers. idoneum C. Pignor. Negus. de pignor. 2. Mem. 3. par. nu. 37. vers. adde tamen, & succedit loco solutionis. 7

His scriptis iampridem reperij Io. Pet. Caball. resol. crimin. cas. 169. latè differentem, ad eum si casus detur recurre &c. Laus Deo.

Responsum.

Emens ab vno tanquam procurator qui non erat, vel excesserat fines mandati, non potest propter malam fidem præscribere, nec excusatur ratione erroris, quia non fuit iustus, cum debuerit mandatum videre nisi à viris fide dignis audiuisset quod mandatum habuisset, quia tunc excusaretur Car. Ruin. cons. 68. nu. 23. lib. 4, & eius mala fides nocet etiam hæredibus & successoribus, & de iure canonico qui tenentur exonerare conscientiam defuncti. 1
2

Secundo. Vendens rem alienam scienter committit furtum scilicet in re mobili Bart. in l. cum vir ff. vsucap. l. alienum C. furt. Fab. de Monte de empt. & vendit. in quæst. 4. princ. primæ q. in fine Inter vol. tract. to. 6. par: 1. fol. 45. nu. 3. vid. tex. in l. cum quærebatur C. vndeui l. si fundum §. si Procurator ff. pro empt. Bald. l. 1. num. 2. C. reb. alien. Alex. l. qui aliena nu. 11. ff. acq. hæred. Laus Deo. 3

Argumentum præcedentis Respons.

Emens ab vno tanquam procurator qui non erat vel excessit fines mandati an præscribat. num. 1.

Mala fides authoris nocet successori num. 2.
Vendens rem alienam an teneatur furti num. 3.

Responsum.

ANtonius Rhaudius Consul. Rantij, & Castioni erat debitor lib. sexcentum Iosephi Balustoni exactoris generalis territorij Leucio, & cum ex causa publicæ necessitatis iunctum fuerit dictum debitorem vt solueret Io. Ambrosio Locatello Syndico Cōmunitatis Leuci exteriori quę cederent in solutione V. statorum insequendo ordinationē datum per suam Excellentiam soluit Consul dictas pecunias quas tamen cum suo tempore non soluisset facta fuit exequutio, & constituit se Depositarium Io. Baptista Cima, post in duabus vicibus scilicet de mense Septembris, & Octobris in anno 1605. soluit Consul nonnullas pecunias confessionibus solutionum receptis à dicto Locatello eius manu scriptis, & quæ solutæ fuerunt in domo dicti Io. Ambrosij Locatelli, quæ particulares solutiones fuerant ascriptæ super quinterneto in quo solent describi per Consulem singulæ personæ, & eorum debita pro impositionibus exigendis cœterum obseruata occasione de mense Nouembris anni 1605. quòd abesset Consul qui accesserat ad locum Pistorij dictus Locatellus fraudulēter ad domum dicti Cōsulis accessit, & vocata eius vxore Catharina fingens se velle videre pecunias exactas per Consulem quæ impositæ erant de manu dictæ vxoris rapuit quinternetum, vtque pateret aditus ad lacerationem dictæ receptionis de qua constabat in quinterneto eam misit ad accipiendum atramentarium vulgo calamaro quo per eam allato se eo egere non amplius dixit, & restituit quinternetum quibus peractis recessit hanc imposturam in lacerando ne de solutione d. lib. 600. appareret concludunt vxor, & duo eius filij qui viderunt, & cum eis Christophorus Tognetus qui omnes fuerunt examinati, fuerunt quoque receptæ aliæ probationes; & primò cum Gislanzonus camparius accessisset ad domum dicti Consulis post aliquot dies petens ab eadem sua vxore vt permitteretur sibi facultas inspiciendi quinternetum, vt videret an pecuniæ impositæ, & exactæ,

fuissent

fuissent solutæ, Catharinæ accessit ad accipiendum illud in eodem loco in quo reposuerat, quando illud acceperat à Locatello, & eo tradito dicto Campario ad præsentiam duorum testium, & aperto coram eis, & dictam Catharinam de anno 1604. de mense Settembris dixit versus dictũ Camparium quòd illud folium erat laceratum, quæ dixit se nemini illud dedisse præterquam Locatello, dixitque dictus Camparius quòd necesse erat quod illud fuisset à Locatello laceratum, quia aliàs in parte superiori filij lacerati ipse Camparius alias confessiones ante fecerat dum folium esset integrum.

Accedit quòd dictus Locatellus in anno 1605. de mense Augusti & Settembris confessus fuit eidem Campario se habuisse à dicto Consule libras octo ad computum impositionum & eidem Consuli super dicto quinterneto confessionem fecisse.

Rursus etiam confessus est recepisse, & exegisse à dicto Consule lib. ducentum de mense Septembris anni 1605. & eidem fecisse confessionem super dicto quinternetto manu propria scriptum, & hoc se ab eo audiuisse testis, & Ioannes de Putheo.

Confessus est etiam se recepisse de mense Septembris 1615. Ambrosio della Crotta, à dicto Consule integram solutionem impositionum prædictarum, nec non confessus est idem Bartholomeus Crota de mense Octobris 1605. se habuisse à dicto Consule libras septuaginta qui omnes testes fuerunt examinati, partim coram Illustrissimo Visitatore, & partim coram Prætore Leuci.

Quæritur nunc de vi harum probationum, & an plenè sit probatum delictum contra dictum Locatellum.

Præmitto quòd lacerans chartam de libro communis, vel Fisci punitur pęna l. si quis id quod §. 1. ff. Iur. omn. Iud. & quando occultatio fit ad finem occultandi veritatem committitur crimen falsi Felin. in cap accepimus nu. 12, & 14. de fide Instr. relatus à Baiar. ad Clar, in §. falsum nu. 214. & seq. Menoch. conf. 48. nu. 9. lib. 1. Mascard. conclus. 962. lib. 2. de prob. Cum igitur versemur in materia falsitatis probandæ, inde sequitur quòd solæ suspiciones sufficiunt ad inducendam plenam probationem delicti,

quo

quo ad effectum saltem ciuilem, nempe vt condemnetur Locatellus ad dictas lib. sexcentum, & damna, & interesse quæ passus est Consul eius iuramento in litem iux. cumul. per Plot. in Repet. l. si quando nu. 653. C. vnde ui vers. 35. Amplia de primo est celebre dictum Archidiac. in c. in memoriam 19. distinctione de quo apud Antonium Gabr. lib. 3. comun. tit. de crimin. lib. 7. concl. 6. nu. 12. vers. 2. declaratio Honded. cons. 109. nu. 5. & 12. num. 46, & probatur per duas coniecturas, & per testes inhabiles quo ad effectum ciuilem ibidem nu. 2. 3, & 4.

3 Porrò prima est coniectura præsumitur facta cuius commodo cedit ex Doctr. Bart. in l. fin. in quinta q. ff. quæst. At intererat dicto Locatelli celare hanc veritatem ergo, &c.

4 Secundò. Quòd supponitur matrem, & duos filios examinatos conclusisse d. Imposturam, & licet vxor pro marito, non admittatur, nec filij pro patre iuxta l. Parentes. ff. test. Attamen secus est quando agitur de facto occulto quale hoc est vt apud Farin. q. 54. nu. 193. & seq. vers. lim. 8. Et Generaliter in testibus inhabilibus in q. 62. nu. 28. & 50. Modò res est huiusmodi vt non potuerit, nec possit per alios sciri, quàm per eos qui in dicta domo erant, ideò vxor pro marito admittitur, multos accumul. Mascard. De probat. conclus. 1423. quæ est vltima lib. 3.

5 Fuerunt repetitæ confessiones extraiudiciales receptarum pecuniarum, de quibus in Themate per Locatellum à Consule, & licèt adsint testes singulares, attamen adiuuant præcedentes considerationes, & confessiones extraiudiciales probant, quando de crimine agitur ciuiliter Felin. ac

6 alij in cap. At si Clerici de iud. Mascard. conclus. 350. nu. 15. vers. 3. limita, & de testibus singularibus, quòd probent quando cum eis congeruntur coniecturæ Crau. De Antiq. in 4. par. nu. 157. Gabr. de test. conclus. nu. 76. Ex his &c.

Laus Deo.

Summarium præcedentis Responsi.

1 *Lacerans chartam de libro Communis, vel Fisci qua lege puniatur.*

2 *Suspiciones falsi quando plenè probent.*

1 Fal-

3 Falsitas præsumitur commissa ab eo cuius commodo cedit.
4 Maritus interest pro uxore, & filius pro patre quando admittatur.
5 Confessiones extraiudiciales an probent.
6 Testes singulares an probent.

Exemplum ordinis Senatus redditum contra furem scripturarum videlicet.
Carolum Franciscum Carauaginum.
Philippus Hispaniarum, & Mediolani Dux.

Dilecte noster Carolus Fraciscus de Carauagio, qui per Curtem, & Pallatium recepta pecunia furto subtraxit in studio Io. Baptistæ Nouati summarium processus agitati inter D. Io. Baptistam Spinolam dominum Serauallis, & eius aduersantem viri fassus est, non est impune dimittendus, ipsum tanquam Senatus, qui præmissam eius confessionem a nobis narrari audiuit, duobus ictibus funis publice plectendum duxit, & vlterius priuandum arbitrio Senatus ne scribere in studio alicuius ex Causidicis, aut Aduocatis aliquos processus, aut aliqua acta ad lites pertinentia possit, sub pœna triremium, triennalium si repertus fuerit contrauenire Dat. Mediolani die 10. Octobris 1562. Sign. Galeaz Rocha, & sigillata sigillo solito, A tergo Sapienti Doc. Iudici Galli Mediolani nostro dilecto.

Sequitur relatio Collateralis de exequutione tortturæ in publico ac ordinatio præfati Iudicis ad formam litterarū, & hæc omnia in authenticam formam producta coram Magnifico D. Prætore Mediolani, & eius Iudicibus Maleficiorum sub die Veneris vltimo Maij 1572. in tertijs citato Io. Antonio Nouato appellato il Madalena.

Responsum iuris.

Vincentius Tabiagus non obscuris furti indicijs grauatur commissi: & tempore quo inseruiebat in officio Montis Pietatis Ciuitatis Laudæ, consistente in recipiendis, & restituendis pignoribus, quæ deferebantur in dies dicto Monti consueto super eis mutuare pecunias gratis a

commodum ciuium suorum, quorum plurimi sunt in varijs Ciuitatibus erecti, & præsertim in hac florentissima Vrbe
2 patria mea charissima de quibus loquitur Caetanus in suo opusculo de Monte Pietatis, Nauarr. citatis à Lupo Gemin. in cap. Nauiganti de vsur. §. 3. Commento 3.

Summa accusationis hæc est quòd Franciscus Bondenna cum ipse, & eius filius exercerent officium Thesaurariorum, & pignora de more consignarent dicto Vincentio ad ea recipiendum deputato, comperta fuere deficere multa quæ ad libros vti recepta relata fuere, omnis ideò culpa in Vincentium reijcitur, & contra eum stant multæ coniecturæ
2 furti, quod ita probari sufficit iuxta. Bart. in l. Illustris. ff. verb. oblig. per tex. in l. Non omnes. §. A Barbaris. ff. re milit. Boss. de furt. num. 66. Farin. de inquis. q. 2. nu. 14. Ioan. De Bonifac. in tract. de furtis. §. est nu. 14. vers. Hinc est, & per testes inhabiles nu. 22. vers. si igitur, & domestici, & socii, & indicia habentur loco plenæ probationis nu. 24. & plurimu recolligit Præses Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 31.

Modo percurantur indicia existentia cōtra dictum Vincentium pignorum receptorem, cum etenim vel à Francisco Bondena, & filio, vel ab ipso Vincentio commissa sint cum nulla fractura hostiorum inueniatur, nulla alia furti vestigia, & ab altero eorum furtum commissum esse necesse sit, soli Vincentio conuenit, cuius vtilitati furtiua res, redundabat, quare dictus Bōdena depositarius pignorum publicus ad earum indemnitatem seruandum erga dictum
3 Montem Pietatis tenetur iux. not. in l. cōtractus vbi Dec. & Cagnol. de reg. iuris cum teneatur de dolo, culpa lata, & leui si in Curia, & custodia intercedit merces præponentes, & propositum, nam contractus dicitur celebratus in vtriusque commodum l. 1. §. si vestimenta & §. si quis seruum ff. deposit. cap. bona fides eodem tit. & singulariter tradit lud. Molin. de contract. tract. 2. disput. 494. nu. 19. verùm quando aliquis pro custodia, non defuerunt etiam aliqui qui dicunt hunc teneri de leuissima, quarum opiniò
4 confutatur vt ibi tamen pacto conuentum foret quòd teneatur de leuissima, & standum est l. 1. C. depos. l. 1. §. si conuenit ff. depos. Molin. disp. 517. depositarius, at nulla furti vtilitas ad Bondenam redundabat, at contra in Vincentio

centio causa cessat, sequitur ei esse attribuendum delictum cuia magis interest Bart. in l. fin. ff. qq. & in omnibus delictis consideratur; causa sine qua vt per Aristotil. lib. 2. rethor. dicentem causam esse cum eo cuius est causa, & sine causa nihil est l. verum ff. furt. cap. origo 32. q. 4. cap. occidit 23. q. 8. omnis igitur delicti consideratio requiescit in Vincentio, nec dicitur furtum nisi animo lucrum faciendi nam qui aliena auferunt non animo furandi ab hoc crimine excluduntur l. si quis vxori §. si quis asinam ff. furt. Rol. à valle cons. 45. nu. 28. vol. 1. & in specie quod non præsumatur furtum in eo quando commodum nullum peruenit Marsil. cons. 53. nu. 29. & in l. si in rixa nu. 59. ff. ad l. Cornel. de siccar. 5 6

Quòd de furto constet extant fides Deputatorum ipsius Montis deficientium pignorum & quę non fuerunt exacta, neque tamen reperta tempore reconsignationis quæque auferri facilimum fuit, cum in crumena clam reponi possent, ea verò appellantur *pegni di manica*, impostura autem sic patefacta est, omnes enim hi in quorum capite descripta erant pignora examinati, & interdicti an monti ea attulerint, id confirmatur ex ordine dicti Vincentij, aut vxoris, & eorum propria fuisse illisque pecunias sub nomine pignorum captas consignasse vnà cum bulletinis multis, etiam negantibus pignora Monti prædicto detulisse; ecce ergo modus exquisitus adhibitus in furando, itaut nūquàm didicerim fures cæteris ingenio præstari, quàm huius submittentis partus suppositos exemplo quare ingenij flores debent esse Iudices ad pœnam.

Rursus cum in præsumendo fure multum qualitati personæ tribuatur, nam bona fama multum diluit indicia contra eum existentia Bertazol. cons. 152. nu. 9. & 146. num. 2. 73. num. 6. 208. nu. 19. plane liquet de bona fama Bondenæ per Decurionum fidem & luculentissima eorum testimonia, at contra multis testes haud obscurè probent, & affirment Vincentium diffamatum fuisse de simili delicto, admitto dum Federicus dicti Bondenæ interim thesaurarij munus gereret, nam in fine sui officij compertum est multa ex pignoribus deese similis qualitatis vulgo de maniche, præter id super quo vrgeri dictum Vincentium ani- 7

inaduerto quòd pignora illa quæ fuerant subtracta dicto Vignato administranti per easdem personas delata fuerit scilicet Helisabeth Moronam Antonium Faledum, & alias personas in hoc negotio dicto Vincentio inseruientes super quibus pignoribus data fuit summa librarum quatuor mille vt apparet ex publicis actis in causa exhibitis ciuili inter dictum Federicum, & eundem Vincentium, in habentibus enim symbolum, facilis est transitus l. in rem §.
8 item quæcumque ff. rei vendic. hinc dicimus homicidam etiam præsumi qui aliud simile homicidium commisit
9 Marsil. l. 1. ff. qq. in princ. & in sing. 217. Alciat. de Præs. reg. 2. præs. 7. num. 1. cui theoremati proxima est regula semel malus de reg. iur. in 6. Menoch. lib. 5. præs. 32. per totum huius malam qualitatem in hoc genere furti, adiuuat ludendi aleis mala consuetudo, tam eo tempore quo Vignatus thesaurarij munere fungebatur, quàm ex post expendendi vltra vires patrimonij sui, cum sit pauper & lautè viueret, dotemque maiorem quàm deceret, inspectis fa-
10 cultatibus, cum tenue salarium ei vix lib. duodecim statutum esset, ita præsumptionem hanc firmat Bart. in l. vlt. nu. 5. ff. qq. Paris conf. 156. nu. 36. lib. 4. Blanc. de iudic.
11 nu. 420. & seq. de lusoribus autem omnia mala putamus esse præsumenda Menoch. de arbitr. iudic. casu 399. Farin. de lud. Magnum autem affinitatis est vinculum inter lusorem, & furem.

Ceterùm excluditur etiam furti suspicio à ceteris, & sola residet in Vincentio si consideremus illius examen, dum ille non negat Bondenum solitum fuisse describere in libro pignora, & personas pignorantium iux. suum dictamen, neque vnquam aliquem comparuisse ad pignus recuperandum, quod inuentum non fuerit vnde valet argumentum à sufficiente partium enumeratione, vel à contrario sensu; si nemo eorum comperuit, ergo in ceteris non comparentibus qui sunt ab eo per fraudem suppositi aperitur impostura.

Sunt non leuis considerationis hæc contra eundem Vincentium, quòd ipse fateatur pignorari facere per mulieres supra nominatas dando eis certam mercedem, & per alios quorum ad hanc improbitatem opera ille vtebatur, ita ut

ei non

ei non deessent ministri iniquitatis circa quæ multis vehementissimis indicijs insistere possem, sed responsi superflua moles à me vitanda est.

Accedit ad eum conuincendum, quòd bulletini pœnes eum in domo sua reperti suspectissimum eum reddunt quò fit vt cum se imiscuerit rei ad se non pertinenti in dolo versatur l. quæ omnia §. 1. vbi Glos. ff. procur. l. scire §. fin. & ibi Bart. ff. tutor. & curat. dot. vbi per tex. in l. culpa est ff. reg. iur. alba cons. 56. nu. 23. cum simil. quin etiam non
dubitauit vt magis se grauaret vbi de mandacio eum con- 13
uinci contingeret, mentiri, & falsò asserere se cognoscere Lucretiam Bossiam, & Baptistam Bassum, aut alios quorum opera in oppignorando vtebatur, quare rectè sancitum est
contra mendacem præsumi dolum Crau. de antiq. tempor. 14
in 1. part. vers. vidimus, & abundè nu. 16, & 18. vbi an hoc mendacium præstare indicium ad torturam Roman. cons. 8. nu. 2. vers. 3. quidem, Crau. cons. 4. nu. 13, & 19. nu. 13. graue est, vt aduerto; hoc indicium læsæ conscientiæ argumentum.

Ex tot ergo certis demonstrationibus in dictum Vincentium confluentibus redditur indubitata contra eum furtorum multiplicatorum probatio, nec se excuset Vincentius pignora exacta, non fuisse ad libros scripta, cum in hoc non sit audiendus, cum protestatus fuerit se nolle in suis defensionibus vti personas in quorum capitibus sunt dicta pignora ne ab eis veritas detegeretur, instar eorum qui in instru- 1
mentis falsis adijciunt testes mortuos ne examinari possint & hæc contra hunc hominem trium litterarum sufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Opuscula Montis Pietatis commemorantur.*
2 *Furtum probatur per coniecturas plenus locus.*
3 *Depositarius tenetur de dolo lata culpa, & quando de leui, aut leuissima.*
4 *Conuentio in deposito seruanda est.*
5 *Delictum non consideratur absque causa, exornatur hic.*
6 *Auferentes aliena citra animum furandi de furto non tenentur.*

7 Fugi

7 *Furis persona spectatur, ad inducendam furti præsumptionem.*
8 *Inhabentibus Symbolum facilis est transitus.*
9 *Homicida præsumitur qui aliud homicidium commisit.*
10 *Regula semel malus explicatur.*
11 *Expendens vltra vires patrimonij sui præsumitur fur.*
18 *Lusorum detestatio.*
13 *Mendax in dolo præsumitur.*
14 *Mendacium præstat indicium ad torturam.*

Responsum incerti authoris.

IO. Baptista Placentia socius quorundam bonorum in loco Camnaghi Pleb. Brippij Duc. Mediolani cum Camilla Vignarca, & Barbara Raynolda hæreditatis illis æquis portionibus delatæ nomine, cum in dicto loco adsit mons quædam saxa parturiens apta ad calcem faciendum, quo vtuntur coloni pro impinguendis bonis illius hæreditatis, ipse propria auctoritate ignorantibus id socijs saxa ipsa in calcem conuerti curauit opera lignorum quo calce facto postea ad alia bona propria conduci fecit. Socij contra eum intentarunt actionem furti tam pro lignis quam pro saxis. Quæritur modo an hæc actio in hoc casu contra ipsum viribus subsistere possit.

Breuiter, & paucis agendo respondeo furti actionē hoc in casu subesse.

1 Primò quia furtum ibi committitur vbi res aliena contrectatur inuito domino, & fraudulenter §. furtum Instit. oblig. quæ ex quas delict. nasc. & actio furti competit vbi adest furtum, & terminus habilis arg. l. 1. in princ. §. si quis vbi casus D. de eo qui pro Tutore.

Ergo hic habebit locum actio furti.

Secundo. Habemus legem in terminis in l. si socius D. de furto & l. Rei communis. §. propter quam statuunt, quòd si per fallaciam doloue malo socius amouerit, vel rem communem celandi animo contrectauerit, actioni furtiuæ locum fieri.

Et hoc in casu satisfit omnino voluntati Ang. post Bart. ibi dicentis, quòd furtum vt dicatur commissum necesse esse quòd socio adempta fuerit commoditas rei suæ, & eius

vsus,

vsus, cum in re nostra fueri t respectu portionis ipsorum sociorum ipsis ignorantibus portiones earum ademptus vsus.

Tertiò. Quandò socius vtitur re communi ad vsum non destinatum & priuat consocium commoditate suæ partis, eam propter vsum conuertendo de dolo, & furto tenetur l. si socius v. Bart. ff. furt. Alciat. tract. præs. reg. 3. præs. 5. in princ. Paris. cons. 88. nu. 7, & seq. & cons. seq. nu. 20, & seq. per l. cum duobus §. venit, & l. ideò in fine, & in l. seq. ff. pro soc. 3

Quarto, Quia certi Iuris est socium non posse nec alienare, nec obligare vltrà suam partem l. nemo ex socijs ff. pro socio l. socius vers. omnes ff. si cert. pet. prout nec hypothecare l. fin. C. reb. alien. non alien. l. vn. C. si res communis pign. data sit, & quod altero ex modis supradictis dolosissime, & fraudulenter se gerat socius, consulendo probauit Corn. cons. 126, col fin. vol. 1, & cons. 128. 2. col. 3. vol. Alex. cons. 103. col. 6. vol. 1. Crau. cons. 193. nu. 2. & 3. & etiã dolus ex eo solo arguitur quod ipse socius spreuerit l. nemo ex socijs supra deductam cum ea adsit conclusio aperta in eo argui dolum qui transgreditur legem, prout in eo qui nõ seruat mentem testatoris Bald. cons. 35. quæritur vtrum pactum col. 1. ad fin. lib. 1. 4 5

Quinto rem communem contrectans socius, vel ad vsum destinatum ea non vtens ad omnia damna, & interesse tenetur consocio Bart. in l. Sabinus ff. communi diuidendo trad. Bart. In l. Labeon. ff. de aqua plu. art. prout in damnificatione per socium consocio data, l. sed si ex causa §. ff. ad l. Aquil. l. sed si causa cum l. seq. & l. sed & nihilominus cum seq. ff. pro soc. idem probatur in l. si fundus vbi Glos. & fulgos. ff. pro socio in simili Pet. de Vbald. in tract. sociat. 8. par. princ. 6. q. num. 7. 6

Neque obstat si diceretur ipsum Placentiam, accipisse rem communem animo vt illius prætium solueret consocio pro eorum parte, sicque non committi furtum l. falsus. §. qui alienum, vers. sed rediturus cuius fuerit ff. de furtis Marsil. cons. 40. num. 54. 7

Respondetur hoc quicquam non refragari cum non possit aliquam probabilem rationem reddere qua doceat, vel ob societatem, vel ob administrationem societatis id sibi

licuisse Bart. dicto §. qui alienam.

8 Neque quidquã officit quòd quilibet socius præsumatur vti iure suo, non autem furti consilium inire l, merito ff. pro socio.

Respondetur id cessare quando vtitur re ad vsum non destinatum, & priuat consocium commoditatis suæ tunc enim cessat præsumptio deducta, & insurgit expræssum

9 furtum Bart. ita eleganter respondit in l. si socius ff. furtis, stante quòd commisserit furtum non potest inficiari quia per D. Iud. fit fauore consociorum in quadruplum rei ablatæ ipse Placentia condemnandus §. ex maleficijs instit. act. Glos. in l. vnde C. de sent. quæ pro eo quod interest proffer. in stit. oblig. quæ ex delict. nasc. §. pen. & hoc indubitati iuris est ideò ita etiam pronunciandum.

10 Quòd verò possit agi, & ciuiliter, & criminaliter probatur: nam pro quolibet delicto potest agi, & ciuiliter, & criminaliter, & quando est publicum crimen, & quando est priuatum, cuius in gratia optimus est tex. & alij melior l. licitatio §. quòd illicite ff. publican. Boss. de furtis nu. 37. & tit. de fals. nu. 149.

11 Sed furtum est delictum, & graue, & modicum secũdum subiectam materiam Abb. cons. 25. nu. 1. in fine lib. 1. Clar. §. furtum vers. quæro an furtum dicatur graue delictum, ergò pro eo potest agi, & criminaliter, & ciuiliter, actione ciuili sanè ad priuatum commodum, criminaliter verò ad publicam vindictam, ita intrepidè omnes DD. transire testatur Pontan. super cons. Baldi. D. 183. col. 1. post mediã.

12 Et est in electione agentis vtramuis intentari, & vnam eligendo alia cessat, nisi incidenter deducatur latissimè de hoc deducit Clar. §. fin. q. 2.

Fuit amicabiliter transacta cum essent inter se affines & dictus Io. Baptista Placentia occisus super Portu Vaprij indè ad nonnullos annos cuius vnica filia qua satius fuisset si caruisset, nupta Comiti Francisco Sicco Feudatario Vicomercati anno præsenti 1614. restituto in gratiam Principis cum esset capitaliter bannitus ob homicidium Socrus suæ Luciæ Vertematæ vxoris dicti quon. Placentiæ, fata sequnt homines.

Laus Deo.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Actio furti quando competat.*
2 *Socius quando teneatur furti, & nu. 3.*
3 *Socius ultra suam partem non potest alienare, alioquin incidit in pœnam, & nu. 4.*
4 *Dolus arguitur in eo qui transgreditur legem.*
5 *Socius rem communem contrectans ad vsum non destinatum tenetur ad omnia damna erga socium.*
6 *Socius accipiens rem communem animo soluendi suam partem socio, an in aliquo teneatur.*
7 *Socius quando sumatur aliquid facere pro iure suo.*
8 *Socius tenetur pro furto in quadruplum erga socium.*
9 *Agi potest pro quolibet delicto & ciuiliter, & criminaliter sed vna electa altera cessat.*
10 *Furtum an sit delictum graue an modicum.*
11 *Electione vnius remedij cessat alterum.*

Responsum.

In vna Scachi Torquis aureæ.

GAllus testis licèt esset de societate Ripæ quærelati de Scacho torquis non tamen auxilium tulisse ad Scachū arguitur, quia in quærela supponitur per actricem torquē fuisse per eam traditam petenti Ripæ licèt aliud ab eo sit simulatum vnde ad eum repellendum necesse fuisset probare quòd vnà cum socio callidè instigasset actricem ad tradendum torquē dicto Ripæ quod in informationibus processus informatiui non dicitur, ergò testis est idoneus deficientibus requisitis ad auxilium, vel persuasionem, vel instigationem, vel auxilium fraudulentum de quibus apud Bart. in l. is qui opem ff. furtis debuit enim deduci quod 1 tempore delicti præbuit is auxilium Bart. & Bal. in l. 1. C. Rapt. Virgin. nam si aliquis reperiatur præsens, & assistat alicui simpliciter non dicitur opem præstare l. 1. §. fin. ff. ad Syllan. Burs. latè cons. 216, & dolus ex parte præstantis opem requiritur Bart. in l. sæpe in fine ff. verb. signific. nec socius præsumitur fuisse conscius quòd vellet alter socius

ſcaçare, imò ex parte accuſatoris ſcientia probanda foret,
2 Marſil. in pract. §. conſtante n.64. Felyn cap. ſicut dignum col.3. de homicid. Clar. q.90 §. fin. quare cum editum de teſtibus ſit prohibitorium certarum perſonarum ſequitur
3 quòd hic teſtis alio non dicto præterquam quòd eſſet de ſocietate Ripæ præſumitur idoneus l.1. ff teſtibus.

Secundo. Nec obſtat quòd teſtes examinati ad fauorem
4 Ripæ ſint ſingulares, nec probare c. ex litteris de teſt. Cun. in cap. licèt cauſam vbi Abb. de probat. iunct. cumul. ab Ant. Gabr. lib. 3. com. opin. de teſt. concl. 2. quia reſpondetur quòd cum hic agatur de excludendo criminalitatem, & vt cauſa ad Iudicem ciuilem remittatur non obeſt, quòd teſtes ſint ſingulares, quia ſicut faciunt teſtes ſingulares indicium ad procedendum in cauſis criminalibus, & ad torturam vt apud Alexandrum conſ. 77. in cauſa accuſationis vol. 1. Crau. conſ. 35. ex pluribus nu. 6. verſ. licèt, vbi quòd etiam perſuadentes probationes, cum vno teſte de veritate concludunt Iudici & dictum teſtis ſingularis iuuatur ex aliis præſumptionibus in conſ. 73. nu. 35. verſ. 2. reſpódeo, quòd licèt plenè non probent, ſaltem inducũt præſumptionem & magnam coniecturam, ſeu ſemiplenam probationem, vel etiam ex eis Iudex poteſt moueri ad credulitatem Natt. conſ. 95. nu. 13. 369. in fine Curt. iun. conſ. 168. nu. 16. ita fortiori ratione ad excluſionem delicti ne cauſa dicatur criminalis ſufficit vehemens opinio Iudicis pro accuſato, &
5 pro eius innocentia, cum temeraria etiam cauſa excuſet à criminalitate in terminis noſtri Decreti plura apud Crau. conſ. 369. Plura nu. 13. lib. 3.

Tertio. Non obſtat quòd teſtes præter Gallum non atteſtentur niſi de confeſſione Antoniæ actricis extraiudiciali quo caſu non videntur probare.
6 Quia reſpondetur quòd ea cóclusio limitatur nonnullis modis inter quos quando agitur vt pariat liberationem in vim exceptionis doli, vt latè apud Antonium Gabr. lib. 3. comun. opin. concluſ. 1. nu. 22. in 1. limitatione at hic agitur vt per eiuſmodi confeſſionem tollatur præſumptio criminalitatis ergo &c. præterea reſponde quòd hæc confeſſio non emanat confitientem ad obligandum alteri, ſed ad probandum ex qua probatione abſenti quæritur obligatio

ergo

ergo probat vt ibi habetur nu. 50. 3. si in criminalibus hæc confessio facit iudicium vt ibi habetur num. 53. quanto fortius tollit indicium stante fauore liberationis vulg. l. Arianus ff. de act. & oblig. quare igitur non dicemus confessionem extraiudicialem iunctam cum depositione Galli non probare ad nos. per eundem Gabr. tit. de prob. conclus. 1. col. 1. & 2. & hoc eo magis cum hic non agatur de dirimenda tota causa, sed tantum de exclud. delictum vt supra dixi, in quo quælibet causa etiam leuis admittitur.

Quarto. Non obstat, quod testes non deponant de die præcisa quia respondetur quòd licet aliqui tenuerint testes singulares loco, & tempore non probare hanc confessioné extraiudicialem attamen multi contrarium tenuere inter quos Cast. in cons. 378. visa petitione col. 3. & cons. 304. Iudex. curt. iun. cons. 64. præsupponitur in facto col. 4. in princ. & cons. 168. col. 7. Socin. iun. cons. 99. num. 15. lib. 2. & hoc non videtur respuendum tum quia testes qui in vnū, & eundem finem conueniunt licet in alijs discrepent probare dicuntur l. qui summam vbi Bald. C. Penis. cum alijs supra adductis, tum etiam quia non videtur ratio diuersitatis, quare magis credatur duobus testibus deponentibus de eadem confessione coram eisdem eodem in loco, & tempore facta, quàm si deponant de diuersis confessionibus, si modò ex huiusmodi diuersitate nulla constet contrarietas, vel repugnantia, nulla facti diuersitas, sed idem semper resultet effectus, & videtur absurdum, quòd sola identitas loci, & temporis augeat fidem testium, data enim legalitate testium æquè eis credendum videtur siue ambo simul fuerint præsentes, siue separatim quòd viderint, & audiuerint vt trad. Crau. cons. 287. col. fin. lib. 2.

Vlterius dicitur quòd quando agitur de innocentia rei accusati non est necessaria expressio diei, & testes probant, ex quo de Iure Innocentia Rei est priuilegiata vt dicit Plot. in terminis Constitutionis Mediolanensis tit. de Probat. §. & quia Plerumq; in cons. 60. sub. nu. 25. 8

Tum etiam quia isti Testes deponentes de confessione extraiudiciali satis verisimilia testificantur quo in casu probant vt per eundem Plot. nu. 22. vers. Octauo.

Postremo non obstat dum dicitur in querela agi de Tor-

que aureorum quadraginta, & in processu defensiuo agitur de torque aureorum viginti ex qua diuersitate sunim arum videntur diuersi torques.

Quia respondetur non esse præsumendam pluralitatem torquium quia Antonia Actrix contendit Ripam habuisse torquem, & ipse Ripa probat Torquem esse suum: quòd sit vnius pretij, vel maioris nihil facit, cum difficultas non constituatur super valore torquis, sed vtrum Torquis sit Ripæ vel Antoniæ, eo sic dicitur non esse scachum, seu furtum quòd idem sonat.

2 Non caret etiam suspicione calumniæ querela dilata & producta in lungum tempus videlicet sex mensium quod verisimiliter factum non fuisset si torquis fuisset dictæ mulieris arg. tex. in l. si quis forte §. 1. ff. pœn. Crau. cons. 28. nu. 6. ad idem tex. in cap. 1. versi. quia si proclamare voluit cur tandiu tacuit de frigid. & malefic. Marsil. in §. diligenter nu. 101. vers. nam si accusator.

Ex quibus concluditur dictam mulierem arcendam à præsenti accusatione, & condemnandam vti calumniosam ad pœnas constitutionis §. si quis quempiam de Pœnis. & ita &c. Laus Deo.

Summarium præcedentis responsi.

1 *De dominio vt quis teneatur, quæ requirantur.*
2 *Scientia probanda est vt socius teneatur de delicto socij ad auxilium ferendum.*
3 *Edictum de testibus est prohibitorium certarum personarum.*
4 *Testi singulari quando credendum sit hic cumulatè habetur.*
5 *Causa temeraria excusat à pœna delicti.*
6 *Confessio extraiudicialis quando probet & nu. 7. 8.*
7 *Diei expressio in cōfessione extraiudiciali probāda an requiratur.*
8 *Diu qui differt accusare præsumitur calumniari.*

Responsum pro nobili Trina.

Cum D. Prina querelasset Iulium Bossium de furto quorundam bladorum quæ erāt propria dicti Prinæ examinari curauit Bernardum Baretam massarium dicti Prinæ,

næ, qui deposuit super veritate furti, & quòd blada erant reposita de voluntate domini super suo horreo & in domo sua, & fuisse ablata per dictum Iulianum.

Excitauit dominus Vicarius iustitiæ nō credi dicto massario, quia agebatur de se ipso exonerando, & ideo non esse fundatam intentionem accusatoris, quare ad aufugiendum disputationis nodum, vtrum credatur nec ne operæ pretium putauit confirmare per alios testes processu adhuc non publicato depositionem dicti sui massarij: quæritur nunquid possit, & an audiatur postquam primo loco non probauit plenè, & sic sit quòd sibi imputetur. 2

Respondetur quòd admittendus est non solùm ante publicationem, sed etiam postea ad confirmandum dicta priorum testium iux. commun. opinionem de qua apud Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de test. conclus. 21. nu. 38. vers. 7. limita vbi in fine cit. & hæc opinio sat defenditur, ex eo quòd in casu isto cessat timor subornationis testium nō publicato adhuc processu quod ponderat afflict. decis. 33. nu. 1. & hoc procedit absque aliqua difficultate vltra quòd nō solum agitur de interesse accusatoris, sed etiam fisci qui semper audiendus est, ante publicationem imò secundum veriorem opinionem etiam post publicatas attestationes vt habetur in decis. Thes. 262. incip. capitulum fraternitatis, & hæc est veritas & ita &c. Laus Deo &c.

Publicatio processus an impediat testes examinari ad offensam fauore Fisci.

Responsum contra Barbaram Tapellam marito furantem.

HOc crimen furtorum contra Barbaram Tapellam, sicut & adulterium inter crimina occulta connumeratur l. 1. ff. furtis Gandin. tit. de furtis nu. 7. ideò probatur leuioribus probationibus, etiam per domesticos Aretin. §. 2 sed iste nu. 5. instit. de actionibus, ceterùm hic habemus eius confessionem ideò non est elaborandum, & de alijs 3 non confessis, de quibus maritus conquerebatur contra eā præsumitur Gloss. in l. in ciuile C. furt. & cum sequuntur ibi Bald. & Salyc. Blanc. l. fin. nume. 410. ff. qq. & eam in 4 flagranti deprahendit, & tanquam famosa debet puniri

Bald. in auth. sed nouo iure C. ser. fugit. qui etiam loquitur in casu quando ageretur de vnico furto magno.

5 Non obstat quòd non detur actio famosa furti contra vxorem l. vxor ff. crimin. expilationis hæred. Anchar. cõs. 408. in fine, & l. quamuis C. furtis nec etiam de expilata hæreditate vt ibi, sed aut rei vendicatione, aut rerum amotarum l. 1. ff. rerum amotarum, & d. l. quamuis & l. vxor cum alijs concordantibus; quia respondetur quod ea procedunt in casu expilatæ hæreditatis mortuo marito non autem in furtis ab vxore factis etiam domesticis viuente

6 marito, quia licèt sit vxor dicitur quoque furta facere, & licet etiam dicantur furta domestica, quando non sunt leuia, iudex potest procedere per inquisitionem, & eam punire criminali pœna furti Bart. l. respiciendum §. furta, nu. 1. ff. pœn. idem Bart. in l. si vxori nu. 2. ff. eodem, & in l. si libert. ff. eo, & contra vxorem trad. Angel. §. fin autem num. 3. instit. hæred. qualit. & differ. Gomez de delict. cap.

7 5. tit. de furt. nu. 3. Cepol. auth. sed nouo iure num. 54. C. ser. fugit. Alex. conf. 135. nu. 4. vol. 1. vbi dicit cap. finem tales non eximi à pœna furti, quamuis sint domestici nisi de modica re agatur idem angel. de malefic. in verbo, & celestem nu. 42. 33. qui etiam loquitur in vxore, filijs, & seruis, & alijs personis domesticis August. in addit. num. 34. quid

8 plus est ait Boss. in tit. de furt. nu. 24. sequens hanc opinionem cons. 25. circa finem, quòd Senatui Mediolanensi hæc furta domestica visa sunt grauiora, cæteris, & vult puniri quia hi domestici dicuntur fide deficere, quam domini in eis habent, & ideò grauius debent puniri vt ibi per eum.

9 Respondetur & secundo. Quòd hæc excusatio leuis furti cessat ad excusandam vxorem quando sæpius fuit depræhensa in furto leui prout fuit hæc Barbara, & ex geminatione furti etiam leuis punitur criminaliter, & sic expresse ait Bald. in l. Pœnis. C. furt. qui limitat eam conclusionem, quæ est l. respiciendum. §. furta domestica. ff. furt. Quòd scilicet pro leui furto vxor, & domestici non puniantur, vt non procedat in itineratione Boss. dicto tit. nu. 26.

Et vtrum dicantur magna, aut leuia inspicitur qualitas

10 diuitiarum mariti Angel. dicto vers. & vestem celestem nu. 33. circa finem, & habetur in l. leuia. ff. accusat. Apostill. ad

Bart.

Bart. in l. Respiciendum. §. furta in verbo fur tũ hoc. ff. pęn.

Non obstat si dicatur, quod iam recepit Marlianus tale aurum, & argentum, & alias res à Barbara confessatas. Nã respondetur, quod nihilominus hæc mulier ad pœnam corporalem furti tenetur, quia crimen consumauit, nam furta inuenta sunt, alterum apud eam in sinu; Alterum apud Zoiam, & aliam mulierem prout est confessa, & conuicta, ideò teneatur tali pęna l. Qui ea mente. ff. furtis Bart. in l. sed si vnius. §. si ea mente. ff. eodem idem Bart. in l. Hoc edicto. ff. publ. iudic. 11

Quinimo si fur reperitur in domo, & volebat furari, sed præuentus non incepit furari tunc punitur pœna arbitraria tex. & DD. in l. saccularij in princ. ff. extraord. crimin. Vid. etiam Bart. & Bald. in l. si quis non dicam rapere col. 2. De episcop. & Cler. Ang. dicto vers. & vestem cælestem nu. 41. & ibi Augustin. in addit. dicente Cataldina in pract. Syndicat. q. 106. fustigatione debere puniri. 12

Pęna autem iure Digestorem est quadrupli, si furtum est manifestum, alias dupli; tamen iure Codicis est corporalis pro prima vice fustigationis, sed in solito quando est famosus pęna furcarum d. Authen. sed nouo iure, & ibi gloss. in vers. Castigabitur C. ser. fugit. Gomez dicto cap. 50. n. 4. At in casu nostro multiplicata sunt furta ergo, &c. Laus Deo. 13

SVMMARIVM.

1 *Furtum connumeratur inter crimina occulta.*
2 *Probatur per leniores probationes, & per domesticos.*
3 *Præsumitur contra eum, qui furari inuentus est quod alia furta commiserit.*
4 *Deprehensus in furto, tamquam famosus debet puniri.*
5 *Furti actio an detur contra vxorem, & qualis.*
6 *Domestica furta parua an puniantur.*
7 *Leuia, aut grauia furta quæ dicantur.*
8 *Pœnitentia non prodest in delicto consumato.*
9 *Furari incipiens sed non perficiens an puniatur.*
10 *Pœna furti qualis.*

Summarium subsequentis responsi.

1 *Actio criminalis an purgatur per actionem descendentem ex contractu, & quando hoc procedat.*
2 *Cedens non potest post cessionem praeiudicare cessionario.*
3 *Cedens exigens post cessionem qua pœna teneatur, & declaratur num. 4.*
4 *Fingens se anteriorem creditorem, vt veris creditoribus noceat punitur.*
5 *Exactum dicitur quod in iudicio petitum est.*
6 *Lex falsus C. furt. habet locum etiam si sponte detur falso procuratori.*
7 *Exigens scienter indebitum qua pœna teneatur & num. 2.*

Responsum.

NOn est absque pœna relinquendus Pet. Franciscus de Regibus de Ello imposturam faciens Ferrario de Cauezzallibus mercatori post cessionem in eum factam de tanto credito, quod habebat versus Regiam Camerā pro summa lib. 5647. ex primis pecunijs soluendis, nam contra fidē datam exegit primas pecunias à Thesaurario dissimulata cessione facta, imo etiam apud eundem Thesaurarium conatus est totam summam intercidere simulans se totius sūmæ creditorem, & sic etiam summæ cessæ. Quamobrem
1 quæritur an criminaliter possit procedi; an verò purgetur actio criminalis per actionem descendentem ex contractu cessionis inobseruatæ iux. terminos l. eleganter. ff. dolo. & per Bald. conf. 14. primo Farin. tit. De delict. q. 19. num. 36. verf. Pena hæc stellionatus vol. primo.

Verùm hoc non obstante criminaliter procedendum est,
2 quia oritur ex hoc dolo delictum particulare, & habens proprium nomen vt per Osasc. decis. 137. n. 37. Quamobrem scienter exigens indebitum tenetur actione furti Bartol. l. Quoniam. ff. cond. furt. Conrad. De offic. Prat. in crimin. tit. De furt. Cedens enim post cessionem nihil habet pœnes se, nam omnia iura sua transtulit cedendo ad vtilitatem, & commodum cessionarij, & dando insolutum nomen Aerarij

rij Regij, ideò non potuit præiudicare cessionario Surd. cõs. 22 per totum lib. primo. Et hoc eo magis in casu isto, verum est, quia præstitum est iuramentum de non contrauenien- dò, & cessa sunt iura, & actiones, quo casu cedens omni iure priuatur, & adsunt verba amplissima fauore cessionarij enũ- ciata in crimine Thesaur. Decis. Pedemont. 201. Denotat n. 7. vbi authoritates cumulat, & ita obseruauit Dominus Vi- carius Iustitiæ Iacobus Philippus Brambilla, qui in carce- res coniecit Maximilianum Valatum, qui post cessionem factam in Cæsarem Capsinam exegit à debitoribus cessis, & mortuus est in carceribus. 3

Nec dicatur cedentem exigisse vltra partem suam cum esset creditor longè vltra summam prædictam, & sic præsu- mitur exegisse pro parte sibi concessa cum sit sumenda omnis interpretatio exclusiua delicti vulg. l. merito. ff. pro socio. 4

Quia respondetur quòd præponendo se cessionario con- trauenit pacto cui ex primis pecunijs satisfaciendum esset cessionario, & sicuti, qui fingit se creditorem, vt veris credi toribus noceat pœna falsi tenetur ex Angel. in tract. male- fic. in verbo falsario in vers. quæritur Bart. in l. si creditor vid. Glos. & Salyc. C. fals. Stracca de Decoct. in 2. par. inter vol. tract. 6. par. 1. fol. 327. nu. 31. ita iste qui finxit se solum creditorem, non etiam creditum esse comune cum alio pro parte, quantum enim in se fuit id egit vt è manu thesaura- rij totum debitum extorquẽs animo fallendi eum cum quo ex conuento egerat, vt primæ pecuniæ soluendæ eius com- modo cederent, eas sibi appropriando cum callido com- mento eludendi dictum cessionarium, ideò perinde haben- dus est ac si totum exegisset, quia non tantum dicitur exa- ctum id quod verè exactum est, sed etiam id quod in iudi- cio petitum est l. verbum exactæ ff. verb. significat. vbi al- ciat post Glos. ibi Ias. l. si ex toto §. si ita scriptum nu. 7. ff. seq. 1. vbi quòd petitio, & exactio æquiparantur. 5

Ad hæc pœna l. falsus C. furtis imposita ei qui tanquam alterius procurator exigit, habet locum etiam si sponte de- tur vt vult Glos. ibi in verbo exigendo, quare etiam quòd præter necessitatem Thesaurarius pecunias soluisset ei vti creditori tenetur ea pœna, & satis est in casu isto, quòd has 6

pecunias recepit animo intercipiendi cessionarium constitutum procuratorem in rem suam cap. 1. de procur. in 6. Felyn. cap. licet vndique. de offic. del eg. nu. 5. nec soluerit cessionario hactenus, nec solutum est, l. falsus §. 1. ff. eodé.

Concludo in hac impostura, quòd cum ex generalitate
2 l. 2. C. crimin. stellionatus puniendus est pęna dictę legis, aut pœna falsi, & furti, cum falsò afferens eas omnes pecu-
7 nias sibi deberi exigere totum procurauerit, vel partem intercipiendo de qua primas partes referre debebat cessionarius, omne ad se attraxerit, in vtilitatemque suã cõuerterit.

Vide Caballum post hęc scripta à me visum lib. resol. crimin. 1. cap. 169. Petrus, per totum. Laus Deo &c.

In vna concussionis Mediolanensis notarij ad officium Illustre Capitanei Iustitiæ. §. Concussio.

1 DEcretum Gratiosum non videtur excludere delictum concussionis nisi in casu in quo est publicum, vt quando notarius verè accepisset pecuniam minando alicui crimen ita probat l. 2. ff. concuss. & ita intelligit Hieronymus Gabr. cons. 171. pro vera lib. 2. in princ. atque hinc se-
2 quitur quòd not. de hoc crimine condemnatus, non fit infamis vt ibi, dum enim excipit officiales qui in officio delinquunt, & notarij qui aliquam falsitatem commiserunt in instrumentis, aut scripturis publicis, duo ego seligo, alterum officiales non pro quibuslibet delictis commissis
3 in officio sunt exclusi sed pro his pro quibus imponitur pęna ordinaria vt in crimine baratariæ iuxta terminos
4 constit. de sub tit. de offic. Vicar. Gener. §. iusdicentes, ne-
5 que enim adeò odiosi sunt, quòd rex voluerit eos excludere in his quæ leuia sunt, vbi igitur est locus pęnæ extraordinaria frui debent beneficio decreti, & quòd notarij tantùm sint exclusi in casu in quo loquitur decretum pro falsitatibus &c. in cęteris remanet firma regula. Eorum quoque inclusiuè tum quia absurdum foret quòd hi qui magis delinquerunt beneficium illud consequantur, & quòd iudices qui nullam commiserunt baratariam sed tantùm arguuntur
6 de leui delicto, vt hic simplicis consensus nullo effectu subsequuto ab eo excludantur.

Quare puto quòd in quocunque casu locus est pœnæ extraordinariæ, vt in casu simplicis concussionis nullo recepto pretio vendicet sibi locum decretum prædictum at locus est tantùm pœnæ extraordinariæ in hoc casu vt per Gabr. dicto loco qui loquitur in casu notarij ergo &c. Et licèt decretum excipiat damnatos in pœnam extraordinariam ex defectu iudicum vel ob minorem ætatem, tamen ea expresio nō tollit reliquos casus in quibus à lege imponitur tantùm pœna extraordinaria vt in concussione quæ est delictum priuatum, alioquin non esset imponere legem rebus, sed verbis, contra l. 2. C. Corn. de legat. decretum enim ita debet intelligi ne mereatur à sapientibus repræhendi. 5

Et quòd fuerit Maurus condemnatus in pœnam extraordinariam, id non tantùm colligo ex eo quòd simpliciter fuerit amotus ab actuariatu, sed etiam quia nemo eū accusauit, sed tantum fuit ex officio inquisitus quo casu à pœna ordinaria recedi solet vt per Marsil. sing. 524. Inquisitio, & accusatio, & per eundem in §. constante in pract. num. 83. 6
vbi quòd in Inquisitione recedi solet à pœna ordinaria non sit in accusatione non igitur credendum est voluisse indices huic rigori contra simpliciter consentientem concussioni nullo sequuto effectu incumbere, & seclusa omni 7
equitate condemnare.

Pro eodem Responsum.

Etsi iure tueri possimus notarios tantùm qui commiserunt falsitatem in instrumentis exceptis à Decreto ibi Neque notarios, & hanc exceptionem confirmare relationem vt in cęteris remaneant sub indultu nec veniant sub appellatione officialium actuarij seu coadiutores, vt per Garf. c. 400. ad dictum. Decretum Catell. ibi cap. 43. lim. 15. nisi falsificet: actu attamen cum arguatur Io. Ambrosius Maurus coadiutor ad officium domini Capitanei Iustitiæ de consensu ad concussionem, videndum est an ex hoc capite indignus sit beneficio dicti Decreti gratiosi in quo concludendum est eum non esse exclusum, cum non de omni concussione accusatus excludatur, sed de ea quæ stat in proprio, & stricto significatu, cui annexa est indebita exactio

iux.

iux. tex. in l. 1. & 2. ff. concuss. pro qua pœna hæc ordinaria indicta est quadrupli, ibi acceperit, ibidem sustulerit, quæ verba significant actum perfectum, quo casu crimen est publicum Menoch cas. 342, nu. 11. lib. 2. de arbitr. iud. Farin. q. 110. nu. 54. fol. 840, & adhuc citatur l. fin. in fine
1 quadrupli pęna ei qui conuictus fuerit sic Decian. in 2. tract. crimin. lib. 8. cap. 35. tit. qui com. crimin repetund. num. 24. ibi accepta intellige pecunia, nam concussio propriè dicitur per vim pecuniæ extorsio, & hoc casu præter pęnam ordinariam imponitur etiam pœna extraordinaria iux. Glos. in l. 1. C. accus. quam singularem dicit Ias. in §. quadrupli instit. act concussio enim propria est quando infertur metus Farin. d. q. 111. nu. 42. 43.

Rursus delictum concussionis in Mauro consideratur vti priuatum iux. supra deducta, at Decretum debet intelligi de eo quod cum barataria iunctum est, pro quo est imposita pęna constitutionis sub tit. de offic. Vic. Generalis §. iuscdicentes, quod si indultum largitur pęnas maiorum delictorum publicatorum, a fortiori priuata in Decreto compræhensa dicuntur, & præsertim quia arguitur tantùm de consensu qui longè minor est ipso delicto l. aliud ff. reg. iur. & vt excludatur quis à beneficio dicti Decreti debet delinquere committendo Farin. quæst. 18. num. 22. & seq. de delict. & Pęnis.

Fuit hic absolutus, & de præsenti cum laude inseruit in eodem munere in officio domini Capitanei iustitiæ Caroli Besutij. Laus Deo &c.

Summarium Superioris Responsi.

1 *Concussionis crimen an veniat in Decreto gratioso.*
2 *Notarius de concussione condemnatus an sit infamis.*
3 *Notarij, & Actuarij an gaudeant pro eorum delictis beneficio indulti.*
4 *Pœna mitior imponitur quando tantùm proceditur per inquisitionem, secus per accusationem.*
5 *Officialium appellatione an veniant Actuarij, et Notarij.*
6 *Concussionis crimen quando sit publicum, aut priuatum. In vna extorsionis contra Officialem.*

SVMMARIVM.

1 Testes singulares an probent baratariam, & an sit locus coniecturis.
2 Consuetudo maleficia peccati non valet.
3 Ad probationem consuetudinis quæ sint necessaria.
4 Accusator quando excusetur ab impensis.

Pro domina Summaripa.

Vidi accuratè excitata contra Melitos olim Iudicem Laudę super diuersis extorsionibus ab eo factis quibus assentior cum ratione muniantur, & auctoritatibus confirmentur, nec illi vti conuicto locum ad excusandum relinquunt; cum autem ille se viderit constringi numerosa multitudine testium deponentium etiam in facto proprio quibus magis est credendum iux. cons. Crau.73.nu.29.30.31. idem cons.220 col. pen. lib. 2.

Non obstat eorum singularitas cum ea tendat ad probandum in genere extorsiones factas per dictum Melosum, & sufficiunt coniecturæ in crimine repetundarũ Gram. cons. 27. nu. 13. 14. Et est adminiculatiua Cepol. cons. 3. in fine in ciuilibus num. 11. Marsil. cons. 1. nu. 71. 74. & in §. diligenter n.17. & cum agatur contra Melosum hominem diffamatum in suo officio, omnis contra eum præsumptio degenerat, cum passim excederet circa inuentiones, & omnia ad se traheret nihil autem applicaret officio, quæ maxime considerat Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 1132 ferè per totum, dum autem agitur de perseuerantia & continuatione in extorquendo omni tempore ex causa d. inuentionum non videtur obstare singularitas testium ex Farin. q. 64. nu. 150, & dum etiam probatur negatiua ex inspectione actorum, quòd ob dictas inuentiones, & fraudationes nulla est subsequuta vtilitas versus eos quibus pœna dissoluenda erat ad not. in l. titiæ textorum ff. leg. 1. Hercul. de negat. probat. nu. 176. vers. postremus modus Crau. cons. 138. num. 3. 1

Non obstat allegata consuetudo ita faciendi quia præter

ter id quòd illa non probatur, obstat quòd nulla consuetudo induci potest in eo quod inuentiuum præstat ad delinquendum Paris.num.cons.66.nu.52.lib. quarto extat enim statutum Laudæ conceptum per verba abnegatiua omnis potestatis, ibi & PRAEDICTI DOMINI OFFICIALES. non possint quicquam accipere à delinquentibus etiã sponte dantibus sub pœna, Lancell.Gall. ad statutum Alexandrum in verbo non possit, quia illa negatiua excludit omnem consuetudinem contrariam, & dicit Crau. cons. 137. num.4. Quòd consuetudo, quæ corruptelam continet tempore formari non potest, & contra honestatem non valet, vltra quòd ad inducendam consuetudinem quatuor principaliter requiruntur legitima præscriptio, frequentia actuum, tacitus populi consensus, consuetudinis æquitas, quæ rationi sit cõsentanea Andr. Gayll.obseruat.31.n.10. lib.2. Crau. consil.96. Rebuff. De Const. Reg.in prohem. glos.nume.13.& in titu. De consuet. pariter in Prohem. tom.tertio.

Ex præmissis deducitur, quòd superfluum est, quærere, vtrùm accusator non probato delicto teneatur ad expensas, nam cum iusta causa excuset ab expensis per Farin. q. 16.De accusat.num.13.vers.sed ut ingenuè.circa finem; viderit Iudex an testes illi qui deponunt absque eorum interesse, & quod ex officio prius processum est, & aliæ circumstantiæ inter quas quòd nulla mulcta Communi applicata est, prohibeant iustam causam, aliud enim est quòd accusator nihil probet, aliud quod aliquid probet, sed non plenè iuxta.Resolut.crimin.Caball.11.vbi ponderat temeritatem in accusando, non autem si quis suffultus aliquibus Indicijs cum semiplena probatione descendat ad accusandum Crau. in specie in consil. 578. Viso num.10.

Viderint an iusta causa sit quòd iam cæptum fuerit contra Melesum procedi, vnde videtur tutus ex præcedente aliorum accusatione non affectata non accita, aut procurata.

Laus Deo.

Pro Curto mercatore Serici.

1 Vendens rem alienam scienter an teneatur actione furti.
2 Vendens eandem rem duobus an pœna falsi teneatur.
3 Stellionatus pœna an habeat locum contra eum qui dissimulata obligatione per calliditatem rem alij distraxit, vel permutauit, vel in solutum dedit.
4 Clericus locans eandem rem duobus stellionatus pœna tenetur. Reseruatio conseruat ius reseruanti.

Responsum.

FVrtum dicitur committere is qui scienter vendit rem alienam si sit nobilis l. rem alienam C. furt. Fab. de monte in tract. de empt. in 4. quæst. principali primæ quæstionis in fine Plot. in Repet. l. si quando nume. 476. C. vnde vi vers. debitor si scienter vbi quod etiam tenetur crimine stellionatus pœna arbitraria, dicitur enim esse in dolo per Glos. & Doct. in l. Iulianus §. Titius cum decederet, & in l. cum & forte, & in l. idemque ff. ac. empti, & quod teneatur falsi quia vendidit rem duobus l. qui duobus ff. fals. Bertaz. cons. 164. nu. 9. lib. 1. Plot. v. supra nu. 177, & permutatio habet vim emptionis l. fin. ff. rer. permut. faciunt ad rem multa desumpta ex Menoch. casu 381. nume. 7. de arb. iud. vbi pœna stellionatus plectitur qui dissimulata obligatione per calliditatem rem alij distraxerit, vel permutauerit, vel in solutum dederit iux. terminos dictæ l. 3. §. 1. ff. crimin. stellionatus & in hac actione criminali præter pœnam criminalem tenetur actione exempto dec. cons. 483. nu. 18, & ad interesse ex cons. Curt. Iun. 177. nu. 5, & in hanc pœnam stellionatus incurrit clericus locans eandem rem duobus Pet. Rebuff. cons. 59. super casu vers. sed hæc, & præsumitur in dolo is qui vendidit rem alienam Bero. cons. 117. nu. 46. lib. 1. Surd. decis. Mant. 293. num. 14. de hoc art. plura apud Farin. de furt. q. 168. qui superuenit post hæc à me scripta.

1
2
3
4

Quo ad secundum cum per illam conuentionem sit reseruatum primum ius dicto Curto, non censetur remissa

actio criminalis qui a causa limitata est, & limitatum pa-
5 rit effectum l. si agris ff. acquir. rer. Domin. & reseruatio conseruat ius reseruantis not. in l. non solùm §. morte ff. opin. no. nunc. Bart. in l. pen. C. depos. Crau. cons. 974. nu. 17. Surd. cons. 152. num. 29.

Et iuxtà hoc fuit ordinatum per Prætorem Mediolani procedendum contra Ruffinum qui pendente accusatione decessit, & cum hærede causa cōposita est. Notarius Gaius.

Argumentum.

Depositarius qui tenetur furti an gaudeat beneficio sexagenariæ ætatis ad euitandam capturam.

1 Quòd depositarius teneatur actione furti clarum est, sed quæritur vtrum possit se iuuare beneficio sexagenariæ ætatis ob priuilegium quod attribuitur ætati, concludo quòd non quia depositarius tenetur de dolo, & lata culpa ad l. quod Nerua ff. depos. & contra eum iuratur in litem si non restituat, & efficitur infamis l. 1. ff. infam. plot. de in litem iur. §. 10. nu. 3, & contrectans depositum tenetur actione furti l. 1. §. si rem depos. ff. deposit. & l. furtum ff. cond. furt. quare iste caupona contra quem iura clamant, qui sciens se non esse soluendo recepit depositum vt fruatur beneficio sexagenariæ ætatis, non videtur
2 aliquo modo audiendus, quia sciens non admittitur ad cessionem Alciat. cap. cum non ab homine nu. 78. de iudic. ita nec ad sexagenariam ætatem, quia plus ille peccat fallens homines in ea ætate, & ad contrahendum sub venerabili maiestate caniciei, & ibi simili exemplo confirmat Alciat. idem ferè habetur apud Paul. de Castro in l. etiam §. licet nu. 3. ff. sol. matrimonio vers. item quòd ista enim vicini-
3 tas temporis inter receptionem pecuniarum depositarum, & fidem depositi datam arguit in dolo eum versatum fuisse, & accepisse animo excusandi se à restitutione depositi sub tit. ætatis Menoch. de præs. lib. 1. q. 28. col. pen. Glos. fin. in l. si ventri ff. priuil. cred. Strac. de decoct. in 3. par.
4 n. 32. vbi alios aggregat. simile legitur apud Vital. de claus. in vers. his peractis nu. 34, vt beneficio cessionis non gaudeat qui sub spe cessionis contraxit debitum Mauritio Bolan.

Iam. de minor. cap. 331. est tex. in l. fin. ff. his qui in fraud. credit. Socin. in reg. 46. littera cedens nu. 18. ceterùm iste casus de excludendo beneficio ętatis, & captura in casu depositi clauditur sub statuto Mediolani cap. 167. pro debito priuato, vbi regula constituitur, quòd pro debito priuato quis capi non possit mox à regula multos casus excipit inter quos etiam depositum, etiam quòd non sit secuta condemnatio, quod satis mirabile reputat ibi Apostill. littera F. neque enim credendum est quòd statutum voluerit ommittere hunc casum cui maius quàm cęteris casibus priuilegium tribuitur auth. multo magis C. Sacr. Eccles.

Quare an huic fraudulento cauponæ fauendum sit ad perniciem pauperis qui omnes pecunias suas eius fidei cõmissit, viderint DD. Protectores qui iustas causas tutari solent. Laus Deo.

Et iuxtà hoc fuit pronunciatum &c.

Index precedentis Responsi.

1 *Depositarius tenetur de dolo, & lata culpa.*
Et datur contra eum iuramentum in litem.
Non restituens efficitur infamis.
Contrectans illud tenetur furti.
2 *Depositario an competat beneficium sexagenariæ ætatis.*
3 *Ex vicinitate temporis præsumitur dolus.*
4 *Cessionis beneficium non competit ei qui sub spe cessionis contrahit æs alienum.*
5 *Statutum Mediolani sub cap. 167. declaratur.*

In una furti litterarum missiuarum Responsum.

Litteras missiuas ex vrbe Romæ apud officium tabellarij quod in hac Ciuitate sub nomine nob. Lucinæ Tassæ exercetur, intercepit N. cupidus videndi in eis quid contineretur ob litem quam cum eo habebat, accusatione porrecta & examinato famulo qui dictas litteras dicto nomine intercepit fassus est omnem rem prout se habuit nunc quæritur, cum adhuc illæ litteræ non fuerint apertæ an possint restitui impunè.

Roman.

Roman. in cons. 365. quæritur primò vult quod si fuerint apertæ litteræ vt eas videat, & non alij ostendat in
1
pœnam falsi non incidat, sed extraordinariè punitur de crimine stellionatus ex Bart. in l. qui testamentum ff. falsis, & in l. si quis tabulas ff. ad Syllan. in casu isto, iste litteras non aperuit, nec legit, vbi quod illud delictum quod est pœnale non pertinet ad eum qui non legit, nec aperuit Baiard. ad Clar. §. falsum nu. 2. 1. & seqq. Alciat. cons. 6. to. 2. lib. 5. nu. 64. non constito igitur de pœna locus est constitutioni tit. de pœnis §. nullus corporaliter, ne possit puniri
2
nisi ex præsentibus constitutionibus vel statutis locorum sit cautum inconsulto Principe vel Senatu de quo decreto Baiard. ad clar. q. 85. vers. debet, etiam Menoch. cas. 276. nu. 24. de arb. iud. Franc. de March. q. 738. quæritur de illo qui desigilauit lib. 1. vid. Lodoc. in pract. tit. de fals. scripturis cap. 122. in fine.

Dubium est an cum dictæ litteræ fuerint subtractæ furtiuè, & nunc furtum purgetur per consignationem earum teneatur. Veritas mihi videtur vt nihilominus possit agi quia iudicium fuit ante motum Bart. in l. hoc edicto ff. publican. l. sed si vnius §. si ea mente ff. iniur. l. non prodest ff. vi bonor. rapt. Bart. in l. qui ea mente ff. furtis.

Punctus igitur ad hoc reducitur an aliquod damnum
3
contigerit ei, cui verè dictæ litteræ mittuntur ex hac interceptione iux. not. in l. qui tabulas, & l. qui tabulatum, ff. furt. Claud. ad Bertazol. cons. 129. littera B. Quare si nihil interfit non puto dandam actionem furti, sed tantum iniuriarum si animo inferendæ iniuriæ, sed cum hæc interceptio non sit facta eo animo non opus est super hoc immorari, & licet hoc ab honestis moribus reuersetur non tamē dicitur punibile ex Natt. cons. 557. nume. 9. & 11. lib. 3. Vbi quod pœna non imponitur pro facto illicito, & in honesto nisi lege caueatur, quando nullum damnum sequutum est.

Res tamen est mali exempli quod quis alterius litteras
4
clam subtrahat, & ideo non deberet absque pœna relinqui iux. cumul. à Caball. resol. crimin. 214. lib. 2.

SPE-

Summarium præcedentis responsi.

1 *Intercipiens litteras missiuas quando, & quomodo puniatur.*
2 *Constitutio de Pœnis §. Nullus corporaliter, declaratur.*
3 *Pœna non imponitur pro facto inhonesto, nisi expressim à lege indicta sit.*
4 *Pœna imponitur quando agitur de re mali exempli.*

Super eodem Themate.

Bernardus Campana attenta remissione Bernardi Nauæ molestari non potest ex officio cum etsi dicatur intercepisse litteras quæ mittebantur ex vrbe Genuæ attamen nisi ad quærelam partis procedi potest, attenta Constitutione Mediolani §. nullus de pœnis, & tanto magis quia nullum damnum contigit ei cuius litteræ fuerunt interceptæ, cum tantummodo oriatur actio iniuriarum quæ tollitur protestatione partis Clar. §. iniuria vers. tollitur, sic DD. in l. qui testamentum & in l. qui tabulas ff. fals. vbi Bart. dicit quòd tantùm punitur de stellionatu & in l. 3. §. si quis tabullas ff. ad Syllan. & multos adducit Onded. cons. 106. nu. 80. cum seqq. vbi vult quòd præter aperturam litterarum debeat concurrere mutatio, seu adulteratio sigilli nam minus peccat qui aperit, & legit, quàm qui mutat ex Innoc. vbi quòd tantùm locus est pœnæ extraordinariæ, & sub nu. 83. nu. 3. vers. 3. respondetur, vult quòd tantùm locum pœna habeat quando litteræ aperiuntur vt ostedantur aduersario illius cuius sunt litteræ, nõ quando quis aperuit litteras alicuius vt videat nunquid aliquid in eis scribatur quod sibi noceat. Ex quibus dictus Campana attenta dicta remissione est absoluendus. Laus Deo. Et fuit absolutus. 4

Summarium præcedentis responsi.

1 *Delictum interceptionis, & dissigilationis litterarum, an tollatur remissione.*
2 *Minus peccat qui aperit litteras, quàm qui mutat.*

In vna emptionis rei alienæ Pro Ruffino.

QVi emit ius vel rem ab eo qui non habet ius vendendi non acquirit Dominium, nec vsucapit, sed illicitè

T emit

emit, & traditio rei alienæ licet ex venditione, furtum inducit, vsucapionem impedit, & dominij venditionem non
1 tollit l.1. C.vsucap. pro emptore Vid. Salyc. Fab. de monte de empt. & vend. in 4.par. princip. n.7. procedendum igitur de furto contra Alexandrum qui scienter vendidit rem
2 alienam. Quòd emptor non possit se excusare est text. in l. cum quærebatur C. vnde vi. Fab. de monte num.9. dicto loco Bart. in l. cum verò ad finem ff. vsucap. l. si fundum §. si procurator ff. act. empti. Bald. l.1. num. 2. C. alien. non alien. Alex. l. qui aliena nu. 11. ff. acquir. hæred. ruin. cons. 607. nu. 231. in 1. vbi dicit quòd emens à procuratore qui non erat, vel qui fines mandati excesserat non potest ob malam fidem præscribere, nec excusatur ratione erroris quia non fuerit iussus, cum debuerit mandatum videre, & quæ mala fides nocet etiam hæredibus. sanctissima est igitur ordinatio Senatus, quòd Alexander ad carceres vocetur, nec relaxetur nisi plenè consulto dicto Ruffino circa indemnitatem.

Materiæ Collectæ præcedentis responsi.

1 *Vendens rem alienam quando furti actione conueniatur?*
2 *Et an possit se excusare.*

Responsum.

In vna Gabellæ fraudata pro Francisco Mola.

1 QVi Gabellam fraudat dicitur furtum committere Farin. late, in tract. de furt. q.172. par.1.fol.49. nunc in facto proponitur vt infra.

Non videtur dolo Franciscus Mola fecisse qui est mercator Cremonensis qui habita à Prinici pe licentia conducendi Salmas frumenti à partibus Pedemontanis, & Montisferati 298. a starijs duobus mensuræ Mediolanensis, maiorem summam conduxit, id quod dici tur processisse per errorem mensurarum prout in processu abundè probatum est; plures numero sunt causæ propter quas excusetur à pena fraudatæ Gabellæ Menoch. cons. 98. num. 22. lib.1. Rol. cons. 42. num. 13. lib. 3.

Secun-

Secundò. Quòd lex plurimum defert religioni iuraméti eius qui fraudasse arguitur vt probat erret de Gabell. num.162. vers. reperti, Bertazol. cons. 325.num.8.qui plures cumulat: Pena autem est eis qui minorem summã Gabellario proffessus est, vt præstet duplicatam Tabellam, quia non errauit in pondere, numero, & mensura Bertazol. cons. 531, & cons. 7. Rol.cons.42.nu. 13. lib. 3.

Tertio fit interpretatio contra Gabellarium idem Bertazol. cons. 6,& 7. latè Becc.cons.96.viso processu vbi multas defensiones affert ad excusandum eum qui accusatur de fraudata gabella.

Quarto. Quod cum agatur de pena fraudati vectigalis ex statuto vel cridis Suæ Excellentiæ per verba substantialia dolum si quis ausus fuerit, vel præsumpserit dolus probandus est, nec lata culpa sufficit.Panormitan. cons. 68.tit. primo lib. 1.

Multa hic concurrunt error mensurarum abunde probatur Modica vtilitas resultans ex hac fraudatione; quod cum institor errauerit, non ascribitur delicto domini, qui non præsumitur dedisse mandatum ad illicitum l. creditor §. Lucius ff. mandat. quòd palam, & de die granum aduehebatur non ad exteras gentes, sed ad ciuitatem Cremonæ ad sustentandos ciues, & subditos suæ Regiæ ac Cath.Maestatis quod occultari nequaquam commodè poterat, nec fraus, & licentiæ abusus, vid. Bertazol. cons. 15. num. 10. lib. 1. in materia vide insignem locum contra Gabellarios Marti Ant. de Amasis 35. in causa. Ex quibus &c.

Laus Deo &c.

Summarium præcedentis Responsi.

1 *Fraudans gabellam an furti actione teneatur.*
2 *Quibus modis quis excusetur à pœna fraudatæ gabellæ.*
3 *Pœna fraudatæ gabellæ quæ sit.*
4 *Iuramento eius qui dicit non fraudasse gabellam an stetur.*
5 *Interpretatio fit contra Gabellarium.*
6 *Qualitas mercatoris excludit doli præsumptionem circa gabellam fraudatam.*
7 *Dolus in fraudante gabellam requiritur.*
8 *Plures excusationes aduersus imputationem fraudatæ gabellæ.*

§. Barataria.

In vna baratariæ Iudicis.

QVærela baratariæ quam repetundarum appellamus vt inquit Mascard. de probat. conclus. 164. aureorum 20. commissa per Iudicem N. pro facienda ordinatione ad quam faciendam tenebatur ex decreto Principis iustificatur ex infra dicendis. Præmitto hoc crimẽ graue esse tum de iure, tum per constitutiones Cæsar. sub tit. de Vic. Gener. §. Iusdicentes vt per Port.cons. 96.num.4. Boss. de offic. pecun. corr. num. 6. nullo iure defendi potest etiam quod acceperit pecuniam pro iustitia faciẽda Glos. l. 1. §. sed si dedi vers. bona causa ff. cond. ob causam Port. ibidem nu. 26 Didac. Couar. ad regulam non dimittitur in 2. par. relat. §. 3. incip. 4. fol. 541. Menoch. cas. 310. nu. 4. de arbitr. iudic. Bertazol. cons. 71. num. 7. lib. 1. Paseth. cons. 181. 182. per totum circa hanc materiã Alex. Rhaud. cons. 49. 56. pro Præside Londonio & probatur hoc crimen per indicia, & coniecturas Stracha. de assecurat. Glos. 31. nu. 4. vers. sed hic suboritur, & probatur per proxenetam, & mediatorem si ciuiliter agatur Mascard. conclus. 165, & in indiuiduo quando ad sunt vrgentes præsumptiones ad corporalem quod sufficiant Paseth. dicto cons. 182. nu. 12, & ibi in fine dicit quod saltem ex præsumptionibus locus esse debet pœnæ extraordinariæ addo Marsil. author. in verbo ostenderit anth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. hos enim in cons. 61, incip. post redditum lib. 1. num. 33. quod barataria commissa per Iudicem probatur solo iuramẽto, & per testes singulares Gram. cons. 35. num. 43. Port. dicto loco nu. 8. 21. & socius criminis admittitur nu. 12.

Modò ad rem Andreas Marlianus mediator huiusce cõtractus deponit se in anno 1587. de mense Iunij, seu Iulij iuisse domum dicti Iudicis, & cum eo egisse de errogandis pecunijs scilicet aureis viginti in causam dictæ ordinationis, & acceptis decim aureis ab Ascanio Cribello, & quinque à Bernardo Placentia additis alijs quinque ex bursa propria promisit facere d. ordinationem & standum est

eius

eius testimonio quando protestatur se nolle eos repetere Crau. cons. 73. num. 29. Iac. Menoch. cas. 235. num. 25. 26. lib. 2. de arbitr. iudic. pract. pap. in rubr. de oppos. contra test. in facto eorum proprio in fine, huius depositio confirmatur à dicto Bernardo dicente se fuisse ad domum dicti Iudicis vnà cum dicto Marliano pro dādo dictas pecunias, tum à dicto Cribello, & etiam addente se cum Antonio Milano quærelante conuenisse domi Vincentium Fasolum Sindicum Communitatis cum scripturis pro eo informando de dicto negotio Metæ constituendæ pro lateribus, vt omnia postea referret Illustri Tribunali iux. formam decreti facti per Egr. Vicarium Prouisionum scilicet quòd vnus ex Syndicis se informaret, quòd d. N. expedire fecit, & vna dicti tres ex post recesserunt ad domum dicti Iudicis vt eum alloquerentur qui dixit quòd hæc erat sua sententia, quòd nullo pacto dictis mercatoribus tradi poterat aliqua meta ipsorum lapidum, & aliorum rationibus quæ allegabantur, quodque sepe institit dictū Iudicem vt d. ordinationem faceret quam nunquam curauit facere, ex quo insurgit alia suspicio contra eum quòd differret dictis Mercatoribus iustitiam facere vt extorqueret pecunias sub spe prædæ futuræ, & pactionis inter eos conueniendæ, de qua etiam negligentia dolo proxima Iudex Sindicatur Paris de Puth. in tract. de Syndic. in verbo negligētia Bertazol. cons. 81. nu. 2. & criminale etiam iudicium competit Boss. de official. corr. num. 24. item ex mendacio eiusdem Iudicis dum fingit se non cognoscere Iulium de Santo Ambrosio causidicum dictorum mercatorum, cum tamen ille profiteatur se eum sæpe de hac causa alloquutum fuisse, & idem affirmat Cribellus, ex quo mendacio insurgit dolus Cuchus in tract. de mentiente circa pos. Clar. §. fin. q. 21. vers. mendacium fol. 82. accedit secreta loquutio dicti Iudicis cum his qui eum corruperunt pretio, quam attestatur dictis Iulius de Santo Ambrosio, & de auditu a dicto Marliano, quod tractauerunt cum dicto Iudice de faciendo dictam ordinationem quòd in futurum molestati non fuissent, vbi certa pecuniarum summa ei tradita fuisset, quodque simul conuenerunt dictum Iudicem, cui dixit causidicus quòd opus erat tractare etiam cum Egregio Vicario

Prouisionum cui Iudex respondit quod fecisset fieri omnia, neque enim fieri potest quod Iudex non solùm suam operam, sed etiam alienam pollicere voluisset, nisi e re sua ageretur, nulla autem præsumptio pro Iudice sumenda est, qui facit ea quæ sunt extra naturam officij, & præter consuetudinem Iac. Menoch. præs. 85. nu. 14, & quia hoc delictum Simoniæ proximum est, dicendum est probationem multum pendere à religione iudicantis, quando Iudex dicatur corruptus Corn. cons. 68. nu. 13. lib. 3. Boss. dicto tit. num. 18. vers. item adde Socin. Iun. cons. 32. num. 12. lib. 2. vbi quòd coniecturæ etiam imperfectæ coniunguntur ad plenam probationem non obstat bona vox, & fama dicti Iudicis, quia ea non tollit specialia indicia Marsil. cons. 3. 22. lib. 1. Alex. cons. 77. nu. 8. in princ.

Nec obstat quòd dicatur testes esse infames, quia etiam inhabiles in hoc crimine admittuntur Port. dicto cons. 94. num. 18. 19. denique infamia concludenter probari debet Mascard. conclus. 896. littera infamia Gramat. cons. 45. nu. 32. vers. quòd delictum vbi dicit requiri quòd vel confessus fuerit, vel condemnatus Burs. cons. 43. num. 23. lib. 1. Gram. vot. 30. nu. 27. Anchar. cons. 189. tribus de causis, & de hac infamia contracta per condemnationem quæ testem repellit loquitur Natta cons. 668. nu. 1. & 2. lib. 3, & sententia debet esse de crimine publico, vt apud Hier. Gabr. cons. 171. nu. 3. lib. 2, & de leui infamia quod non obsit eleganter comprobat Ludouic. Molin. de primo genit. Hispan. cap. 13. num. 20. vtrùm maioratus. Tiraq. de nobil. cap. 37. num. 70.

His scriptis accepi eundem Iudicem fuisse delatum de suo in proprios vsus inuerso in officio, sub colore, quòd esset granighosus, & marcidus, ac de alijs sub Egregio Fiscali Valiano delegato à Senatu Excellentissimo, & processus adhuc pendet, Iudicem non nomino ob reuerentiam, quam habeo cæteris Doctoribus de Collegio quamuis, & ego ab eo ex iniusta sententia fuerim offensus, satis punitur dedecore suo *quod cum sicut lepre leprosum committatur, &c.*

§. Con-

5. Concussio.

In una concussionum an casus sit gratiabilis contra Ludouicum Binagum Causidicum Mediolanensem.

DEmonstratum est non debere delictum concussionum reiteratum,& ter,quaterue repetitum à Principe aggratiari,cum ille toties delinquendo indignum se faciat,nec in eo speratur emendatio,& correctio, ideoque hanc pestem extra Vrbem exterminandam; Modò opponitur Principis potestatem latè patere,quod nec nos negamus, sed tantùm dicimus esse restrictam ad certos casus ex ordinibus Regijs in quibus inest præsens quare sic concludimus nos non agere de pote state Principis;sed an voto Fisci id liceat in delicto graui quale hoc est,cum iste Iudicis personam falsò assumpserit ad concussiones exercendas, & ad extorquẽdum pecunias è manibus hominum,nec insolito delinquere approbanda est gratia à Sen. Boss. de remed.ex sola clement. Princip.nu.42.& in specie, quòd Indulgentia non trahatur ad delicta,quæ committuntur prætextu officij ex Parid.de Puth.trad.Farin.q.6.n.56.in primo, & satis constat dictum Binagũ vsurpasse officium Iudicis cõmittẽs pęnã falsi iux. not.in l.eos.ff.de fals.Imò tenetur crimine læsæ Maestatis, nã simulabat Iudicum præcepta, mox per compositionem factam relaxabat captos extortis priùs pecunijs more Tyranni.Ideò tamquam violator maestatis tenetur latè Farin. q. 27.nu.9.lib.primo.Ludou.Scacc.cons.17.nu.4.Incip. Consultus.Caball.cas.291.in fine resol.crimin. 1 2 3 4

Ordinibus enim Vormatiensibus cautum est in versiculo *Et perche dal farsi* fit inuectiua contra committentes delicta attrocia in hunc modum videlicet. *Et perche dal farsi remissi one, & gratia de deliti, che non si deuono perdonare*, & nominat delicta atrocia, *si sminuisce molto l'authorita della nostra giustitia la nostra volunta e'che non si' facciano*, cum his quæ sequuntur. Monstruosum namque est habere in Ciuitate hominem de similibus delictis maculatum ideò ignoscendum ei minimè est nec amplius in numero ciuium recipiendus est, sed abolendus. 5 6

Hactenus causa pendet,& Senatus venit in sententiam eũ

indignum esse, nec credo Principem assensorum his quo pro hoc pestillento homine rogant, specto exitum; Non licet dicere Principi, cur ita facis? quia esset peccare in spiritum sanctum. Vidi alios eo deteriores in Patriam restituti, cum omnium admiratione; Non vltra tendo, *quia eximia est virtus praestare silentia rebus, & optimus est homini linguae thesaurus.*

Laus Deo.

Summarium praecedentis responsi.

1 *Gratia non est approbanda in solito delinquente.*
2 *Indulgentia non trahitur ad delicta, quae fiunt intuitu officij.*
3 *Vsurpans officium Iudicis committit falsum.*
4 *Concussores dicuntur violatores Maestatis Principis.*
5 *Ordinum Vermatiensium Tenor.*

§. Furtum.

In vna Stochi, quod furto comparatur. Responsum.

Contendit Gariboldus, quòd in humili proflusione adductus emit quasdam vestes sub satis maiore pretio, quàm valerent, simulque finxit venditor cum vestibus vendere quasdam Margaritas, sed loco Margaritarum quidam succi traditi sunt, qui contractus verè vsurarius est, & appellatur Stocho, & quia ex dilatione adsoluendum cum fideiussore, arguitur vsura manifesta, velidita re chariore pretio Baiard. ad Clar. §. vsura nu. 8. & 12. & dicitur similis Pyrata Terrestris, ex Caball. resolut. crimin. 143. Nequior vsurario, nam sicut vermiculus rodet lignum leuis est tactus, & durissimos habet dentes cum quibus lignum consumit, at hic non per temporis interuallum, sed subito bona cōsumit, & suipsius improbitate excedit omnes vsuras.

2 Nec refert, quòd agatur de mutuò formali in quo solo cadit vsura iuxta illud Mathei, *Mutuum dantes nihil inde sperantes*, nam respondetur, quòd vsura incurritur ex quacumque alia causa Berō. cons. 168. n. 12. 16. lib. primo. Osasc. decis. 95. nu. 99. Menoch. cons. 109. nu. 2. 28. lib. 2. Vbi vsuram ap-

appellat indirectam, seu paliatam, quæ committitur in alijs contractibus præterquam in mutuo Gallia cons. 123. nu. 18. Imò suscipiens patrocinium pro vsurario peccat mortaliter Ioann. à Capistrano de vsur. nu. 143. Ludou. Peguer. decis. 22. in princ. & puniuntur per Iudices sæculares Osasc. decis. 137. Qualitas autem rerum traditarum suadet vt hic contractus vsurarius dicatur, cum agatur de rebus attritis, vilibus, nec venalibus equo morboso, succis suppositis loco Margaritarum, contrapolizza receptionis librarum quinquaginta post Instrumentum confectum. Qualitas Garibaldi iuuenis proflusissimi opum suarum, cujus qualitatem minime ignorasse credendum est. Quare concludo eum puniendum. 4 5 6

Summarium præcedentis responsi.

1 *Vsura est vendere charius ob dilatam solutionem.*
2 *Exercens Stochum dicitur Pyrata terrestris.*
3 *Vsurarius est instar vermiculi rodentis lignum.*
4 *Vsura incurritur in quocunque contractu.*
5 *Patrocinium sumens pro vsurario peccat.*
6 *Vsurarius punitur criminaliter per Iudices sæculares.*

§. Barataria.

In vna concussionis factæ per Notarium Io. Ambrosium Maurum.

INdebitè accusatur nob. Io. Ambrosius Maurus Notarius ad officium Illustriss. Capitaneo Iustitiæ de societate, ac pactione inita cum Marco Ant. Annono, ne in carceribus quidam sequestraretur, nam satis patet quam fragiles essent cōsiderationes contra eum quæ nituntur tribus testibus, quorum tamen vnus non grauat, & primò contra omnem verisimilitudinem, quod scilicet Maurus fuerit tam iudicij expers quòd voluerit præsentibus tot testibus in conuiuio conuenire de futura remuneratione obsequij præstandi in non sequestrando, maximè cum non submissa, sed alta voce loqueretur cōcludunt Antonius ferrarius, qui vna cum cæteris discubebat in domo Annoni, Alphonsus Man- 1

in

ra cōteſtis. Secūdo Minus veriſimile eſt, ꝙ Maurus voluiſſet expectare relaxationem hoſpitis, cum credendum ſit quod noluiſſet illud beneficium quod in effectum habebat non ſequeſtrando pendere à futura remuneratione ſed præſente, cum ſcire deberet ſe operam dare rei illicitæ non ſequeſtrando ad quod ex debito officij tenebatur vel augendo vt pecunias extorqueret pœnes ſe eſſe poteſtatem ſequeſtrandi, nam in ſimilibus prohibitis, extorſiones fiunt manualiter iuxtà naturam contractuum innominatorū Do, vt Des. Facio, vt facias, Neq; enim hæc beneficia mutuantur ad tempus. Tertio omnē cōuentionem abfuiſſe demonſtratur nam ſi quod in eo delictum fuiſſet, non ipſe audito rumore quod dictis Annonus dictas pecunias extorſerat, cum accuſaſſet de dicta extorſione, & detineri procuraſſet, conquerendo apud Dominum Fiſcalem Salamācam qui eam atteſtationē reddidit de dicto Marco Antonio & de petendo quòd detineretur, id quod concludit Hieronymus Negronus vir ſpectatæ fidei qui interfuit in domo dicti Fiſcalis, Additur depoſitio Ioannis de Triſtanis Hiſpani qui deponit ſe fuiſſe conuentum à Mauro & rogatum vt pro exequutione ne officij ſibi commiſſi à Sua Excellentia detineri curaret dictum Annonum pro habenda veritate dictæ extorſionis; Idem atteſtatur Io. Iacobus Magnetus Cancellarius dicti Salamancæ qui dat in conteſtem dictum Negronum, & Alphonſum Manaram: Non enim hanc feciſſet diligentiam Maurus niſi conſcius ſuæ innocētiæ, quia *vulnus quòd quis ſæpe fricat recondeſcit*. Quarto cum agatur de iuuene probo, & nobili patre oriundo, cōtra eū probationes in hoc crimine concuſſionis claræ requiruntur, & luce meridiana clariores Amad. de Syndic. n. 168. Gram. conſ. 35. nu. 17.
1 & 36. ideò & mediator non poteſt eſſe teſtis dum criminaliter agitur Gram. dicto conſ. num. 45. Et qui accuſat, vel indicat non poteſt eſſe teſtis Amad. ibi. hoc crimen Sena-
2 tus in ſua ordinatione appellat concuſſionis nam vt inquit Anchar. conſ. 271. col. 4. Officiales tantum, & qui publicas
3 habent adminiſtrationes incurrunt crimen repetundarum,
4 & non alij, & in Notario pecunia ſubornato conclud. Gloſ.
5 in l. 1. C. accuſ. Decian. in 2. tract. crimin. lib. 8. cap. 35.
6 nu. 24. verſ. concuſſio, & quia Maurus arguitur intimoraſ-

ſe

se agentes pro decento de eo sequestrando propriè dicitur concussisse Moscatellus supra allegatus titu. de corruptella num 27. 28. cum illi tres testes se conatos fuisse fateantur, ne sequestraretur corrumpendo notarium tenentur ob proprium delictum in committendo corruptionem Paris dictc tract. in verbo corruptio num. 7. tex. in l. in fraudem §. quoties ff. iur. Fisci l. si quis aliud §. instrumenta ff. pęn. non creditur enim corrumpenti contra corruptum Moscatell. tit. de cognit. seu probatione delicti de iudic. corruptela nu. 58. 59. nec faciunt fidem quia asserunt se fuisse mediatores, vt mediante promissione facta Mauro negotium sopiretur Moscatell. ibi nume. 36. Sexto cum agatur de 8
crimine concussionis illud dicitur priuatum Decian. dicto cap. 35. num. 24. vers. aduertendum secus in crimine repetundarum delictum illud attentans non punitur, non se- 9
quuto effectu iux. communes regulas Boer. in decis. 153. num. 35. vers. sed contrarium, vbi etiam quòd per pęnitentiam euitatur pęna maximè in promissione incerta. Septima sinceritas Mauri; & quòd habuerit manus mundas apparet ex eiusdē Annoni attestatione, qui contra se confessus est & Maurum exculpauit, exculpatio cum habeat adminicula attenditur. His non obstat quòd Maurus oc- 10
casionem pręstiterit quòd emunxerit dictas pecunias è manibus agentium pro hospite; vnde succedit regula qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur l. qui occidit §. in hoc ff. ad l. Aquil. cap. fin. de iure iuran. Quia respondetur quòd regula intelligitur quando occasio erat ordinata ad illud damnum Dec. cons. 234. in 2. dub. Socin. cons. 156. col. fin. lib. 2. Alex. cons. 140. col. 3. vers. per hæc lib. 2. at occasio delinquendi non erat ordinata ad intercipiendum pecunias mediāte opera dicti Annoni ergò nō tenetur; secundo quia etiam est admixta partis corrumpentis notarium vnde cessat reg. ex Socino cons. 156. col. fin. apparet igitur citra consensum, & voluntatem Mauri Annonum extorsisse duodecim scuta.

Concludo sententiam latam contra Maurum rescindendam & saltem per viam recursus ad Senatum, cum illa fuerit lata à duobus particularibus Senatoribus, & Capitaneo Iustitiæ ac Fiscali Carpano, in facto & in iure errantibus,

&

& re benè intellecta & relata in Senatu existente Præside Illustrissimo Præside Iacobo Maynoldo viro Religiosissimo fuit dictus Maurus restitutus ad pristinum gradum in quo etiam de præsenti reperitur cum l. & honore.

Laus Deo.

Summarium præcedentis responsi.

1 *Probationes luce meridiana clariores requiruntur in crimine concussionis.*
2 *Mediator non recipitur in testem in eo delicto concussionis.*
3 *Accusator, vel qui indicat in dicto crimine nō est idoneus testis.*
4 *Repetundarum qui teneantur.*
5 *Notarius pecunias sollicitatus qua pœna teneatur.*
6 *Concussio quomodo consideretur.*
7 *Corrumpentes actuarios qua pœna teneantur.*
8 *Concussionis crimen dicitur priuatum.*
9 *Conatus in concussione non punitur, non sequuto effectu.*
10 *Pœnitentia in delicto concussionis an locum habeat.*
11 *Occasionem præstans delicto quando teneatur.*

Pro Fratribus Crippis Villicis contra Vicarium Marthesanæ. Claudium Reghinum I. C.

NEgare non potest dictus Vicarius quin ipse deputauerit Vicesgerentem, qui accessit ad locum conficti, & compositi delicti in quo à Francisco Bachieco insimulata fuit explosio tormenti aerea, & ventosa, & sine sanguine, qui tribus diebus continuis ibi moratus est, & inde abduci fecit quatuor bestias patris dictorum Cripparum contra communes regulas de quibus in l. sancimus. C. pœnis non egrediantur suos authores quare eius excusatio non est admittenda, dum contendit tantùm actionem ciuilem cōpetere pro consequutione damnorum, & interesse, & tamquàm indebitè solutum conditione indebiti, & personalem ex l. His solis. ff. condit. indeb. cum alijs ad id cumulatis, nā respondetur, quod Vicarius loquitur contra omnes iuris terminos, & contra l. 1. C. ad l. Iuliam repetund. Delictum est enim ratione officij, & pro delicto suo teneri Iudicem dicebat Bart. in l. 1. §. familiæ. ff. public. dec. l. a. ff. quod quisque

que iuris, Alciat. reg. 3. præs. 40. Ratio est, quia quod facit locumtenens dicitur fieri de voluntate Prætoris, cum enim dicti Crippæ apud dictum Vicarium sint conquesti de iniusta sui locumtenentis exactione, & ipse non occurrerit videtur ferrendo assensisse Farin. de delict. q. 24. nu. 53. cum seqq. Et vbi dicatur non teneri dictum Vicarium criminaliter, sed ciuiliter iux. Farin. dicto loco num. 89. Respondeo quod petitio Cripparum tendit, vt resarciantur damna, & expensæ, cum eiusmodi accusatorum causæ sint celeriter expediendæ.

Quòd verò dicti fratres non sint audiendi sine mandato patris cessat obiectio, quia pater comparuit, & acta per filios ratificauit, quo casu ratihabitio mandato comparatur cap. Ratihabitio de reg. Iur. in sexto. Condemnauit eum Senatus ad restitutionem plenam. Laus Deo &c.

§. Furtum.

PAter quidam dedit filium suum erudiendum in arte Merzariæ cuidam artifici, & fideiussit de soluendo quidquid ille intercepisset, & quod fuisset fidelis & de stando dicto suo, cum iuramento, modò ille malè se gessit, & subtraxit diuersis temporibus diuersas merces & pecunias, & in carceres conijci curauit.

Dixi criminaliter procedi non posse, & obtinui, quia plenè per conuentionem, & fideiussionem erat Domino promissum, & ex conuentione purgatur actio criminalis, & fuit relaxatus; modò addo eis Iac. Menoch. cons. 118. nu. 82. 83. lib. 4. fol. 320. Laus Deo &c.

§. Moneta falsa.

In materia Indulti Principis excipienti crimen læsæ Maestatis.

SI in crimine læsæ Maestatis cõpræhéderetur falsi ficatio monetæ, vtiq; hæc exceptio quæ in suis proprijs terminis retinenda est nimis pateret, cum sub eo nomine veniant

innu-

innumeri casus: Quadraginta quinque enumerat Baiard. ad clar. §. Læsæ Maestatis Moscatell. in pract. crimin. tit. de crim. in. læsæ Maestatis Humanæ nu. 2. Decian. Tit. Quib. mod. committ. crimen læsæ Maestatis quod non est dicendum cum hæc falsificatio Monetæ veniat impropriè sub nomine læsæ Maesta tis Burs. cons. 27. nu. 17. vbi quod hoc crimen in primo capite dicitur quando fit conspiratio seu contra Principis personam, seu collateralium qui sunt pars corporis eius, vel contra statum, vel Regnum machinando, & tentando illud. vel partem transferre in alium Principem; In alijs casibus qui prope sunt innumeri dicitur Impropriè, at nos accipere debemus in casu proprio nam alioquia multa absurda sequerentur si extenderentur ad omnia crimina sub hoc crimine latè comprahensa, satis enim est abesse offensam à persona Principis immediatâ quæ dignior est omnibus alijs rebus quæ Principis regalijs damnum afferunt, & casus in quibus persona Principis offenditur ad vnguem refert Clar. §. læsæ Maestatis inter quos non inuenies caput hoc falsificationis, Rectè dicit Cyn. & Salic. in l. quis quis C. ad l. Iul. Maestatis, & Ang. in l. p. ff. eodem quod hoc crimen propriè & impropriè sumitur atque hinc est quod nisi in primo capite locus est pænæ omnium bonorum & puniuntur filij hæreditatis priuatione, at in 2. capite tantum puniuntur pæna capitis naturalis Glos. l. fin. ff. eodem Baiard. supra citat. nu. 2. & 5. Fab. de monte leone super quatuor litteris Arbitralibus par. 4. 315. cũ seq. fol. 169. & licet procedatur in hac monetarum falsificatione instar criminis læsæ Maestatis non tamen est propriè tale consuluit Farin. cons. 45. Astrictio nu. 13. & ad id plures authoritates cumulat, & si hoc delictum veniret sub primo eadem pæna imponeretur seu de iure communi seu ex Constitutionibus huius status tit. de Monetis Farin. cons. 55. nu. 96. cum seqq. vbi loquitur in causa cuiusdam Bullæ Papalis, Ideo ex diuersitate pænæ arguitur delicti qualitas, Missa facio quæ ab altero consultore ex Iac. Menoch. cons. 670. lib. 7. scripta sunt, ne alienos partus mihi ascribam, ex quibus defenditur opinio de qua supra, Addo Fab. Annam. cons. 67. qui consuluit pro Illustrissimo Cardinali Sfrondrato & in specie sub n. 18. Vers. & statutum declarat,

declarat, statutum proditum contra turbantes statum ciuitatis, vt non pertineat ad eos qui secundario non autem immediatè, & principaliter faciunt. Suadetur hoc ex diuersitate titulorum & nominum, quæ rerũ arguit nam titulus Cod. de falsa moneta separatus est à tit. de læsa Maestate & separatim fit mẽtio in Principum Indultu, seu Abolitione criminum generali anni 1600. in hunc modum, Declaramus in super in hoc edicto non cõprehendi crimen læsæ Maestatis Diuinæ, & Humanæ, niox sequitur fabricationis Monetæ, Tonsionis, seu diminutionis ipsius. Si enim cõprehenderet hoc caput non fuisset opus specificatione tamquã superflua; cæterum hanc interprætationem accepit diuturna obseruantia ergo nihil immutandum est argumento l. si de interpætatione ff. ll. Laus Deo.

§. De Pœnis.

Fol. 15. à tergo. De membri amputatione, oculi auulsione, & sgaretatis.

Vide Constitutionem Mediolani tit. de Pœnis §. Eruens oculum vide statutum crimin. cap. 76. Menoch. casu 263. circa finem. Caball. resol. crimin. cas. 236. centuria 3. Alba cons. 722. lib. 2.

Et tenetur reus sistere Plot. in repet. l. si quando nu. 540. C. vndeui & in repertorio suo solemni.

§. Peculatus.

Fol. 16. Ibi Peculatus fol. 40. de quo etiam supra.

Vide Farin. de furtis q. 171. vbi innumera pertinentia ad hanc materiam habes, & apud Caball. cas. crimin. 99. Var. crimin. Decian. lib. 8. cap. 28. tit. Peculatus quid & quomodo committatur.

Fol. 40. Ibi in crimen l. Iuliæ de residuis vers. in crimen autem.

Vide Farin. in tract. de furtis q. 171. nu. 59. cum seqq. numeris vbi totam ferè materiam complectitur.

Huic inseruit Const. sub tit. De Iure, & priuil. Fisci §. Nemini

mini, liceat capere ad cuius interpraetationem, vide Alex. de Rhaudę amicissimum meum in Apendice Annalogorũ 6. par. nu. 41 50.

Constitutio sub tit. de offic. Quaestorum ordin. §. Inquirere inconcussè seruatur quia dum de re Fisci tutanda agitur hi Quaestores, & cum eis Fiscales laborare solent.

§. Ambitus.

Ibi de ambitus crimine fol. 41.

Extant noua decreta prohibentia; vtrum autem seruentur aliorum sit iuditium; Nil tacuisse nocet.. Reor quod aetas parentum sit peior auis mox datura sit progeniem vitiosiorem.

De ambitu plura apud Iodoc. rerum crimin. cap. 131. tit. De emptione officiorum.

Plenus tractatus Petr. Gregor. in Syntagm. iur. vniuersi lib. 36. cap. 29. per totum tit. de ambitu.

§. Repetendarum.

Ibi Crimen Repetundarum fol. 41, linea vltima.

Plura apud Mascard. de probat. conclus. In littera Barataria in primo vol. Plura apud Farin. q. 99. per totum.

Ad Constitutionem tit. De sportulis vide insignem Costam de rata quaest. 86.

Constitutio. De Penis. §. si quis in tantum.

Plura ad hanc Constitutionem pertinentia habes apud Boss. tit. De official. pecun. corruptis Farin. d. q. 91. num. 98. cum pluribus seqq.

Vide Tiber. Dec. lib. 8. cap. 21. tit. De ambitu, & cap. seq. usque ad capitulum 27.

Fol. 45. Tit. De Poena Daciarij.

Mediolani cum locantur Dacia adijcitur certa poena, & fit eccessus à praesenti statuto.

Horum Publicanorum materia perstringitur à Iulio Ferret. in suo insigni tractatu de Gabell. & Vectig. ad eum recurre.

Ibi

Ibi crimen Annonæ fol. 45.

VIde Petr. Gregor. in syntagm. iuris vniuersi lib. 36 cap. 30. Menoch. cas. 382. lib. 2. De Arbitr. Iudic. vbi contra corrumpentes Annonos quos appellari dicit Dardanarios de his Menoch. cons. 1042. & 1061. Idem in nouissimis addit. ad dictum casum 382. vbi alia ad rem adducit.

§. Falsum.

Ibi falsitas fol. 45. in versic. falsitas.

CVm Farinac ediderit luculentum tractatum de falsitate aliqua addere superfluum arbitror, non inutile tamẽ mihi videtur subijcere Responsum pro Ioanne furcato Hispano qui falsificauerat manum Principis, & ex Aerario publico exceperat non mediocrem pecuniarum quantitatem, quem Curia ad mortem damnauerat; dicta in Senatu Mediolani per me causa fuit ad remum perpetuum damnatus, & adhuc in eo degit.

§. Moneta falsa.

Ibi & sub Rubr. De Moneta falsa.

HOc anno 1616. die 16. Septembris fuere flammis combusti quidam eques de Morosinis filius I. C. celeberrimi Hieronymi Morosini, & cum eo Io. Paulus Binagus aurifex ob monetarum falsificationem, & dicti Binaghi vxor tempore supplicij praeuntem virum insequi coacta, tanquam & ipsa marito parens cum eo cooperata sit, & per tres dies fustigata non sine multorum lachrimis, qui hunc casum miserati sunt. Ad illius excusationem, & ad temperandam pœnam addixi Plazam, & Gomez allegatos à Farin. q. 97. num. 151. in fine.

Parum hæc profluere dictæ mulieri honestæ cui additũ est in pœna ut perpetuò sit bannita à Dominio Mediolani, cum comminatione vitæ si pedem inferret.

Post terga quoque dictorum damnatorum conductus fuit puer annorum octo, qui in dicto scelere eis famulaba-

tur ad omnium horrorem.

Contigit autem eo tempore casus miserabilis, nam adducta fuit vxor nudata pectus loris publicè cedenda coniugis conspectui oblata, nunciatumque fuit ei pęnæ ignominiosæ genus luendæ, qui subito dolore correptus signa dedit furoris, cœpitque diuinam iustitiam detestari, & in manus, & fauces Sathanæ se dedit, qui prius se Christianæ, & piæ morti parauerat, vixque per Sacerdotes factum est, vt Deo reconciliaretur; Præuideri hæc debuerant, nec hæc futuræ salutis æternæ desperationis materia præbenda, in morte humanarum rerum oblitus, solius coniugis fixam retinuit memoriam.

Fol. 47. Quicumque.

Statuta varia contra falsificantes monetam hic collocantur.

§. Falsum.

Fol. 48. Ibi si quis falsificaverit.

Vide Constitutionem de Pęnis. §. primo.

Vide Plot. in Repet. l. si quando C. vnde vi.

Sigilli materiam probatoriam complectitur Menoch. casu 113. lib. 2. De Arbitr. Iudic. Mascard. lib. 3. Probat. conclus. 1303. lib. 3. Gregor. Tholos. lib. 48. c. 14. nu. 5.

Circa materiam huius falsificationis de qua in hoc statuto vide Plot. in Repet. l. si quando in Indice locupletissimo. C. vnde ui.

Plura ad materiam præsentem, vide apud Farin. de falsis q. 150. nu. 65. & 66. vers. Amplia sexto, & nu. 70. & plura ad hæc in q. 151.

Fol. 48. Tit. De Pœna facientis, vel fieri facientis cartham, vel scripturam falsam.

Vidè Plot. d. l. si quando in Indice.

Vide Menoch. De Arbitr. Iud. in Addit. nouissimis casu 80. num. 50.

Vide Constitutionem sub titu. De Pœnis. §. Quicumque fuerit.

Quæsitum est Senatui an liber priuatus rationum com-

pre-

prehendatur in dispositione dictæ Constitutionis, qui in anno 1544 die 10. Decembris declarauit comprehendi contra Annibalem Angiuissolam Cremonensem. Secretarius Petranigra.

Fol. 49. Ibi de pœna scienter producentis.

VIde Cõstitutionem tit. De Pœnis. §. si quis falsum Plot. in Indice. Costani cons. 42. nu. 6. Ondedeuni cons. 104. vol. primo. Morot. cons. 84. num. 9. & 10.

Et in materia interrogationum, quæ fiunt iuxtà praxim dictæ Constitutionis an quis velit vti Testibus vide Scacc. in secundo tract. lib. 2. n. 11. fol. 535. & 536. Viuius. decis. 71.

Fol. 50. tit. De falsitate prædicta.

Statutum hoc non amplius seruatur, sed similes puniuntur per Abbates Notariorum habentes magnam potestatem circa has imposturas, & falsitates, quæ fiunt in actis publicis.

Fol. Eodem tit. De pœna facientis officium seruitoris.

Plura his affinia post Bart. vide in l. eos. ff. falsi. pœnes Farin. in tract. De fals. q. 150. nu. 82. & seqq.

Fol. 50. Ibi si quis seruitor.

Puniuntur hi arbitrio Senatus iux. qualitatem facti, & personarum, & persepe ponuntur ad Cathenam, & an necesse sit, quòd sit pecunia corruptus, vel sufficiat eius negligentia, & malitia sine corruptione vide Farin. q. 150. num. 93. 94.

Fol. 50. *Ad Capitulum si quis falsum, & Capitulum eadem pœna, & Capitulum quicumque* cum adsit Constituto Mediolani nouam formam datis illa seruanda est, scilicet in tit. de Pœnis. §. si quis falsum, & vers. eisdem pœnis.

Fol. 52. Atergo. De Imbreuiaturis Notarij infamati gubernandis; Abbates Notariorum solent procedere ex arbitrio eis per statuta, & ordines attributo.

Plura in materia Notarij infamis, & quo casu sua instrumenta valeant. Vide apud Farin. in suo tract. De fals. q. 158. nu. 28. cum seqq. numeris, & nu. 33. Regula cum seqq.

Fol. 54. Ibi causidici.

Est hec caput positum in Constitutione de pœnis, & loquitur in Notario committente, ergo si suspectus sit quia commiserit aliqua in Instrumentis, non punietur hac Consti-

stitutione. Nam loquitur in committente falsum, quia delictum omissionis est leuius.

Fol. 51. Ibi falsum scienter.

Ad vnguem recensetur Constitutio de iure, & priuilegio Fisci hoc eodem. §. falsum.

Hanc pœnam seueram periurij ob falsum periurium in contractionibus, quæ fiunt, de bonis debitorum Fisci nunquam vidi precisè exigi nisi contra quendam nob. Io. Stephanum de Corbetis, tunc existente Præside Magistratus affine meo Camillo Porro alterius Senatoris Ludouici filio.

Et per aliam Constitutionem tit. De offic. Quæst. extraordin. §. Quicumque in termino, & §. Hoc amplius, & §. falsum autem iurans, vbi plenè de hoc periurio, quod committitur in fraudem Fisci, Magistratus tamen in quo enititur summa pietas in his pœnis imponendis solet circumspectus esse, & excusare quantum potest si è latere contradicẽtis adsit aliqua verisimilis causa ob quam crediderit cõtradicens se verè iurare iux. authoritatem per Constitutiones attributam in §. Prædicta tamen; & si uis excusare clientẽ suum à periurio recurre ad Tiber. Decian. in tract. 2. crimin. lib. 6. De excusat. periurij. ca. 4. tit. De excusat. periurij.

§. Falsa moneta.

Fol. 54. Tit. De Monetis scripsi aliqua supra.

Constitutio Mediolani tit. De Monetis refertur.

An comprahendat fabricantem Monetam in loco nõ expendibili iem, vel ex bannitam vide Caroc. decis. 116. n. 13.

Quid si forma adhuc non sit impressa ibidem Caroc.

Depositum Monetæ adulterinæ non releuat ibidem Caroc. nu. 14. Plura apud Iac. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 316. Eundem in cons. 1208. lib. 13. vbi consuluit in casu in quo quis monetam auro contaminatam vidit ad Turcas defferendam, quæ in itinere fuit deprehensa, & intercepta.

Et quæ requisita debeat habere moneta bona ibi nu. 8.

Moneta quot modis falsificari dicatur, & quæ sit pęna falsificantis monetam, & quando habeat locum, & de pluribus

ribus specialibus in hoc crimine falsæ monetæ Farinac. q. 115.tit.de crimin.læsæ Maestatis fol.97.nu. 1. cum seqq.

Tondens seu diminuens Monetam quando,& qua pœna puniatur ibidem nu. 99 & seqq.

Expendens seu retinẽs falsam monetam quando, & qua pęna puniatur ibi dem nu.114.

De atrocitate, & singularibus specialibus dicti criminis Vid.apud Tiber.Decian.in 2.tract.ca.24.lib.7.f.149.

De falsæ Monetæ crimine plura apud Decian. dicto lib. 7.tit.eodem fol.144.in secundo tract.

De præstantibus opẽ cõscijs, & expendẽtibus c.25.f.150.

De Iudicibus falsæ Monetæ processu,& probationibus c. 26.fol.151.

De pœnis falsæ Monetæ Decian.c.28.fol.153.

Monetæ quæstus non dicitur illicitus, quando conuentũ est vt Restitutio fiat eo modo quo solutio facta fuit & in ijsdem monetis licèt ex euentu ipsarum valor, creuerit Caball.lib 2.resol.crimin.cas.285.num.8.

De pœna eius qui monetam falsam alterius, quàm sui Principis, & superioris fabricare cœpit, sed non perfecit quia non potuit eo,quòd antequàm eam reduceret ad perfectionem crimine patefacto fuit captus à familia Curiæ Caball.lib.primo resol.crimin.cas.27. Dubitatum.

De pœna Tondentis,radentis, vel alter minuentis monetas,vel eas tingentis,& colorantis vid.Caball. cas.191.Monetam lib.1.Resol.crimin.

De pœna iure communi impo sita expendentibus monetam falsam,& quod non comprehendat falsitatis ignarum & qualiter hæc ignoranti a ostendatur,& de alijs pertinentibus ad excusationem delati de hoc crimine Caball. resol. crimin.cons.199.

Moneta dicitur falsa in materia quando habet plus æris & minus argenti admixtum, quàm lege vel consuetudine cautum est,in forma quando quis sine authoritate illam cudit sub nomine alicuius Principis,eti am quod aliàs fit iusti ponderis,& bonæ ligæ Farin.cons.48.

De materia falsæ monetæ, & de Iudice competente in hoc crimine,& præsertim in subditis Imperatoris, qui in feudo Imperij Papales monetas falsas cudi iubebat, illasque

Quae in statu Ecclesiastico expendendas procurabiat, possit à Delegato Papæ extra statum Ecclesiasticum citari, processari, & puniri Farin.consf.48.per totum, & ibi multa ad materiam conferentia cumulat.

Plura scitu iocunda circa hanc materiam vide apud Camill.Borell.in suo insigni tract.de Regul.cap. 12.

Arifnar. Zepa. lib. primo cent.315. De falsa moneta, & delicto circa illam commisso.

Moscatell.in sua pract.crimin. tit. De fals. moneta Onded.consf.92.lib.2.

§. Vis priuata.

Fol.58. Ibi quicumque spoliatus.

IDem de iure communi Ant.Gabr.lib.3.com.opin.tit.De restit.spoliat.In hanc rem sunt integri tractatus.

Facit adhoc quod spoliator violentus iure suo priuatur Menoch.consf.2.nu. 247.

An autem restituatur possessio etiam quòd neglexerit per aliquod tempus eam recuperare idem cons. 725. nu.23. lib.8.Vide in materia eundem in suo tractatu recuperanda & in famoso cons. 1002.lib.2.& cons.847.lib.9.821.lib. 9. & 758.lib.8.& 928.lib. 10. Materia est ampla, nec in angulo restringenda.

§. Raptus.

Fol.58. Ibi si quis per vim iuncta Constit.sub tit. De Raptu mulieris.

VIde Decian.in tit. De Rapt. mul.Per varia capita lib.8. ca.11.tit.De Raptu Virgin. Viduarum, & Sanctimon. & primo de legibus de Raptu loquentibus.

Secundò Raptus quid cap.7.

Tertiò.De attrocitate, & specialibus Raptus cap.8.

Quartò.De processu in crimine Raptus formando ca.11.

Quintò.De præstantibus opem, & auxilium cap. 10.

Sextò. Quibus ex causis augeatur crimen Raptus cap. 11.

Septimò.De pœnis Raptus cap. 12.

Octauò.De exequutionibus Raptus cap.13.

Nonò. De varijs quæstionibus circa Raptum mulierum cap. 14.

Decimò.

Decimò. De stupro, vel coitu violento cap. 15.

In causa Raptus Comitis Landriani cōsuluit Port. Imol. conf. Hier. Gabr. conf. 172. vol. primo. Ciof. caf. 102. lib. 2. Franc. Burf. conf. 1545. lib. 4. Ludoui. Peguer c. 92.

An credatur mulieri asserenti se volentem fuisse abductam Mar. Anguif. conf. 33. Gabr. dicto conf. 173. n. 3.

An Rapta faciat indicium contra Raptorem Farin. de indic. q. 43. num. 34. Vid. Vrsill. De Affiic. decis. 270. Plot. in suo Indice ad l. si quando C. vnde vi Onded. conf. 98. lib. 1. Moscatell. in sua pract. crimin. sub Rubr. de Adulter. Rapt. & circa fol. 215.

Hoc anno 1615. ob Raptum cuiusdam puellæ vilis, & infimæ conditionis fuit caput amputatum filio Io. Iacobi Sansoni super platea Sancti Stephani in Brolio huius Ciuitatis, licet copulam cum ea non expleuisset impeditus, pro quo aliqui I. C. lucri auidi Responsa dare infructuosa non dubitarunt; Auri Sacra fames. Superioribus quoque annis fuit quidam Nobilis de Mediabarba, qui conatus fuerat quandam puellam stuprare, vt eam in vxorem haberet, tulit pretium mortis supplicium licet non perduxisset ad effectum libidinem suam.

Laderch. conf. 183. consuluit in terminis Statuti Ferrariæ de Raptu & concludit Fiscum habere intentionem fundatam super honestate mulieris, & reo incumbit onus probandi in honestatem.

An raptor contrahens matrimonium cum rapta euitet pœnas à lege ciuili impositas propter raptum Ludou. Peguer. decis. crimin. 42. frustra.

Raptores mulierum honestarum an, & quando puniantur pœna mortis naturalis Ludou. Peguerra decis. 43. vers. late.

Si raptor velit probare matrimonium cum Rapta contractum & ipsa neget, an super matrimonio sit cognoscendum per Iudicem laicum, an verò per Ecclesiasticum Decian. in 2. tract. crimin. lib. 8. cap. 9. nu. 9. concludit laicum esse Iudicem competentem vide addit. ad Ludou. Peguer. decis. 43. circa finem.

Raptores ex subsequente coniugio pœnas non euitant Papirius lib. 22. tit. de rapt. art. 8, & art. 5, & 7.

Raptus quo fœmina rapit virum, vel fœminam an subdatur pœnis raptus Sanchez de matrimonio lib. 7. disput. 12. à nu. 24. vsque ad num. 26.

Et vbi subdatur pœnis iuris ciuilis quæ desiderentur ibidem à nu. 2. vsque ad nume. 23.

Quid in rapiente monialem Farin. d.q. 145. nu. 215.

De Raptu tractatum edidit Farin. q. 145. tit. de delicto carnis.

Et an committatur sine vi ibi nu. 105.

Quid in rapiente meretricem ibidem num. 153.

Et an puniatur Raptus sine copula ex solo conatu ibi nu. 196.

Fol. 58. Ibi Iudæus linea vltima.

Vide Alciat. cons. 11. lib. 7. tom. 2. ad constitutionem tit. de Pœnis §. indeus. Menoch. de arbitr. iud. cas. 295. Caball. resol. crimin. cas. 4. Statuto Vid. Prosp. Farin. q. 139. de iudeo carnaliter cognoscente mulierem Christianam quando, & qua pena puniatur per totam quæstionem vbi attingit plures quæstiones.

Imputatus de raptu, aut vi illata mulieri secundum dictas Constitutiones nõ admittitur ad probandum eã fuisse in honestæ vitæ, modò rapta habitaret cum patre, aut matre & cum his quæ sequuntur.

Sed nuper in causa abductionis filiæ Marci Antoni Fossati Derthonensis per Angelum Montemerulum, censuit admittendas esse probationes in honestatis puellæ, in hunc modum videlicet.

Dilecte noster, in causa Angeli Montemeruli querelati à Marco Antonio Fossato de stupro Ioanninæ eius filiæ, & Raptu eiusdem è domo paterna, vidimus rationes, tam per ipsum Fossatum, quàm per vos adductas ex quibus existimastis non esse admittenda capitula quæ ad sui defensionem Montemerulus exhibuit, sed cum eiusmodi visæ nobis non fuerint vt illis acquiesceremus, ita sanè vt in ipsorum capitulorum reiectione m iuxtà vestrum decretum persisteretur, videri voluimus processum quem iam publicatum fuisse sciebamus per vnum ex Egr. aduocatis nostris Fiscalibus, cuius etiam sententiam exquisiuimus; omnibus denique per nos visis, & maturè consideratis; cum neque in

primo

primo reatu expresè fuerit reus constitutus de Raptu ipse Mortemerulus, imò vero titul' Raptus exclusus videatur, se cundus autem Reatus aut Raptum nullum supponat, au saltem improprium; mandamus vobis vt ipsa capitula admittatis, quatenus respiciant personam dictæ Ioanninæ, & eius qualitatem vilem, & parum honestam, quatenus autem tangant qualitatem eius parentum illa moderemini Mediolani die 10. Maij 1614. Bessutius Secretarius A tergo Egr. I. C. Prætori Derthonæ.

Ego verò semper opinatus sum Cōstitutionem quæ tendit ad remouendum temerarias exceptationes Raptorum, quòd Rapta sit in honestæ vitæ habere quoque locum in abductione è domo parentum honestorum, cum semper filiæ præsumantur captatæ malis artibus & machinationibus, & subest non solùm fauor puellæ, sed & parentum, ne videatur tollerare inhonestos mores filiarum suarum quibus duplex additur dolor, iniuriosa abductio, mox etiam exprobratio inhonestatis quæ ad eorum quoque contumeliam redundat, cum enim Constitutio loquatur de Raptu, etiam extenditur ad abductionem, cum in hoc versetur fauor publicus ne quis insidietur honori familiarum alienarum, & super varijs comentis ad excusationem afferat puellam esse inhonestæ vitæ dispositio enim pœnalis extēditur, & ampliatur ad occurrendum fraudibus. Gallin. latè de verb. signific. lib. 1. cap 17. similiter per totum, & in cap. 13. Hanc communem ostendit decis. Pedem. 66. Decreto num. 8.

In materia Raptus extat celebre consilium Farin. cons. 33. & in eodem Thematæ ad excusationem consuluit Burs. cons. 44. lib. 4. Et ibi multa ad interpretationem nostræ Constitutionis tit. de Raptu.

§. Lenocinium.

Fol. 50. Ibi Parentes linea quarta.

Constitutio tit. de Pœnis §. Parentes declaratur à Ploto in suo indice Farin. q. 41. plures cumulat quæstiones tit. de lenocinio parentum in filias.

§. For-

§. Fornicatio, & Stuprum.

Fol. 59. Ibi carnali Linea sexta.

CONstitutio de pœnis §. Carnali prodita contra cognoscentem carnaliter monialem habet locum etiam de iure communi decis. Triuis. 59. num. 1. lib. 2. caus. crimin. Quid cum moniali conuersa ibi decis. 57. Farin. q. 145.

Primo attingit qua pœna puniatur rapiens monialem & quando nu. 215. cum seqq. numeris.

Secundo de sacrilegio commisso cum moniali per carnalem cognitionem q. 146. num. 1. & seqq.

Accedit autem in proposita materia quòd quædam nobili stirpe oriũda monialis cognita fuit à quodam Modoetiense, cuius domus fuit solo equata, ipse capitaliter damnatus qui tandem super statu Mediolani fuit interemptus, & eius caput abscisum & positum pro Rostris; illa verò ad aliud monasterium translata, vt ibi ieiunijs, & orationibus vitam finiat, iux: Farin. d. q. 146. nu. 12. 13.

Plura ad rem vide per Aloys. Catell. cap. 34. limit. 7. in verbo vsum venereum cũ sanctimoniali in habitu, & aliàs intra Monasterium degente per totum.

Iuris Responsum.

Contendit Stuprator Virginis se dimittendum è carcere cum sit inops, & impossibilium nulla sit obligatio: quæritur nunquid debeat luere in aliqua pœna corporali Conrad. de Præt. in crimin. tit. de stupratoribus nume. 10. vbi quòd fustigandus est, & relegandus, cum hic sit deploratæ fortunæ Petr. Gregor. in Syntagm. iuris vniuersi lib. 36. cap. 9. tit. de Stupro Virginis, & viduæ num. 5. vbi dicit locum esse coerctioni corporali, & relegationi Baiard. ad Clar. §. Stuprum nu. 10. post Grillum dicit pœnam extraordinariã imponendam arbitrio Iudicis, cum hac opinione fustigationis, & exilij concord Iac. Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 188. nu 8. Farin. in tract. de delict. carnis q. 147. num. 109. vers. amplia quarto.

Petit admitti ad bonorum cessionem attenta paupertate sed negatur eum esse admittendum, attento quòd debitum descendit ex delicto, seu maleficio, Socin. Reg. 46. Cedens,

dens. latè Carpan. ad Statutum Mediolani cap. 408. in 1. vol. Magalot. de saluo cond. par. 1. nume. 56. cum simil. infinit. & ita fuit decisum.

§. Sodomia, & §. Vis publica.

Fol. 59. ibi si quis inciderit in crimen Sodomiæ lin. 24.

Vide constitutionem de pœnis. §. Sodomitæ.

Clericus Sodomita an tradatur Curiæ sæculari Rimin. Iun. cons. 685. nu. 37. lib. 6.

De hoc detestando crimine vide Farin. q. 148. vbi plures quæstiones.

De modo probandi Sodomiam habes apud Mascard. de Probat. lib 3. in littera Sodomia.

Author hic dicit quòd dictum Sodomitæ facit inditiũ ad torturam contra sodomitantem. In hoc non benè loquitur, sed requiritur adminiculum Farin. de Indic. & tortura q. 43. num. 80. 81. 99. vers. quid dicemus. Ludou. Peguerr. decis. crimin. 76. Caball. resol. crimin. cas. 209. nu. 113, & seqq. Onded. cons. 98, & 100 nu. 14.

Subijcio responsum redditum pro Petro Martyre Luato ad officium Auditoris Cæsarei exercitus imputato quòd plures pueros scabiosos sollicitauerit ad masculinam libidinem, quem ego & in voce, & in scriptis tutatus sum; tandem fuit absolutus post longam carcerationem quam passus est vide infra fol.

Sodomitæ bona non confiscantur per ordines Senatus editos in anno 1563. die 14. Iulij. Motus Senatus quia nec per Statutum nec per Cæsareas constitutiones aliquid expressè cautum, & obseruantia erat quòd nulla fieret publicatio bonorum quid nam sit de iure communi, & de iure Canonico disputat Farin. q. 148. nu. 14, & 25. fol. 203.

§. Vis publica.

Fol. 60. Ibi si qua persona ad titulum de vi publica.

Statuta hæc in materia spolij, & turbationis recesserunt ab vsu, & proceditur Mediolani via Cridarum Princi-

pis

pis imponentium pœnam vitæ, & contra spoliatores procedítur criminaliter vti Inuasores, nisi doceatur res habere originem à contractu, & proceditur summariè.

Fol. 65. tit. De vi publica.

Vide quæ scripsi supra ad titulum de vi priuata & apud Decian. in tit. de vi publica inuenies omnes hos casus expressos.

Constitutio tit. de pœnis §. non fiant ligæ hic refertur cum Statuto sequenti fol. 66. lin. 6. de his agit Becius cons. 71. n. 4. Natta cons. 665. nu. 4, Baiard ad Clar. q. 32. num. 14. Boss. de crimin. læsæ Maiestatis nu. 13, & Mediolani vigent cridæ contra facientes quadrilias quæ seuerè puniuntur, & præciditur numerus quinque personarum armatarum si simul conueniant, & omnis præsumptio degenerat contra has vniones.

§. De vi bonorum raptorum.

Pro nobili Theodoro Vicecomite, & uxore.

Negari non potest quin in hoc iuditio criminali probata sint extrema necessaria videlicet. Possessio accusatoris, & turbationis species in succedendo arborem quercum ideò in hoc obtinere debent dicti iugales iux. pract. Pap. in foro libelli turbatæ possessionis in princ. de quo apud Mascard. conclus. 1391. lib 3. nec exceptio Dominij opponi poterat petitorium respiciens iux not. in l. naturaliter §. nihil commune ff. acquir. possess. nam hic turbatus, & spoliatus erat in primis restituendus, antequam cognoscentur de Dominio resultante ex Instrumento diuisionum à quibus fieri potest quod fit recessum neque enim accusator consentit de eo in præsenti iudicio cognosci, sed se opposuit iux. cons. Dec. 84. col. pen. vers. 3, & vltimo Alex. cons. 6. col. pen. num. 17. vol. 3. & cons. 200. viso col. pen. sub num 9. vol. 2. Imo ex parte dicti accusatoris fuit à sententia dicti Salieni Prætoris appellatum, quæ appellatio extinguit effectus iuris quos produxit sententia iux. Castr. in l. 1. §. in fine C. ad Turpill. Socin. cons. 91. lib. 4. Afflict. decis. 296. quidam debitor circa finem Capyc. decis.

28. nu.

28. num. 6. cum simil. quare cum plurima versentur in cognitione coram iudice appellationis excellente I. C. Io. Ambrosio Porro affine meo, & expectetur sententia reuocatoria ordinationis Salieni ad vlteriora interim in causa accusationis qui fixas habet radices procedendum est, cum præsens status inspiciatur ex quo apparet de delicto turbationis vel cum præiudicialis sit cognitio appellationis ad totam causam quod deferatur iudicium criminale in tempus vsque confirmatoriæ, vel infirmatoriæ sententiæ in dicta causa appellationis iux. capitulum. Tuam de ordin. cognit. Laus Deo.

Pro Fratribus Cararijs carceratis.

FVit contra hos, & alios concarceratos porrectum memoriale Prouicario Iustitiæ quòd ab his committebantur multæ insolentiæ, & licèt ex Constitutionibus huius status eiusmodi accusationes non essent recipiendæ tit. de accusat. §. omnibus quod prudenter fecit Illustris Capitaneus Io. Thomas Gallaratus nunc Senatorio ordini ascriptus, attamen missus fuit ad carceres Notarius Bilta qui Informationes assumeret, prout assumpsit.

Defendo ego apertam fuisse conspirationem vnius cameratæ contra aliam, inter eos enim adsunt factiones, & partialitates, & multa obstare ad impediendum hunc processum, & inter cętera quòd inter tempus delicti, & accusationis intercesserant menses quinque quod sapit calumniam arg. tex. in l. si quis fortè vers. quis enim dubitet ff. pœn. falsitatem enim & calumniam in accusando deducit Cin. in l. 1, C. vt quæ desunt aduoc. Bald. cons. 37. quidam tabellio in fine lib. 1. at in dolo dicitur esse accusatorem à quo id actum est vt in id temporis iudicium accusatorium differrat, & ducat quò erepta probandi facultas aduersario foret, & de liga inter has duas partes apparet, quas illi cameratas appellant, & per coniecturas mutuò inter eos apparet collusio Abb. in rubr. de collus. deteg. Mascard. conclus. 1387. nu. 3. lib. 3.

Rursus carcerati non sunt integri Testes quando sunt in vinculis ob delicta, quæ infamiam irrogant Glos. c. 51. Te-

stes.

stes.§.l.Iulia.4 q.2.Farin.q.56.nu.181. & licèt quando sunt plures faciant indicium ad torturam per eundem nu. 182. Attamen vel debeant esse plures numerò, quàm duos, vel alios defectus pati non debent, vel non aliunde suspecti, at ex his duobus testibus Pallauicino, & Maldonato, hic accusat eum de criminibus promissis contra formam cridarum, & de alijs sic se facit inimicum, cui in aliquo non creditur Clar.q.21.vers.Inimicus latè Farin.q.49 Imò alter in alterum delictum confingit, tum alter eorum scilicet Pallauicinus est decoctus contra quem vti infamem stat Const. De offic. Abb.§. Quicumque vbi imponitur pœna furcarum; Maldonatus de crimine peculatus, quod est grauius furtò ex Caball.resol.crim cas.99.

Non etiam deposuerunt certum mēsem iux.libell. ff accusat. Clar.q.12.vers Dixi, & in q.51.vers. Quod de anno præsenti Farin.q prima nu.42.vers. amplia primo Decian. cons.18 nu.71.vol.primo Capyc.decis.50. Non enim debet uagari uita hominis in incerto discrimine. l. Prætor edixit. ff. iniur.& regulare est, quod cum agatur de certo tempore probando illud precisè probandum est l.eum actum, C. negot.gest. Mascard.conclus.1352.lib.3.

Nec obstat dum dicitur eos deponere primò de certo mense, quia primus dicit, *che fù il mese di Ottobre ò di Nouembre salvo il vero*. Secundus Maldonatus credit fuisse de mense Nouembris tertius nihil. Nam, respondetur, quòd primus testis loquitur alternatiuè, scilicet cum dictione seu, quæ incertitudinem parit, at dictum testis dubium nō probat capitulo in præsentia de probat. & quòd obscuritatē pariat notatur in cap. ex parte de præscript. Ibi dolo, vel negligentia Curt. De posit. nu.22. vers. octauum.

Ommittuntur contrarietates, quæ inter dictos testes sunt, ad tex. in l. Qui Varia ff. test. Boss. De opposit. contra testes num. 10. 12.

Ommittuntur etiam defensiones præsertim super negatiua coarctata ad formam Doctr. Bart in l. in illa. ff. verb. oblig. & de qua per Mascar. De probat, in littera negatiua.

Fuerunt omnes torti, & cum nihil ex tortura emerserit fuerunt absoluti. Laus Deo.

Fol.

Fol.66. Ibi rursus Constitutio tit. De Pœna facientis societatem.

§. *Duellum*.

Constitutio de pœnis. §. In hoc Mediolanensi Dominio Vide Alb.consl.617.in fine lib.3.Plot.in Indice ad l. si quando C.Vndeui.Farin.q.119.num.23.24.De Homicidio vbi recenset Bullas Pontificias prohibentes,& dicit in Duel lo requiri quòd præcedat tractatus; & deliberatio nam si incontinenti orta rixa vnus alterum calore iracundiæ inuitat tunc cessat pœna duelli.

Fol.66. Ibi si de cætero tit.de eodem.

Non est vsu receptum.

Fol.69. Ibi nullus Stipendiarius.

Statutum hoc non seruatur.

Fol. 20. §. *Iniuria*.

Si quis ausus fuerit Doctori.

Constitutio Mediolani sub tit. De pœnis hoc eodem. §. si quis non prouocatus iniuria enim facta Doctori grauis est,& superioribus annis pro iniuria verbali facta Ioanni Taberna I.C.per quosdam satellites fuerunt ad remum damnati vt patet ex ordinatione Senatus, quæ exhibetur. Fuit etiam seuerè punitus à Senatu Mediolani. Io. Baptista Tessera Causidicus,qui iniuriã intulerat Io.Antonio Aplano I.C.de Collegio ob sententiam contra eum latam. Et de iniuriæ prolatæ cõtra Doctorem atrocitate plura apud Menoch.de Arbitr.q.263.nu.17.vbi declar. dictam Constitutionem. Verum illa non explicat quid censendum sit de Doctore non Collegiato cui honor habendus est, cum Doctoratus sit dignitas,& ille debetur virtuti, non loco Collegij; quare ego sentio iniuriam quoque censeri, sed grauiorem si proueniat ab exercitio, ideò acriter quoque punienda est,cum sit comprehensa sub tit.l. Iul.de vi publica, vt per Farin.q.105.nu.203.vers.12. & seqq.

§. Arma.

Fol. 70. Ibi si quis arma prohibita.

Constitutio de pœnis §. si quis arma iusta cum ratione edita est ob timorem qui solet incuti Iudicis, ex quo impeditur libertas iudiciorum quæ debent esse vacua ab omni metu. Concordat hoc cum iure communi, nam in iudicio arma deferri l. Iulia vetuit l. qui dolo §. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub. Et plura ad rem, & ad interpretationem Constitutionis trad. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 394. num. 43. lib. 2.

§. Iniuria.

Fol. 70. Ibi de Pœna Iniuriantis D. Potestatem.

Huius Statuti meminit Boss. in tit. de iniur. nu. 351. Hoc Statutũ vsu non recipitur, sed pro qualitate iniuriæ animaduerti solet in hos qui iniuriosè se gerunt cum Prætoribus; & memini quòd cum dominus Chrystophorus Magnus esset Prætor Mediolani quidam Federicus de Mirabilijs qui causas agebat coram eo præsente, de eo obloquutus fuerat, & cum hoc retulisset Senatui fuit sine vlteriore processu tribus ictibus funis publicè affectus vestibus sericeis indutus; ommisso enim iudiciario ordine tãquam in notorio crimine fuit punitus, cum in his exequutioni prius esse debeat locus, mox cognitioni, idem vidi factum, & benè, sub Præside Arrigono dum enim quidam eques Melitensis ad publicas Scholas Palatinas accessisset, & palam lasciuos actus cum scholari gerere eum non puduisset; re intellecta Præses iussit eum carcerati, mox in publica platea tortus, opponentibus autem se equitibus, & conquerentibus de violatione Priuilegiorum suorum, respondit se eorum habituram esse rationem modo ipsi priuilegijs in iurisdictione Regis sibi credita non abuterentur.

§. *Arma.*

Fol. 70. Ibi de Pœna portantis arma vetita per Ciuitatem.

CIrca hoc adsunt cridæ Principum prouidentes, & pœnas imponentes ad eas recurrendum est.

Idem quoque dicendum est respectu sequentis statuti incipientis aliquis Ciuitatis.

Fol. 71. Ibi Nullus vadat.

Statutum hoc non seruatur, & in nocte pulsantur cytharæ ad fores Amasiæ, quæ cantu excitata dispumat in libidinem, & mollescit ad sonitum.

Fol. eodem tit. de Pœna euntis de nocte sine lumine & cum armis.

Recessit hoc Statutum ab Aula, & seruantur Principum edicta.

§. *Ludus.*

Fol. eodem tit. de Pœna tenentis ludum bisclatici.

HAec ludorũ nomina Sathanica excederũt, & noua his similia, vel deteriora successere, scilicet ludus appellatus Cricha, trenta quarãta, lanrinech. & similia lusoribus cupidis cognosci, & de materia vide Actium de ludo Farin. in q. 109. de var. ac diuers. crimin. tit. de ludo, & pœnis eius nu. 2. cum seqq. & dicta q. nu. 32. tit. de clericis lusoribus, & eorum pœnis, & tit. de ludo licito, & permisso nu. 106. cum seqq. & nu. 137. Vbi de retinente ludum domi quas pœnas incurrat & tit. de Repet. pecuniæ in ludo amissæ nu. 175, & de validitate, seu nullitate contractus, & mutui inter collusores, seu aliàs occasione ludi celebrati, nu. 203. cum seqq. & hæc res tractatum desiderat.

§. *Impostor.*

Fol. 76. Ibi qui fallacibus.

COnstitutio de Pœnis §. qui fallacibus refertur à. Sunt hi nequiores furibus, & de his Caball. resol. criminn. cas. 177.

Ad hanc constitutionem vide Iac. Menoch. de Arb. Iudic. cas. 383. in addit. Nouissimis.

Vide quoque Clar. q. 83. vers. si quis Imposturam dicentem quod hoc crimē est sub capite stelionatus an autem tollatur remissione Senatus cū casus euenisset in personā cuiusdam Stellæ qui pannes argēteos adulterinos pro bonis supponebat censuit eam nō tollere, cum habeat mixturam falsitatis, mitius tamen puniuit referēte domino Archinto Pro iudice signi equi & punitus fuit tribus ictibus funis publicè & eiectus à dominio sub pęna remi triennalis id habui ex scriptis Præsidis Senatus Bartholomei Brugnolij.

Fol. 26. tit. De furtis. Vide supra in materia furti.

Ferè omnia hæc statuta de furtis desueuerant esse in vsu, vt cumque sit materia ipsa plenè tractatur à Farin. in tract. de furtis post Bonifac. Clar. §. Furtum ideò circà hæc statuta non est elaborandum.

§. Robaria.

Fol. 28. Ibi Constitutionibus.

Constitutio tit. de Pęnis §. si quis fecerit Robariam. Vide Plot. in indice ad l. si quando C. Vnde ui. Menoch. De Arbitr. Iud. cas. 303. nu. 94. & cas. 329. nu. 12.

Quid sit Robaria, & plura ad rem pertinentia vide apud Farin. De Furtis q. 157. nu. 27. fol. 7. vers. Robaria, & hæc Synonima est cum verbo rapina vocabulum sane incognitum apud cultores humaniorum litterarum.

§. Plagiarius.

Fol. 79. tit. De Pæna Plagiarij.

De Plagiarijs multa apud Farin. de Furtis q. 157. n. 35. vers. Plagiarij Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 536 lib. 2.

Hoc delictum est publicum, & eius accusatio competit cuilibet de Populo.

Hoc Plagiū nuper cōmisit in hac Vrbe quidā Christophorus Vicecomes qui cū esset creditor cuiusdā Io. Bapti

stæ

stæ de Daverijs & ille lateret in Ecclesia Sancti Maurilij, Portæ Ticenensis ad eum accessit cum turba Asseclarum, & per vim inclusit in vehiculo quod secum adduxerat, & abduxit ad partes ignotas, qui postea fuit de Plagio condẽnatus D. pęna Plagiarij vide Farin. d.q. 167. tit. de Pœna Plagiarij.

§. *Abigeus*.

Fol. 80. vers. Abigeus.

QVis sit Abigeus hic declaratur Farin. d.q.157. nu. 39. fol. 8. Caball. Resol. crimin. cas. 160, & de eius pęna q. 167. tit. de Pęna Abigei.

Qua pęna teneantur idem Farin. q. 168. nu. 58. in tract. de furtis, & 167. num. 114.

§. *Furtum*.

Fol. 80. Quod fures.

HOc statutum est in viridi obseruantia, & nota illud tu qui capis furem, ne vltra tempus hic carceratus retineas victum, ne incidas in pęnam priuati carceris.

De his multa supra in tract. de furtis.

Fol. 82. De Receptatoribus furtorum, Robariarum.

De his latè agit Farin. q. 129. tit. de consultoribus num. 60, & seq. idem in tract. de furtis q. 168. par. 2. nu. 32. cum seq. cui est tit. de Præstantibus auxilium, & consilium in crimine furti, de mandante illud fieri, & de receptante furem, aut res furatas & an quis furem indicare teneatur, nec plura desideres.

§. *Bannitus*.

Fol. eodem ibi Receptator scienter banniti de Rebellione.

DE his latè agit Farin. q. 133. per totum Caball. resolut. crimin. cas. 287. cautum omitto hoc statuto recurre ad Constitutionem sub tit. de recept. bann.

Quis sit receptator vide Rimin. Iunior. cõs. 310. n. 30. 31.

Receptatio, & conuersatio cum bannitis quæ non potuit euitari non imputatur ad delictum Sim. de Præt. conf. 50. Vid. plura de his Farin. conf. 37.

Bannitus ab aliquo loco, & per quindecim milliaria vltra, non potest tutò habitare in loco qui per rectitudinem sit intra quindecim milliaria, quamuis eundo per vias publicas, & militares lungè vltra distet, & de mensura quomodo fieri debeat ex causa delicti de loco ad locum vt cognoscatur an bannitus fuerit depræhensus, vel occisus intra confines à loco à quo exulabat, & diuersæ sint mensuræ, attenditur mensura loci delicti commissi, & sic perticatio fieri debet. Peregr. conf. vlt. lib. 1.

Adest ordo Senatus anni 1565. quòd dominus domus nō possit molestari in qua ipso insciò bāniti receptati fuerint, ideò probanda est scientia è latere Fisci sic excusari receptatores bannitorum trad. latè Menoch. caf. 148. vbi loquitur etiam secundum Constitutiones huius status sic occidēs non bannitum ignoranter, credens iusta credulitate illum esse bannitum ab omni pęna excusatur idem Menoch. in nouissima cent. caf. 573. num. 1.

Vide de conuersatione cum bannito Cauat. Bonon. in elucubrationibus positis post Carpan. ad Constitutionem, & Statutum Mediolani.

Plura supra in §. Homicidium.

Fol. 81. Ibi si quis Receptauerit.

Cridæ Ptincipum quæ in dies fiunt, vetant etiam patrem hospitari filium bannitum; verùm sicut illæ sunt omni seueritate plenæ, ita in contingentia facti Senatus non est passus patrem mulctari, imò teneo has esse peccati nutritiuas, quæ pietatem Christianam excludunt verum est quòd si pater filios bannitos foueret ad malum, seu aliorum terrorem inspecta qualitate personarum Iudex consulere posset per viam præceptorum pęnalium; nam & ille persepe obligat patrem ad fideiubendum pro filio perdito, contra communes regulas C. ne vnus pro alio.

Fol. 81. Capitulo omne damnum.

Continet hoc capitulum nonnulla signanda in odium, & detestationem bannitorum.

Primò. Quòd impunitum sit omne damnum, & iniuria, & ma-

& maleficium in persona, vel rebus banniti, modò tamen ingo natur Pœna mortis naturalis.

Secundò. Quòd omnis processus contra eos factus, sit ipso iure nullus.

Tertiò. Ponitur limitatio ad primam conclusionem videlicet quòd si fieret offensio bannito per illum qui cum eo in pace, & tregua fuerit, punitur non secus ac si in banno maleficij offensus non esset.

Quartò. Quòd bannitus citra mortem, modò tamen ingeratur pęna sanguinis, possit in rebus, & in persona citra mortem offendi.

Quintò. Quòd si quis fuerit bannitus de maleficio ex quo pœna sanguinis non ingeratur, possit in rebus, sed non in persona offendi.

Postremo quod prædicta locum non habeant in bannito de maleficio, & fideiussorio.

Bannitus de iure qui potest impunè offendi, potest etiam priuari bonis suis acquisitis, non tantùm per Fiscum, sed & per quemcumque Prætorem occupatorem Alba cōs. 17. nu. 19. Alciat. cons. 6. num. 14. lib. 2. Vid. latè apud Farin. q. 103. num. 20. 21. 22. & an possit spoliari Boss. Bann. quid amitt. num. 9.

An possit impunè suspendi Farin. d. q. 103. nu. 23. & nunc habeo in facto in causa Theodori Vngareti Cremonensis imputati de abscisione manus cuiusdam Sauorgnini trucidati in loco Cremæ.

Occidens bannitum animo eum spoliandi, & derobandi immunis est ab omni pęna Farin. cons. 101. nu. 24.

§. Damnum.

DAmnum, & interesse filiorum, damnum passi, quando debeatur ab occisore, & qualiter æstimentur Vid. Caball. Resol. crimin. cap. 248. nu. 25. 29.

Damnum quod casualiter contingit non attēditur quādo quis ex actu quem gerit non potest consequi lucrum, Caball. cas. 285. num. 7.

Et de damno dato in aliqua Villa idem cas. 287. nu. 54.

Damnum quando datum est adeò palam quòd maior

pars vniuersitatis sciret, tunc vniuersitas tota scientiam de tali dãno habuisse dicitur idẽ Caball. dicto cons. 287. n. 56.

Damnum dedisse videtur qui causam dat proximam non autem remotã Caball. in tract. Homicid. vers. 365. cũ seqq.

Damni infecti materiam pro tempore vt apud Steph. Davz. in indice iuris ciuil. in littera Damnum & multis aliis in locis ab eo designatis.

§. *Bannitus*.

Circa occisionem bannitorum plura habentur supra in tit. de Homicid.

Bannitum receptans ignorans illum esse bannitum sed tantùm suspicans non est puniendus nisi bannitus esset in albo descriptus vel esset notorium, & fama publica quòd erat bannitus Farin. cons. 37. nu. 7, & 18, & quòd habet locum etiam si quis esset bannitus pro crimine læsæ Maestatis, & in dubio præsumitur ignorantia ibi num. 145, & seq. & hæc scientia ad pœnam ordinariam non debet esse præsumpta sed certa, & plena, idem cons. 100. nu. 36. vers. adhuc.

De receptatione bannitorum plura apud Caball Resolut. crimin. cas. 287, & pro muliere imputata de receptatione banniti Vid. Farin. cons. 29, & cons. 37. Nizol. in allegatione 43.

Associatio banniti ad effectum capiendi alium bannitum non est punibilis, etiam quòd sit iuncta cum delatione tormenti rotati, extat enim senatus consultum in causa Bobiensi anni 1595, diei 9. Ianuarij Farin. cons. 101. nu. 26.

Mulieres ministrantes bannito receptato per dominum domus non debent molestari, & Senatus iussit dimitti absque impensa Senatus consultum anni 1590. die 23. Iunij fol. 17. inter postremos ordines Senatus.

§. *Furtum*.

Nobilis ob furtum amittit nobilitatem Couar. lib. 2. Var. Resol. cap. 17. n. 4. quia facit actum contrarium suæ nobilitati, hinc infertur quod nobilis occultans bona ne soluatur creditoribus committit furtum, cum in iure

bona

bona illa dicantur æs alienum Vid. Syo. lib. pract. qq. forensium q. 16. num. 24. 26.

Pœna furti quæ fuerit antiquitus, & quæ hodie ad explicationem auth. sed nouo iure C. ser. fugit.

De varijs furti speciebus Vid. Gaspar. Ant. Thesaur. q. 80. lib. 1. & ibi confutatur opinio eorum, qui tenuerunt pro furto multiplici quem esse morte puniendum.

Nuncio falso pignus remittens an dicatur in culpa, vt dicatur teneri de furto per nuncium facto & quid in famulo cui per alterum soluta fuit de mandato sui domini, an dominus pro eo teneatur Gaspar. Thesaur. q. 62. nuncio.

Auxiliator ad furtum an teneatur si principalis impunè poterat furari Farin. q. 131. tit. de consult. num. 26. vers. Amplia. decimo.

Fama mala sola, sufficit ad torquendos famosos latrones l. de minore §. fin. ff. qq. Bald. c. 1. §. iniuria vers. sed nunquid ex tali confessione de pace iuram. firm. Andr. cap. 1. §. publici latrones vbi Afflict. nu. 11. de pace ten. & contra hos admittuntur testes viles, Innoc. cap 3, & ff. de sent. & re iudic. Afflict. dicto §. Publici latrones nu. 12.

Et possunt extrahi ab Ecclesia Alex. cons. 145. Viso Themate per totum lib. 7.

Pro his non est admittendus Aduocatus l. per omnes C. defen. Ciuit. Bald. Auth. sed nouo iure col. 2, & 3. num. 11. C. ser. fugit. & in Auth. habita cap. 25. C. ne fil. pro patre Ias. §. ex maleficijs nu. 8. Instit. de action.

Non audiuntur appellando Glos. l. edicto §. fin autem vers. missus est C. Edict. diui Adria. toll. l. obserua ff. offic. Præsid. And. in dicto §. publici latrones, & afflic. num. 16. Mediolani prohibita est omni in casu appellatio à sententijs Senatus.

Non allegant declinatoriam fori quia dicuntur Vagabundi, sicuti possunt à quocumque impunè occidi Capyc. decis. 19. Gram. decis. 26. Decian. lib. 4. tit. quomodo iu pract. iurisdictiones se ad inuicem habeant, & in eodem lib. 4. tit. Priuatiuè, cumulatiuè iurisdictio, & in tit. de remiss. reorum ad suos Iudices cap. 19. lib. 4. And. cap. 1. § fin autem omnibus de pace ten. Farin. de Inquis. q. 7. num. 10. 11. fol. 42. & hæc modo constet de qualitate assassinij Alex.

conf. 166. Vol. 7. Parif. conf. 166. num. 4. vol. primo.

§. Falsitas.

FAlsitas valet præsumptio ex diuersitate manus, & atramenti decis. Farin. 128. num. 3. & in cons. 12. num. 4. & ibi in additionibus.

Secundò. Ex non seruato ordine scripturæ ibi num. 3, & in Addit. littera A.

Tertiò. Ex eo quod reperitur scriptum in calce folij albi in libro relicti, & quomodo lib. 3. & 4.

Quartò. Si antequam Instrumentum nouiter protocollatum reperiatur ibidem in Addit. littera A.

Quintò. Ex præposteratione scripturæ ibi decis. 1.

Sextò. Ex foliorum incisione oritur falsitatis præsumptio Menoch. de Arbitr. cas. 187. nu. 46.

Septimò. Quòd si reperiantur aliqua folia addita, & de nouo consuta decis. Ioseph. Ludou. 13. n. 22. Farin. cons. 18. num. 14. vbi loquitur in apostilla facta per mercatorem infra duas lineas.

Octauò. Ex diuersione chartarum, & foliorum vt puta cum impræssione diuersi signi Tiber. Decian. cõs. 100. n. 17. 18. lib. 2. Monticell. Reg. crimin. 15. nu. 117.

Nonò: Quia si in folijs albis alicuius processus reperiātur aliquæ notæ marginales quæ fieri potuerint à procuratoribus, & aduocato Farin. decis. 65. nu. 6. prout idem dicit de charactheribus, & notis numeralibus in instrumento, & filcia notarij reperto extra propositum adiectis, concludit pro negatiua quod non vacillat fides instrumenti sicut nec etiam si legantur aliqua puerilia.

Decimò. Nec oritur suspicio falsitatis ex additionibus, & apostillis approbatis per subscriptionem notarij Deciā. dicto cons. 100. nu. 10. lib. 2.

Vndecimò. Falsitas scripturæ præsumptio ex tarditate productionis Farin. cons. 11. num. 12. 16. Surd. cons. 475. num. 28. lib. 4.

Duodecimò. Ex inuersimilitudine ibidem num. 9. Surd. cons. 473. nu. 10. lib. 4. 489. nu. 19.

Decimotertiò. Si fuerit rogatum Instrumentum in loco insolito ibidem nu. 10. & 26.

Deci-

Decimoquartò. Ex Insolita, & abundanti cautela ibi num. 8, & 24.

Decimoquintò. Si illud non reperiatur inter Protocollum idem conf. 11. num. 10.

Decimosextò. Ex diuersitate styli notarij de instrumento rogati ibi num. 6. & 21.

Decimoseptimò. Ex falsa constructione, & latinitate ibi num. 7, & 22.

Decimooctauò. Si testes in Instrumento descripsi sunt mortui ibi num. 4, & 19.

Decimononò. Si non probetur, & verificetur partita enunciata in ipso Instrumento ibi nu. 12, & 28.

Vigesimò. Ex qualitate personæ suspectæ producentis ibi num. 15.

Vigesimoprimò. Si chartæ, & litteræ sint recētes ibi n. 5.

Vigesimosecundò. Præsumitur falsificata scriptura ab eo penes quem reperitur nisi doceat authorem; & quid si nominet ignotum authorem idem conf. 11. nu. 14, & 30.

Vigesimotertiò. Ex receptione pecuniæ videndus Portius conf. 94. nu. 6. vers. addo quòd vterque.

Vigesimoquartò. Ex insolita donatione Surd. conf. 473. lib. 4.

Vigesimoquintò. Præsumitur ab eo falsitas commissa cui prodest Surd. conf. 512. nu. 6. lib. 4.

Vigesimosextò. Si quis fit solitus falsificare Surd. conf. 530. nu. 17. lib. 4.

Falsitas contra notarium an probetur si alter ex testibus Instrumentarijs, & necessarijs contradicat Instrumento; articulus hic est abundè enucleatus à Farin. ad fauorem notarij conf. 88. de hoc cautum.

Pena cap. ad falsariorum de crimine falsi quādo habeat locum Farin. conf. 60, & Additio ad eum littera C. & D.

Pena falsi non est capitalis, sed extraordinaria Farin. conf. 11. in littera A. an tamen possit extendi vsque ad mortem quando est multiplicata, & iterata, ibi si verò falsitates sunt plures, & vers. seq.

Occultans Instrumentum punitur pena falsi Farin. conf. 50. num. 9.

Contra notarium negantem mendaciter se fuisse rogatum

§. Arma.

Fol. 70. Ibi si quis arma prohibita.

CONstitutio de pœnis §. si quis arma iusta cum ratione edita est ob timorem qui solet incuti Iudicis, ex quo impeditur libertas iudiciorum quæ debent esse vacua ab omni metu. Concordat hoc cum iure communi, nam in iudicio arma deferri l. Iulia vetuit l. qui dolo §. 1. ff. ad l. Iul. de vi pub. Et plura ad rem, & ad interpretationem Constitutionis trad. Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 394. num. 43. lib. 2.

§. Iniuria.

Fol. 70. Ibi de Pœna Iniuriantis D. Potestatem.

HVius Statuti meminit Boss. in tit. de iniur. nu. 351. Hoc Statutũ vsu non recipitur, sed pro qualitate iniuriæ animaduerti solet in hos qui iniuriosè se gerunt cum Prætoribus; & memini quòd cum dominus Christophorus Magnus esset Prætor Mediolani quidam Federicus de Mirabilijs qui causas agebat coram eo præsente, de eo obloquutus fuerat, & cum hoc retulisset Senatui fuit sine vlteriore processu tribus ictibus funis publicè affectus vestibus sericeis indutus; ommisso enim iudiciario ordine tãquam in notorio crimine fuit punitus, cum in his exequutioni prius esse debeat locus, mox cognitioni, idem vidi factum, & benè, sub Præside Arrigono dum enim quidam eques Melitensis ad publicas Scholas Palatinas accessisset, & palam lasciuos actus cum scholari gerere eum non puduisset; re intellecta Præses iussit eum carcerati, mox in publica platea tortus, opponentibus autem se equitibus, & conquerentibus de violatione Priuilegiorum suorum, respondit se eorum habituram esse rationem modo ipsi priuilegijs in iurisdictione Regis sibi credita non abuterentur.

§. *Arma.*

Fol. 70. Ibi de Pœna portantis arma vetita per Ciuitatem.

CIrca hoc adsunt cridæ Principum prouidentes, & pœnas imponentes ad eas recurrendum est.

Idem quoque dicendum est respectu sequentis statuti incipientis aliquis Ciuitatis.

Fol. 71. Ibi Nullus vadat.

Statutum hoc non seruatur, & in nocte pulsantur cytharæ ad fores Amasiæ, quæ cantu excitata dispumat in libidinem, & mollescit ad sonitum.

Fol. eodem tit. de Pœna euntis de nocte sine lumine & cum armis.

Recessit hoc Statutum ab Aula, & seruantur Principum edicta.

§. *Ludus.*

Fol. eodem tit. de Pœna tenentis ludum bisclatici.

HAec ludorũ nomina Sathanica excederũt, & noua his similia, vel deteriora successere, scilicet ludus appellatus Cricha, trenta quaranta, lanrinech. & similia lusoribus cupidis cognosci, & de materia vide Actium de ludo Farin. in q. 109. de var. ac diuers. crimin. tit. de ludo, & pœnæ eius nu. 2. cum seqq. & dicta q. nu. 32. tit. de clericis lusoribus, & eorum pœnis, & tit. de ludo licito, & permisso nu. 106. cum seqq. & nu. 137. Vbi de retinente ludum domi quas pœnas incurrat & tit. de Repet. pecuniæ in ludo amissæ nu. 175, & de validitate, seu nullitate contractus, & mutui inter collusores, seu aliàs occasione ludi celebrati, nu. 203. cum seqq. & hæc res tractatum desiderat.

§. *Impostor.*

Fol. 76. Ibi qui fallacibus.

COnstitutio de Pœnis §. qui fallacibus refertur à. Sunt hi nequiores furibus, & de his Caball. resol. criminal. cas. 177.

Ad hanc constitutionem vide Iac. Menoch. de Arb. Iudic. caſ. 383. in addit. Nouiſſimis.

Vide quoque Clar. q. 83. verſ. ſi quis Imposturam dicentem quod hoc crimẽ eſt ſub capite ſtellionatus an autem tollatur remiſſione Senatus cũ caſus eueniſſet in perſonã cu iuſdam Stellæ qui pannes argẽteos adulterinos pro bonis ſupponebat cenſuit eam nõ tollere, cum habeat mixturam falſitatis, mitius tamen puniuit referẽte domino Archinto Pro iudice ſigni equi & punitus fuit tribus ictibus funis publicè & eiectus à dominio ſub pęna remi triennalis id habui ex ſcriptis Præſidis Senatus Bartholomei Brugnolij.

Fol. 26. tit. De furtis. Vide ſupra in materia furti.

Ferè omnia hæc ſtatuta de furtis deſueuerant eſſe in vſu, vt cumque ſit materia ipſa plenè tractatur à Farin. in tract. de furtis poſt Bonifac. Clar. §. Furtum ideò circa hæc ſtatuta non eſt elabo randum.

§. Robaria.

Fol. 28. Ibi Constitutionibus.

Constitutio tit. de Pęnis §. ſi quis fecerit Robariam. Vide Plot. in indice ad l. ſi quando C. Vnde ui. Menoch. De Arbitr. Iud. caſ. 363. nu. 94. & caſ. 329. nu. 12.

Quid ſit Robaria, & plura ad rem pertinentia vide apud Farin. De Furtis q. 157. nu. 27. fol. 7. verſ. Robaria, & hæc Synonima eſt cum verbo rapina vocabulum ſane incognitum apud cultores humaniorum litterarum.

§. Plagiarius,

Fol. 79. tit. De Pœna Plagiarij.

De Plagiarijs multa apud Farin. de Furtis q. 157. n. 35. verſ. Plagiarij Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 536 lib. 2.

Hoc delictum eſt publicum, & eius accuſatio competit cuilibet de Populo.

Hoc Plagiũ nuper cõmiſſit in hac Vrbe quidã Chriſtophorus Vicecomes qui cũ eſſet creditor cuiuſdã Io. Bapti

stæ de Dauerijs & ille lateret in Ecclesia Sacti Maurilij, Por tæ Ticenēsis ad eum accessit cum turba Assecłarum, & per vim inclusit in vehiculo quod secum adduxerat, & abduxit ad partes ignotas, qui postea fuit de Plagio cōdēnatus D. pęna Plagiarij vide Farin. d.q. 167, tit. de Pœna Plagiarij.

§. *Abigeus.*

Fol. 80. vers. Abigeus.

QVis sit Abigeus hic declaratur Farin. d.q. 157. nu. 39. fol. 8. Caball. Resol. crimin. cas. 160, & de eius pęna q. 167. tit. de Pęna Abigei.

Qua pęna teneantur idem Farin. q. 168. nu. 58. in tract. de furtis, & 167. num. 114.

§. *Furtum.*

Fol. 80. Quod fures.

HOc statutum est in viridi obseruantia, & nota illud tu qui capis furem, ne vltra tempus hic carceratus retineas victum, ne incidas in pęnam priuati carceris.

De his multa supra in tract. de furtis.

Fol. 82. De Receptatoribus furtorum, Robariarum.

De his latè agit Farin. q. 129. tit. de consultoribus num. 60, & seq. idem in tract. de furtis q. 168. par. 2. nu. 32. cum seq. cui est tit. de Præstantibus auxilium, & consilium in crimine furti, de mandante illud fieri, & de receptante furem, aut res furatas & an quis furem indicare teneatur, nec plura desideres.

§. *Bannitus.*

Fol. eodem ibi Receptator scienter banniti de Rebellione.

DE his latè agit Farin. q. 133. per totum Caball. resolut. crimin. cas. 287. cautum omitto hoc statuto recurre ad Constitutionem sub tit. de recept. bann.

Quis sit receptator vide Rimin. Iunior. cōs. 310. n. 30. 31.

Receptatio, & conuersatio cum bannitis quæ non potuit euitari non imputatur ad delictum Sim. de Præt. conf. 50. Vid. plura de his Farin. conf. 37.

Bannitus ab aliquo loco, & per quindecim milliaria vltra, non potest tutò habitare in loco qui per rectitudinem sit intra quindecim milliaria, quamuis eundo per vias publicas, & militares lungè vltra distet, & de mensura quomodo fieri debeat ex causa delicti de loco ad locum vt cognoscatur an bannitus fuerit deprahensus, vel occisus intra confines à loco à quo exulabat, & diuersæ sint mensuræ, attenditur mensura loci delicti commissi, & sic perticatio fieri debet. Peregr. conf. vlt. lib. 1.

Adest ordo Senatus anni 1565. quòd dominus domus nõ possit molestari in qua ipso inscio bāniti receptati fuerint, ideò probanda est scientia è latere Fisci sic excusari receptatores bannitorum trad. latè Menoch. cas. 148. vbi loquitur etiam secundum Constitutiones huius status sic occidẽs non bannitum ignoranter, credens iusta credulitate illum esse bannitum ab omni pęna excusatur idem Menoch. in nouissima cent. cas. 573. num. 1.

Vide de conuersatione cum bannito Cauat. Bonon. in elucubrationibus positis post Carpan. ad Constitutionem, & Statutum Mediolani.

Plura supra in §. Homicidium.

Fol. 81. Ibi si quis Receptauerit.

Cridæ Principum quæ in dies fiunt, vetant etiam patrem hospitari filium bannitum; verùm sicut illæ sunt omni seueritate plenæ, ita in contingentia facti Senatus non est passus patrem mulctari, imò teneo has esse peccati nutritiuas, quæ pietatem Christianam excludunt verum est quòd si pater filios banitos foueret ad malum, seu aliorum terrorem inspecta qualitate personarum Iudex consulere posset per viam præceptorum pęnalium; nam & ille persępe obligat patrem ad fideiubendum pro filio perdito, contra communes regulas C. ne vnus pro alio.

Fol. 81. Capitulo omne damnum.

Continet hoc capitulum nonnulla signanda in odium, & detestationem bannitorum.

Primò. Quòd impunitum sit omne damnum, & iniuria, & ma-

& maleficium in persona, vel rebus banniti, modò tamen ingo natur Pœna mortis naturalis.

Secundò. Quòd omnis processus contra eos factus, sit ipso iure nullus.

Tertiò. Ponitur limitatio ad primam conclusionem videlicet quòd si fieret offensio bannito per illum qui cum eo in pace, & tregua fuerit, punitur non secus ac si in banno maleficij offensus non esset.

Quartò. Quòd bannitus citra mortem, modò tamen ingeratur pena sanguinis, possit in rebus, & in persona citra mortem offendi.

Quintò. Quòd si quis fuerit bannitus de maleficio ex quo pœna sanguinis non ingeratur, possit in rebus, sed non in persona offendi.

Postremo quod prædicta locum non habeant in bannito de maleficio, & fideiussorio.

Bannitus de iure qui potest impunè offendi, potest etiam priuari bonis suis acquisitis, non tantùm per Fiscum, sed & per quemcumque Prætorem occupatorem Alba cõs. 17. nu. 19. Alciat. cons. 6. num. 14. lib. 2. Vid. latè apud Farin. q. 103. num. 20. 21. 22. & an possit spoliari Boss. Bann. quid amitt. num. 9.

An possit impunè suspendi Farin. d. q. 103. nu. 23. & nunc habeo in facto in causa Theodori Vngareti Cremonensis imputati de abscisione manus cuiusdam Sauorgnini trucidati in loco Cremæ.

Occidens bannitum animo eum spoliandi, & derobandi immunis est ab omni pęna Farin. cons. 101. nu. 24.

§. Damnum.

DAmnum, & interesse filiorum, damnum passi, quando debeatur ab occisore, & qualiter æstimentur Vid. Caball. Resol. crimin. cap. 248. nu. 25. 29.

Damnum quod casualiter contingit non attęditur quãdo quis ex actu quem gerit non potest consequi lucrum, Caball. cas. 285. num. 7.

Et de damno dato in aliqua Villa idem cas. 287. nu. 54.

Damnum quando datum est adeò palam quod maior

pars vniuersitatis sciret, tunc vniuersitas tota scientiam de tali dãno habuisse dicitur idē Caball. dicto cons. 287. n. 56.

Damnum dedisse videtur qui causam dat proximam non autem remotā Caball. in tract. Homicid. vers. 365. cũ seqq.

Damni infecti materiam pro tempore vt apud Steph. Dayz. in indice iuris ciuil. in littera Damnum & multis aliis in locis ab eo designatis.

§. *Bannitus*.

CIrca occisionem bannitorum plura habentur supra in tit. de Homicid.

Bannitum receptans ignorans illum esse bannitum sed tantùm suspicans non est puniendus nisi bannitus esset in albo descriptus vel esset notorium, & fama publica quòd erat bannitus Farin. cons. 37. nu. 7, & 18, & quòd habet locum etiam si quis esset bannitus pro crimine læsæ Maestatis, & in dubio præsumitur ignorantia ibi num. 145, & seq. & hæc scientia ad pœnam ordinariam non debet esse præsumpta sed certa, & plena, idem cons. 100. nu. 36. vers. adhuc.

De receptatione bannitorum plura apud Caball Resolut. crimin. cas. 287, & pro muliere imputata de receptatione banniti Vid. Farin. cons. 29, & cons. 37. Nizol. in allegatione 43.

Associatio banniti ad effectum capiendi alium bannitum non est punibilis, etiam quòd sit iuncta cum delatione tormenti rotati, extat enim Senatusconsultum in causa Bobiensi anni 1595, diei 9. Ianuarij Farin. cons. 101. nu. 26.

Mulieres ministrantes bannito receptato per dominum domus non debent molestari, & Senatus iussit dimitti absque impensa Senatusconsultum anni 1590. die 23. Iunij fol. 17. inter postremos ordines Senatus.

§. *Furtum*.

NObilis ob furtum amittit nobilitatem Couar. lib. 2. Var. Resol. cap. 17. n. 4. quia facit actum contrarium suæ nobilitati, hinc infertur quod nobilis occultans bona ne soluatur creditoribus committit furtum, cum in iure

bona

bona illa dicantur æs alienum Vid. Syo. lib. pract. qq. forensium q. 16. num. 24. 26.

Pœna furti quæ fuerit antiquitus, & quæ hodie ad explicationem auth. sed nouo iure C. ser. fugit.

De varijs furti speciebus Vid. Gaspar. Ant. Thesaur. q. 80. lib. 1. & ibi confutatur opinio eorum, qui tenuerunt pro furto multiplici quem esse morte puniendum.

Nuncio falso pignus remittens an dicatur in culpa, vt dicatur teneri de furto per nuncium facto & quid in famulo cui per alterum soluta fuit de mandato sui domini, an dominus pro eo teneatur Gaspar. Thesaur. q. 62. nuncio.

Auxiliator ad furtum an teneatur si principalis impunè poterat furari Farin. q. 131. tit. de consult. num. 26. vers. Amplia. decimo.

Fama mala sola, sufficit ad torquendos famosos latrones l. de minore §. fin. ff. qq. Bald. c. 1. §. iniuria vers. sed nunquid ex tali confessione de pace iuram. firm. Andr. cap. 1. §. publici latrones vbi Afflict. nu. 11. de pace ten. & contra hos admittuntur testes viles, Innoc. cap 3, & ff. de sent. & re iudic. Afflict. dicto §. Publici latrones nu. 12,

Et possunt extrahi ab Ecclesia Alex. cons. 145. Viso Themate per totum lib. 7.

Pro his non est admittendus Aduocatus l. per omnes C. defen. Ciuit. Bald. Auth. sed nouo iure col. 2, & 3. num. 11. C. ser. fugit. & in Auth. habita cap. 25. C. ne fil. pro patre. Ias. §. ex maleficijs nu. 8. Instit. de action.

Non audiuntur appellando Glos. l. edicto §. fin autem vers. missus est C. Edict. diui Adria. toll. l. obserua ff. offic. Præsid. And. in dicto §. publici latrones, & afflic. num. 16. Mediolani prohibita est omni in casu appellatio à sententijs Senatus.

Non allegant declinatoriam fori quia dicuntur Vagabundi, sicuti possunt à quocumque impunè occidi Capyc. decis. 9. Gram. decis. 26. Decian. lib. 4. tit. quomodo in pract. iurisdictiones se ad inuicem habeant, & in eodem lib. 4. tit. Priuatiuè, cumulatiuè iurisdictio, & in tit. de remiss. reorum ad suos Iudices cap. 19. lib. 4. And. cap. 1. § fin autem omnibus de pace ten. Farin. de Inquis. q. 7. num. 10. 11. fol. 42. & hæc modo constet de qualitate assassinij Alex.

Decimoquartò. Ex insolita, & abundanti cautela ibi num. 8, & 24.

Decimoquintò. Si illud non reperiatur inter Protocollum idem conf. 11. num. 10.

Decimosextò. Ex diuersitate styli notarij de instrumento rogati ibi num. 6. & 21.

Decimoseptimò. Ex falsa constructione, & latinitate ibi num. 7. & 22.

Decimooctauò. Si testes in Instrumento descripsi sunt mortui ibi num. 4, & 19.

Decimononò. Si non probetur, & verificetur partita enunciata in ipso Instrumento ibi nu. 12, & 28.

Vigesimò. Ex qualitate personæ suspectæ producentis ibi num. 15.

Vigesimoprimò. Si chartæ, & litteræ sint recẽtes ibi n. 5.

Vigesimosecundò. Præsumitur falsificata scriptura ab eo penes quem reperitur nisi doceat authorem; & quid si nominet ignotum authorem idem conf. 11. nu. 14, & 30.

Vigesimotertiò. Ex receptione pecuniæ videndus Portius conf. 94. nu. 6. vers. addo quòd vterque.

Vigesimoquartò. Ex insolita donatione surd. conf. 473. lib. 4.

Vigesimoquintò. Præsumitur ab eo falsitas commissa cui prodest Surd. conf. 512. nu. 6. lib. 4.

Vigesimosextò. Si quis fit solitus falsificare Surd. conf. 530. nu. 17. lib. 4.

Falsitas contra notarium an probetur si alter ex testibus Instrumentarijs, & necessarijs contradicat Instrumento; articulus hic est abundè enucleatus à Farin. ad fauorem notarij conf. 88. de hoc cautum.

Pęna cap. ad falsariorum de crimine falsi quãdo habeat locum Farin. conf. 60. & Additio ad eum littera C. & D.

Pęna falsi non est capitalis, sed extraordinaria Farin. conf. 11. in littera A. an tamen possit extendi vsque ad mortem quando est multiplicata, & iterata, ibi si verò falsitates sunt plures, & vers. seq.

Occultans Instrumentum punitur pęna falsi Farin. conf. 50. num. 9.

Contra notarium negantem mendaciter se fuisse rogatum

tum de aliquo Instrumento idem dicto cons. 50.

Quomodo probetur falsitas si prætẽdatur testes descriptos non fuisse præsentes illius descriptioni Farin. decis. 49.

In causa spolij falsitas debet plenè probari idẽ decis. 53.

Instrumentum quando dicatur legitimè recognitum & de nonnullis suspicionibus falsitatum aduersus Instrumentum oppositis,& quãdo duo Notarij rogati sunt de vno Instrumento an in illius subscriptione sufficiat vnius subscriptio Farin. decis. 64.

Pendente causa falsitatis an supersedendum sit in causa ciuili vide decis. Farin. 79. & 124.

De pluribus suspicionibus falsitatum resultantibus aduersus quandam filciam Instrumentorum vide Farin. decis. 76. & in decis. 92. & 95.

Liber Actorum ut fides tollatur ex præsumptionibus falsitatis illæ debent esse claræ non leues, & leuium exempla refert Farin. decis. 70.

Falsitas quando agitur ciuiliter ad tollendam fidem scripturæ quomodo probetur idem decis. 106.

Liber Mercatorum si in vna parte est falsus, an in totum falsus decis. Farin. 110.

Testium falsitas quomodo probetur idem decis. 116.

Quando ex diuersitate atramenti, diuersa manu scripti idem decis. 123.

Falsitatis suspicio in Testamento sigillato, & clauso non inducitur ex eo, quod in illo reperiatur aliquod spacium paginæ albæ, & non scriptæ seu aliquod folium separatum Farin. decis. 131. & de falsitate coniecturis probanda decis. 132.

Defenditur Notarius, qui in sua causa ciuili produxerat Instrumentum de falso redargutum Farin. cons. 11. & 14.

Comburens lacerans, seu aliter occultans alienas scripturas tenetur pęna falsi, & tenetur ad damna, & interesse iuramento partis liquidanda Farin. cons. 43 num. 20. & seqq.

De teste qui videns se falsum deposuisse spontè se ad corrigendum in iudicio, sed ex interuallo, an & quando possit torqueri vel puniri, & quid de teste qui non dolo, sed per ignorantiam, seu errorem, seu obliuionem falsum deposuit a., & quando, & qua pęna possit puniri plenum cons. Farin.

rin. 44. Contra. Impugnatur sententia Iudicis qui in fustigationis pœnam damnauit reum pro testium subornatione de qua aliter non constabat quàm ex depositionibus eorumdem testium qui se fuisse ab eo subornatos asseruerant Farin. conf. 82.

Testes dicentes se audiuisse dici ab omnibus alicuius falsitatis an sint de falso suspecti Grat. conf. 50. num. 32. lib. 2. conf. 160. nu. 25. lib. 1. diuers. crimin.

Falsa præsuponitur accusatio quæ per multos post menses & annos à die delicti data est Bald. conf. 37. quidam tabellio in fine lib. 1. Crau. conf. 75. nu. 9. Marsil. §. diligenter nu. 201. Cassan. de Indic. & tortura tract. 8. cap. 1. Rubr. de dicto offensi nu. 14. Boer. decis. 42. nu. 2. Farin. conf. 88. n. 11.

Præsumptiones duæ sufficiunt ad reddendum Instrumētum suspectum de falso Crau. conf. 134. nu. 39. Ceph. conf. 287. nu 40. decian. conf. 100. nu. 11. lib. 2. conf. 19. num. 76. lib. 2. Gabr. lib. 7. conclus. Menoch. de Præsumpt. lib. 1. q. 40. num. 11. 24.

In materia testium torquendorum tanquam suspectorū de falso, quando torturæ locus, & de qualitate torturæ inferendæ Farin. conf. 83. per totum.

Defenditur notarius inquisitus de falsitate Instrumenti contra quem vrgebat maxime depositio vnius testis Instrumentarij, & alia notarium grauantia, Farin. conf. 68.

Testamentum quando præsumatur suspectum de falso conf. Farin. 9. per totum.

Ignorantia non excusat à falsitate quando quis fabricat, & dat capitulum falsum. Surd. decis. 336. num. 19. vbi plures concordantes adducit.

Pluralitas actuum præsumitur ad euitandam falsitatem Surd. ibidem num. 23.

In notario etsi præsumatur potius error quàm falsitas, attamen id habet locum quando notarius examinatus in genere fatetur veritatem, secus quando contentiosè negat Surd. conf. 341. nu. 23. vbi citat Boss. de Fals. num. 57 64. 66, & idem Surd. conf. 549. nu. 5. vsque ad finem.

Qui vendidit vni potest sine suspicione falsi vendere alteri si primus non soluit pretium Bald. cap. 1 §. si facta, si de ludo fuerit controu. inter Dom. & agnat. nu. 2. Fab. de

Monte

Monte de empt. & vendit. q. 3. nu. 5. Plot. in l. si quando §. 4. nu. 60. C. de in lit. iur. Menoch de Arbitr. Iudic. cas. 381. n. 16. Marsil. l. qui duobus nu. 8. ff. fals. vers. quod est falsũ.

Donatio impugnatur de falso multis modis facta per suppositas personas Surd. cons. 473. lib. 4.

Falsum dicitur Instrumẽtum quod quis distulit diu producere, & scriptura quæ diu latuit dicitur suspecta Surd. ibidem num. 27. 28.

Suspectum dicitur Instrumentum donationis quando pars affectauit illud non publicari viuente donatore ibidem num. 41. circa medium.

Probationes eiusdem partis quando sunt contrariæ tunc se ad inuicem elidunt, & neutri creditur l. scripturæ vbi notatur C. fid. Instrument. Gabr. cons. 164. num. 6. in fine. lib. 2, & non fit testium concordia, quando testes contradicunt confessioni partis, & producentis Crau. cons. 171. n. 15. Ias. l. 2. §. Creditum n. 11. ff. si cert. pet. & ibi Dec. n. 18.

Etsi res non possit vendi duobus sine nota falsitatis tamẽ hoc fallit quando prima venditio esset nulla, vel non habuit effectus, vel quando primus emptor non soluit pretium Surd. cons. 496. Episcopus nume. 5. Vid. supra §. qui vendidit.

Iudex ciuilis potest criminaliter punire testem falsum coram se dicentem Surd. cons. 498. nu. 18. lib. 4.

Instrumenti veritas quandocumque suspicionibus offuscatur si tamen imponitur illi fides ex alijs, vel scripturis, vel testibus, vel probationibus plenè probabit Tex. in l. iubemus C. Probat. vbi Glos. & DD. Ideò si Instrumentum sit abrasum non destituetur fide, si ex alijs comprobetur, & si sit abolitum vel cancellatum potest ex coniecturis adiuuari & scriptura vituperata suppleri potest viua testiũ voce, & non tantum vbi agitur de euitanda pœna; sed etiã quando tractatur de adhibendo fidem instrumento, nam adhuc vt probet recipitur comprobatio declaratiua vt per Surd. cons. 533. & si lib. 4. idem cons. 173.

Quando hincinde sunt suspiciones, ac coniecturæ illæ attenduntur quæ fauent Instrumento, Surd. cons. 435. num. 7. lib. 4. idem cons. 473. Moret. cons. 17. vbi inuenies plures falsitatis coniecturas.

Con-

Contra donationem ad arguendam eam falsam Surd. cons. 535. lib. 4.

Si quis semel in iudicio produxerit Instrumentum & postea illud venerit in suspicionem actori, vel ei contra quem productum est, an possit cogi ad illud iterum exhibendum ad effectum accusandi de falso dic quod sic Syria in suo libello quæst. forens. q. 20. num. 10.

Ad Constitutionem Mediolani sub tit. de Pęnis §. si quis falsum vers. eisdem pœnis vid. Anton. Thes. q. 15. Subornans cuius est argumentum. Subornans testes an puniatur eadem pœna falsi qua puniretur falsum testificans, & quæ erit pœna delicti, & qualiter probetur subornatio & si detur pecunia testi ad perhibendum testimonium veritatis, an dicatur subornatio. Vid. Farin. cons. 31. nu. 187. 188.

Suspicio falsi in ciuilibus an habeatur pro falsitate & quã do locum habeat, & quid si post illatam torturam inquisitus fuerit absolutus Gasp. Ant. Thes. q. 47.

Tortura illata notario qui in ea sustinuit scripturam esse veram an tollat in ciuilibus suspicionem falsi disput. Anton. Thes. in q 47. num 12, & stat pro affirmatiua, verùm cum casus hic contigisset aliter fuit tentum; nam deposuerant quidam falsi testes se in nocte vidisse quandam Helisabeth de Valle amplexantem, & deosculantem quendam Iuuenem de Aliprandis, & eum habentem dissolutas caligas fuerunt torti producens (& hic erat Eques Cattaneus) dicebat ex tortura in qua testes perstiterunt purgatam omnem suspicionem, & eorum fidem in suo robore permanere, & vigere, Consului contrarium quia illa tortura non fuit illata ad eum effectum, & obtinui, addebam aliud quod tortura non semper purgat quando indicia sũt grauia, quia adhuc solent hi testes extraordinariè puniri, puta quod non audeant in futurum testificari sub pęna per Senatum arbitranda vt in casu illo factum fuit, & pronuntiatum nullam fidem dandam dictis testibus, & succubuit Eques, & ideò cessant quæcumque hic adducit Gaspar, itaut melius sẽsisse videatur Morotius ab eo allegatus, & quod per testes non elidatur in totum, & sit locus pœnæ extraordinariæ ex qualitate indiciorum quibus reus vrgetur Viden. idem Gaspar. q. 45. Victus nu. 7. vers. contrarium, &

si dicas

si dicas quòd loquitur idem Gaspar. q. 47. post torturam plenè fuit absolutus, & nulla pœna superfuit ei imponenda attamen obstat quòd tortura ad vnum finem illata non operatur diuersum effectum.

Notario an magis credatur quàm testibus dicentibus aliter scriptum, ac dictum Gaspar. Ant. q. 30. testes plures, & ego habui in facto, & consului, & fuerunt testes ad remū damnati, me contra eos pro Notarijs officij Capitanei Iustitiæ aduocante.

Notarius defenditur à falso in quadam causa testamēti ex qualitate sua, & ex alijs Gaspar. q. forensi 36. Incip. Notarius.

Falsitas non præsumitur quando non seruatur solitus stylus, dummodo recedatur à stylo in substantialibus, Mascard. conclus. 1341. lib. 3. de Prob. nu. 28. Farin. decis. 92. in addit. ad eum.

Falsitatis sola possibilitas non facit præsumptionem cōtra eum qui falsitatem committere potuit Farin. dicta decis. 92. num. 3.

Falsitatis omnis suspicio excluditur in supplicatione quamuis apostillata, & cassa, quando illa concordat cum registro idem Farin. dicta decis. 92. nu. 2.

Epitomæ ad excusationem falsi ordinatim, & seriatim ponit Claud. Vac. post nouissimam impressionem constitutionum Horatij Carpani, locus est valde opportunus, labor non in iocundus.

Notarius an excusetur à pęna falsi quando scripsit pecuniam actualiter numeratam, cum, uerè non fuisset, sed in saculo tantùm ostensa pecunia Caball. cas. 130. scripsit notarius, & scripsi pro notorio Pinotino & obtinui.

Producens scienter falsum capitulum, & super eo testes inducens, quòd à pœna falsi non excusetur, licet attestationibus falsis testium non vtatur, & quomodo hoc intelligatur Caball. Resol. crimin. cas. 144. Producens.

Producens scienter falsum capitulum & super eo inducens testes, attestationibus vtens an puniatur duplici pœna pro fabricatione, & pro vsu, ex quo plura committit delicta, an verò vnum cum tantùm pœna pro vna falsitate, cum omnia crimina tendant ad eundem finem Caball. cas. 145. Diximus Resol. crimin. Pro-

Producens in causa ciuili scripturam cum spacio albo, & eam in manibus Actuarij dimittens si postea habita ab eodem Actuario eiusdem scripturę authentica copia spatium impleat & eam sic perfectam, & completam in processu reponat an possit accusari de falso Caball. cas. 217. quidam ex litigantibus.

Per additionem quæ fit scripturæ Notarij post datam copiam, ansiat iniuria illi, & ai puniatur.

In repletione spatij in cartha vacua veritatis primordio iurata falsitas aliqua considerari non potest ibidem num. 19. 20. 21.

Additio facta scripturæ authenticæ vt sit punibilis requiritur dolum ibidem.

Pœna testis falsum deponentis ad defensam imposita recensetur inter ordines postremos anni 1593. 29. Ianuarij, quæ fuit duorum ictuum funis, prompti enim sunt, & natura hominis ad iuuandum, ideò mitius in eo quod delinquunt puniuntur. *In vna falsi.*

Responsum pro Notario de Pinotinis iuuene perspectæ probitatis.

Condescendo in sententiam Clarissimi I. C. Cantoni, quòd ad effectum procedendi criminaliter cōtra Notarium sit necesse omnes testes examinari qui Instrumento ascripti sunt, quia data paritate probationum, excluditur falsum, & præsumitur pro notario, & pro Instrumento alioquin daretur materia grauandi opinionem notarij, & adducendi eum tam in certum periculum famæ, quàm rerum; id colligitur ex solemni decis. Boer. 118. nu. 17, & 18, & testes reprobantes Instrumentum debent esse plures, quàm hi qui stant pro Instrumento, latè Farin. quæst. 62. in tract. de test. & in tract. de fals. q. 158. nume. 100. post Curt. sen. cons. 55. nu. 5. Addito Burs. cons. 33. nume. 15. Vbi vult quòd quatuor testes, & plures requirantur ad reprobandum Instrumentum, quando aliqui stant pro Instrumento, & ita sentit Meno. h. cas. 105. maximè sub nu. 18. de Arbitr. Iudic.

Non debet ergo Iudex captare occasionem procedendi de falso ommissis examinibus cęterorum testium cum debeant

beant laborare circa innocentiam inuestigandam.

Quoad statutum positū sub c. 344. de quo in secūdo puncto illud est in viridi obseruantia, & vidi annualari multos processus, cum multum præsumatur pro notario, & eius bona qualitate ideo ab ea non est recedendum.

1616. De Mense Maij.

ITa fuit iudicatum cum assistentia Abbatum notariorum omnes nempe testes esse examinandos, declamata per me in Curia Prætoria causa sub Pretura perspicacissimi ingenij & rectæ conscientiæ Hieronymi Sagaraghæ Hispani; Mox Pinotinus cum honore liberatus, nemine ex Patribus contradicente, & subscribentibus omnibus suæ absolutioni diffinitiuæ.

In vna falsitate Cremonensi.

ANno 1558. hora 2. noctis die 6. Decembris Io. Franciscus de Mainardis notarius Testamentum condidit in quo instituit filios suos hæredes Io. Baptistam, Carolum, & Alexandrum, & Hippolitam ex diuersis matrimonijs natos, & substituit dictos Carolum, & Alexandrum adinuicem eis decedentibus absque filijs, omisit verò dictum Io. Baptistam cui nullam fecit substitutionem.

Eodem anno die 7. Decembris codicillando reuocauit dictam substitutionem quam in Testamēto fecit, quia eius intentio est quod omnes filij ad inuicem sibi succedant iux. Formam iuris, & statutorum qui Codicillus reperitur rogatus per Iosephum Mazolum Notarium Cremonæ & extractus per Io. Baptistam Torgium notarium pariter Cremonensem in hæc verba.

Ego Io. Baptista Torgius ciuis, & notarius collegiatus Cremonæ authoritatem habens, explendi Instrumentum inuentum & scriptum in protocollos n. q. Iosephi de Mazolis olim Ciuis, & Notarij Collegii Cremonæ non mortificatum nec cancellatum, nec vllo vitio vitiatum, sed omni prorsus vitio, & suspicione carens ex commissione mihi facta per dominum Emilium summaripam olim notarium Magnifici domini Prætoris Cremonæ sub die mercurij vigesimo

gesimo octauo mensis Septembris anni 1594. Indictionis nonæ à me Notario visa, & lecta ad quæ &c. de dictis Protocollis fideliter extrahere, seu altera manu nonnullis negotijs impeditus, & in hanc publici Instrumenti formam redigere fieri vnà cum infrascripto D. Iacobo de Stanghis Notario vt infra vidi legi, & diligenter auscultaui cum originali suo prædicto in quo sic continetur prout superius nihil addito, vel diminuto, vel omisso, quod sensum mutet, vel variet intellectum, ideò in præmissorum fidem me subscripsi sub die Mercurij decimo quarto Februarij 1595. ab incarnatione signumque mei Tabellionatus apposui consuetum & in fide me subscripsi.

Postea etiam sequitur subscriptio dicti notarij de Stanghis prout infra videlicet.

Ego Io. Iacobus de Stanghis Ciuis Cremonæ publicus Imperiali authoritate notarius collegiatus prædictæ Ciuitatis auctoritatem prædicti Instrumenti, & scripsi in Protocollis suprascripti q. Iosephi de Mazolis olim ciuis, & notarij Collegiati Cremonæ vt supra non notificati aut Cancellati, nec vllo modo vitiati scilicet omni prorsus vitio, & suspicione carẽs vnà cum suprascripto Io. Baptista Torgio notario collegiato vt supra cui commissę sunt imbreuiaturæ prædictæ præfatum dominum Vicarium sub millesmo, die mense suprascriptis à me notario visa, & lecta ad quæ, &c. vidi, & legi, & diligenter auscultaui cum originali suo prædicto & quia cum eo concordare inueni ideò, in præmissorum omnium fidem me subscripsi sub millesmo, die, & mense prædictis quo facto &c.

His sic se habentibus accusata fuit Nob. Anna Maynarda à Io. Baptista Maynardo, & filio in hũc modũ videlicet.

Quòd in causa compromissaria nomine dictorum quærelantium instituta corã Vicario Prætorio Cremonæ contra dictam Annam produxerit sub die 17. Ianuarij 1597. dictum Codicillum falsum ex his rationibus, nam cum Instrumentum notariorum misisset acceptum Protocolla dicti Iosephi repertum fuit eius repertorium dicens à folio 65. dicti Protocolli Instrumentum promissionis factæ per Iosephum de Cuppis ad fauorem Magistri Guidonis del Cuppo, & tamen dicto folio dicta promissio reperta non

fuit, sed vice, & loco illius repertum fuisse dictum Instrumentum dicti Codicilli vt supra. Et præsumitur factum per dictum Maynardum quodam die mercurij mensis Decembris licèt per errorem in relatione dictum fuerit Octobris 1558. Et esse scriptum super papyro nouo, & albo, & valde distante ab alio in Protocollo existente, esseque impressionis lilij noui cum circulo circum circa, & in cruce extare circulum, ut videri potest quo tẽpore dictus papyrus non erat vsu receptus, sed impræssionis quæ ab annis 25. fieri solet, carthamque in dicto Protocollo existentem esse ad modum magnam, & diuersis manibus scriptam reperiri, vltra quam scriptura dicti Codicilli est recens, & ab alijs dicti libri, & Protocolli differens, tum etiam quia in dicto Protocollo non reperitur alia similis scriptura dicto Codicillo, & tunc temporis dictus Codicillans erat in articulo mortis, & Cremonæ habitabat dictumque Mazolum in suis protocollis dictus Codicillus scriptus asseritur tunc habitasse in loco Sancti Ioannis in cruce Amplius dictam scripturam videri scriptam manu dicti Torgij habentis commissionem extrahendi vt supra & dictam & Annam fuisse interrogatam an vellet dicto Codicillo vti post factam pronuntiam petijsse admittendam & respondisse medio eius procuratoris Codicillo vti velle, ob id dicti quærelantes petierunt tam contra dictam Annam, quàm cõtra dictum Torgium procedi debere de falso, & dictum Codicillum de falso pronunciari debere. Quare inquisita fuit dicta Anna per Illustrem Prætorem Cremonæ, quòd in causa ciuili fideicõmissaria vertẽte inter eam, & dictos Maynardos Codicillum illud falsum produxerit, & dicto Instrumento se velle vti dixerit, quæ spontè comparuit, & per eundem Prætorem fuit rea constituta de falsi Instrumenti productione; quæ etiam suas defensiones præstitit, cuius nunc causa diffinitiuè referenda est: quçriturque quid iuris sit statuendum: nonnulla in primis à me sunt præmittenda ad fauorem dictæ mulieris, quæ facilem exitum ad impetrandam absolutionem præstant.

Primùm euidentiale quòd cum agatur contra hanc dominam ratione solius vsus ad eam damnandam non sufficiunt suspiciones, nec illæ pro falsitate habentur, licèt eæ visæ

visæ fuerint sufficientes Curiæ dicti Prætoris ad inquirendum id enim communiter receptum est Dec.cons.175. nu. 5, & 8, & cons. 189. Hier. Gabr.cons.169.nu.15.lib.1.Honded. latè cons. 109. nu. 64. vers. trita est. Quare cum tantùm adducantur suspiciones, quæ de facili euitari possunt contra hanc mulierem,& præsertim, cum efficaciores pro ea adducantur & ipsa spontè comparuerit ad pœnam ex ys nunc frustra agitur.

Secundo. Nunc præmittendum est quòd licèt Constitutionibus huius status sub tit. de Pęnis §. si quis falsum, vers. Eisdem, caueatur quòd interrogari quis potest an velit vti dictis testium, & ad terminum statuendum teneatur respondere quòd si non respondiderit habeatur acsi nollet vti, & ex hoc post responsionem inducatur præsumpta scientia falsitatis, vt dicit Clar. §. falsum vers. vtens falso, quæ interrogatio passim obseruatur vt per Burs. cons. 188. nu. 9, & 12, & latè in Apostilla ad Baldum cons. 96. Decr. lib 1. Attamen hæc præsumpta scientia diuersimodè excusatur, vt quando agatur de facto alieno in quo probabilis sit ignorantia, vt in hoc Themate in quo constat Codicillum fuisse extractum à duobus prouidis Notarijs de dicto Codicillo rogatis inuentum inter eius imbreuiaturas benè custoditas vti pupillam oculi ab hęrede ipsius Notarij pęnes quem erant, vnde iure debuit credere hæc mulier hunc Codicillum esse verum, & præsertim cum verisimilitudinem in se contineret, videlicet quòd omnes filij æqualiter succederent, neque eorum aliter fideicommissi onere esset grauatus, alter releuatus, proinde hoc solùm excusare deberet hanc nobilem mulierem, quæ non dicitur curiosè, & anxiè indagasse an Codicillus esset verus, aut falsus, cum pro eo staret fides, & legalitas duorum notariorum. Secundò. Quòd Codicillus inter imbreuiaturas Notarij qui dicitur de eo rogatus sit inuentus; Tertiò. Quòd dicta Instrumenta, & Imbreuiaturæ esset in tuto loco collocatæ pœnes heredes, & personas non suspectas dicti Notarij, quæ considerationes prorsus eximunt hanc mulierem ab hoc criminali iuditio non obstante Constitutione huius status vt in terminis dicit Hippol. Rimin omnino viden cons. 345.nu. 24. vers. 3. respondetur lib 3. vbi etiam addit

quòd si aliquo errore interrogatio poterit adduci ad ita respondendum, excusatur à periurio, seu falsitate sub nume. 40. vers. sic & in parte dicemus, & in hunc modum intelliguntur quę dicuntur contra respondentem velle vti, de quibus apud Clarum dicto vers. vtens dicto, & vers. vtens falsò Natta cons. 635. lib. 3. Bosſ. de falſ. nu. 155. Aut. Gabr. lib. 3. com̃. opin. tit. de crimin. conclus. 7.

Et propius pro hoc facit cons. Crau. 315. lib. 2. vbi si quis accusetur ratione productionis Instrumenti falsi si constet de authore præsumitur ignorantia quando scripturæ sunt inuentæ inter alias scripturas, & loquitur Crau. in fortioribus terminis, & respondet ad l. maiorem C. eo, vt habeat locum quando agitur de facto proprio, non autem alieno, nec habet locum quando constat de authore prout hic quia nominatur Author, imò Authores Notarius, & Notarij, & ita etiam respondit Onded. dicto cons. 109. nu. 65. Burs. dicto cons. 311. nu. 110.

Tertiò. Præsciendum est in hac falsitate vocandum fuisse primo notarium, & damnandum antequã condemnetur procurans, vel vtens scriptura Cels. Vgo. cons. 82. num. 6. vers. Ciuil. Burs. dicto cons. 311. nume. 94. non declarato ergo contra notarium qui dicitur fuisse principalis, non video quomodo potuerit ad hanc mulierem perueniri, qui notarius etiam si diceret falsitatem se commisisse ad præiuditium tertij ei non crederetur, nec eius confessio noceret domino, aut parti, Bursat. ibi, nu. 96. Et hoc eò magis quia contra Notarium proposita est accusatio.

Quartò. Esto quòd ea responsio velle vti afficeret respondentem data falsitate, Attamen ex quo mulier habebat iustam causam credendi eum esse verum, & sincerè factum ex qualitate negotij quia filios reducebat ad æqualitatem personarum testium, notariorum, & aliorum, circumstantiatus immunis ab omni pœna pręseruanda est Burs. vbi supra nu. 113. vers. 4. causa. Additur etiam bona qualitas mulieris ibidem nume. 98. nec non & spontanea illius constitutio.

Quintò. Constitutio Mediolani præmissa, quæ deducitur respondentem habere pro sciente, solùm masculos comprahendit non autem mulieres, quæ sicuti excusantur

à præ-

là præsumptione calumniæ, ita & a falsitate, hoc probatur per tex. in l. 1. §. Accusationem ff. ad Turpill. Menoch. cas. 321. num. 32. vers. 1. causa de arbit. Iud. & hoc ratione infirmitatis sexus, omni in casu mitius cum eis agitur, & excusantur à contumatia Roland. à valle cons. 47. nu. 42. lib. 2. Quare cum hoc ius sit strictum, & deniet à iure communi quo inspecto vtens falsa scriptura non punitur nisi probetur scientia, aut dolus Burs. vbi supra num. 108. 109. Ideò hæc responsio dictæ interrogationi quæ est de apicibus iuris non afficit mulierem verisimiliter ignaram, & prorsus insciam, nam etiam masculinum non concipit fœmininum in materia differente, & odiosa Dec. in l. fœminæ nu. 114. ff. Reg. iur. vers. 4. conclusio Crau. cons. 552. nu. 9. vers. idcircò in pœnalibus, præsertim stante statuto Mediolani, quòd statuta intelligantur ad litteram prout iacent Socin. iun. cons. 1. nu. 102, & 23. vol. 1. Punctualiter, Alex. cons. 135. in 1. Velpell. cons. 33. an autē Dux n. 3.

Sextò. Statuto Cremonæ cautum est sub tit. de pœna producentis chartam in iuditio falsam, Incip. si quis scienter in ordinatione 149. lib. 36. quod si quis scienter in iuditio produxerit chartam falsam vel condemnationē falsam, vndecumque ei euenerit puniatur, qua puniuntur facientes Instrumentum falsum, & si ignoranter produxerit, & postquam interrogatus fuerit ab eo qui dixerit velle redarguere Instrumentum de falso, non abstinuerit ab vsu, condemnetur in libris quinquaginta Imper. Possit tamen impunè ab vsu abstinere etiam postquàm dixerit se velle vti infra dies viginti sequentes nisi exhibuerit in iuditio actorem suum, quo casu in nihilo condemnetur sed & eo casu Potestas, & quilibet Iusdicens teneatur procedere contra eum Actorem, quod statutum locale dictæ Ciuitatis seruandam est, ad notat per DD. in l. omnes populi ff. Iust. & iure, maxime cum non reperiatur correctum per Nou. Constitutiones Mediolani iux. l. Præcipimus in fine C. De appell. neque enim Cōstitutio dicit quod sibi respōdiderint, & authorem nominauerint aut de authore aliunde appareat quod puniatur vti sciens, sed tantùm quod habeatur perinde ac si nollet vti, & sic in casu quo respondiderit velle vti non inducitur ius nouum, sed relinquitur in

terminis iuris communis vltra quod ex ipsismet Constitutionibus in primordio percipitur statuta seruari debere, si non sint contraria Nou. constitutionibus.

Quare ex dicto statuto duo colligo ad fauorem huius mulieris.

Alterum quod vbi non desistat interrogatus ab vsu condemnetur in libris quinquaginta Imper. constito de falsitate Instrumenti.

Alterum quod vbi interrogatus exhibeat authorem mo lestari non possit, & hoc etiam conforme est cum iura com muni iux. Crau. dicto conf. 315. Rebuf. de nominat. q. 1. nu. 18. Burs. dicto conf. 311. in fine.

Septimò. Constitutiones Mediolani sub tit. de Pœnis §. si quis falsum vers. eisdem dum vult interrogari etiam quē an velit vti dictis testium, loquitur in producente testes falsos; at in casu nostro non vrgetur hæc mulier, cum nullum falsum testem produxerit, sed in producente Instrumētum, de quo quis Interrogatur an velit vti, subintrant omnes cōsiderationes iuris ad excusandum producentem, & hoc tanto magis est concedendum quia in fabricante chartam falsam adest in eadem Constitutione capitulum separatum proxime antecedens ad §. quicumque fecerit, vel fieri, &c. Proinde cum statutum Cremonæ de quo supra particulariter disponat in interrogato qui arguitur produxisse chartam falsam illud attendendum est.

Octauo. Interrogatus velle vti, & respondens prout hic factum est se velle vti in parte, & partibus licèt teneretur respondere purè, non tamen tenetur iste producens ad pœnam criminalem, nam talis clausula est conditionalis, & operatur quòd falsitas euitetur per producentem, quando illud quod est falsum non facit pro eo, & per consequēs non dicitur productum Fęlin. cap. cum venerabilis de excep. Rimin. conf. 358. n. 7. in 2. Vol. pract. in for. lib. prod. Instr. in Glof. in illis passibus, & ibi Appostilla Præpos. in cap. sollicitudinem nu. 72. de appell. propos. conf. 526. num. 4, & seq. lib. 2. Burs. conf. 188. nu. 4. Natta conf. 635. Quæ opinio saltem procedit quia hic non agitur de instrumentis cum hac muliere confectis, sed cum alijs iux. opinionem eorum quæ verior est qui ita contraria resoluerūt,

de

de quibus apud Osasc. decis. 38. num. 26.

Postremò non ignorandum est interrogatam fuisse mulierem (vt in pen. cap. defensionum) licèt minorem, an velit vti, cui aduersus responsionem datur restitutio in integrum, & omni in casu nō punitur pęna Cōstitutionis. Quia in ea non includitur minor Rota singularis 816. tu audisti. Afflic. in Constit. Regni lib. 2. Rubr. 48. nume. 2. Alc. l. 1. §. nuncio nu. 70. ff. oper. no. nunciat. & notandum est obligari producentem qui respondit velle vti tamquam ante deliquerit producendo falsos testes, & sic tamquam ante responsionem fuerit in dolo, verùm vt benè dicit Alciat. in dicto loco quoties dolus non interuenisse præsumitur aduersus minorem fit benignior interpretatio, tamquam dolo caruerit, ideoque ei restitutio conceditur, & cum ignorantia iuris positiui quale hoc est non arguat dolum præsumimus, minorem potius errore lapsum quàm dolo, ideò eum in integrum restituemus, qua ratione inductum est vt minor aduersus pœnam dupli quæ in negantem l. Aquil. constituta est, ne restituatur etenim positiui hoc iuris est, cuius ignorantia delictū minoris nō arguit, adducitur Socin. sen. cons. 39. in 1. vol. non igitur punitur hæc mulier minor nisi quatenus probetur eam deliquisse dolosè, & scienter, & per probationes claras, & perspicuas latè Becc. cons. 78. nu. 11. vers. & probatur Mascard. de probat. conf. 739. lib. 2. & si videantur illæ suspiciones considerata ab illis Abbatibus satis leues, videntur, vt est ea quæ resultat ex recentia litterarum de qua Surd. cons. 173. num. 73. 74. lib. 2. Decian. cons. 100. nu. 17. 18. lib. 2. ex his, & illæ tolluntur à contrarijs quæ præualent ibi num. 58. 59.

Ex his euidentialibus resultat iniustitia molestiæ illatæ huic mulieri contra quam agitur ex eo quod Abbates notariorum in sua illa relatione non iurata dixerint esse suspectum memoratum Codicillum quia vt supra visum est, cum adsit notarius qui primo nominandus, & vocandus est, cum ex suspicionibus non agatur ad pęnam corporalem, sed tantùm ad capturam, vel ad Inquisitionem iux. Decian. cons. 100. nume. 9. lib. 2. Cum etiam minor sit hæc mulier tempore interrogationis quæ obligat ad pœnam, cum ex statutis Cremonæ, & ex dispositione iuris commu-

nis nominando authorem sit liber à pœna, cum ex eisdem statutis agatur tantùm ad pęnam librarum quinquaginta ratione vsus cum iustissimam habeat causam credendi dictum Codicillum esse verum, & maxime ab equalitate filiorum seruanda, & adsit eius bona qualitas & spontanea consignatio, & responsio condicionalis ad interrogationem eam non obliget, cum responderit se velle vti in parte, & partibus.

Omnibus his cumulatis dicitur esse in casu certæ absoluta & satis mirandum est quòd cõtra eam fuerit processum, cum contra eam tantùm sit processum per vsum simplicem dicti Instrumenti codicilli ex quo non oritur præsumptio falsitatis *Dec.* cons. 175. col.pen.vers.ergo nõ obstat Osasc. cons. *66*. nu. *9*, & alibi. Laus Deo &c.

§. *De Damno dato.*

Ad Fol. 86. tit. De damno dato.

Vide in materia Petr. Gregor. in Syntagm. iuris vniuersi lib.38. cap.11, & 12. Plot. in l. si quando C. Vndeui in suo indice Surd. cons.340.lib.4. in littera damnum.

Ad Fol. 89. Vel si quis me impulit in linea 22.

Adhæret regulis generalibus iux. quas qui damni causam dat damnum dedisse videtur l. qui occidit §. in hac ff. ad l. Aquil. §. Ceterùm, & Glos. in verbo mortuus Instit. eodem, in quo distinguitur, vt per Aret. ibi quòd vt quis operam dat rei licitæ, aut illicitæ, si licitæ, & tunc si adhibet diligentiam quam potest, & non tenetur de his quæ postea sequuntur, secus si non adhibet diligentiam, aut dat operam rei illicitæ, & tenetur Crau. cons. 409. nu. 17. lib. 4. qui tripliciter limitat regulam.

De hoc impulsu loquitur Tex. in l. qua actione ff. ad l. Aquil §. Proinde si quis alterius impulsu Tex. singularis, in l. si ex plagis §. in cliuo ff. eodem, & de damno contingente ex impulsu est Peregrinus Tex. in l. si ex plagis §. fin. ff. ad l. Aquil. vbi est casus Quòd si ludentis ad inuicem se impellant, & impulsus in terram caput percutiat vel eius frangit, impellẽs non tenetur nisi studiosè id fecisset, & ex-

tra

tra naturam ludi, est enim de natura ludi vnum alterum impellere, Nam & tritum est, damnum videtur considerari quod ex natura rei contingit Crau. conf. 946. nu. 13. lib. 5. De impulsu nauis in alteram est tex. in l. Quemadmodum §. si nauis tua impucta, & impulsa & in §. Item labeo & diffinitio vnius præstat diffinitionē ad mille simile casus - Ibi & in illo qui se plus onerauit quam portare potest est tex. in l. qua additione §. sed & si quis, Ibiv el plus iusto se onerauerit, & alibi in eodem loco.

Ibi item si Medicus linea 25. fol. 89.

Concord. tex. in l. qua actione §. finali vt supra & §. præterea Instit. Action. iuncto §. imperitia l. Illi. §. sicut ff. offic. Præsidis l. si quis fundum §. cultus ff. locati. Qua in re sciendum est paria esse nullum adhibere medicum, vel imperitum, vtraque enim culpa est. Rol. à valle in tract. de lucro dotis q. 64. nu. 3. contra eos plura Claud. Bertazol. conf. 406. lib. 2. ad patrem, & multa sunt propter quæ mors infirmi imputatur medico Ioann. de Annan. cap. tua nos de homicid. & medic. negligens circa curam infirmi tenetur l. Cornel. de Siccar. Crau. conf. 132 col. 2. Lauren. Syluan. conf. 93. non videtur, & si medicus gratis operam suã præstet tenetur solùm de dolo & lata culpa, si verò cum pretio tenetur de leuissima Alber. de Ros. in l. sed si quacunque nu. 10. ff. ad l. Aquil. Iac. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 581. cent. 6.

Et quomodo teneatur ratione imperitiæ Ioann. Capistran. in spec. Const. par. 3. nu. 62, & nu. 242, & tenetur ob damnum datum Sebast. Medic. de cat. Relat. q. 11. nu. 33, Et contra hos Marc. Bauar. in spec. Iud. nu. 51. Iac. Nouell. in pract. crimin. de defens. tit. de exeq. fac. num 30. Taeg. de crimin. lasæ Maiestatis par 9 nu. 23. Ghirl. de Sortil. q. 11. num. 14, Paris de Puth. de Syndic. in verbo negligentia nu. 22. Alber. de Ferarijs de Hon. caus. nu. 58, & nunc pendet quæstio, & processus contra Antonium Caresanam coram Prothophisico Alisandro Notarius Cruceius ad officiū domini Capitanei Iustitiæ, & adduco tex. in l. damnum §. 1. ff. ad l. Aquil. arg. eorum quæ habentur in l fin. ff. de eo per quem factum erit, reddidi pro hoc responsum.

Ibi

Ibi item in Victualibus, & Mulione linea 29. fol. 89.

Mulio quãdo teneatur de casu contingente Sebast.Med. de cas. conting, par.2.q.10.num.18, & qualiter probare casum si illum allegat num. 32. & ibi ponit quæstionem hanc Mulio accepit pannos portandos certa die qui ad alteram diem distulit, & fuit in itinere spoliatus, si Mulio tenuit iter solitum nec fuit conuentum quòd in alteram diem se differat quod eius periculo cederet, non tenetur Mulio, nisi probetur eius culpa, quia in culpa parua, mora non consideratur, & ei incumbit onus probandi casum alioquin tenetur ad damnum Corn.cons.218.vol.4, & est singulare consilium in hac materia.

Ibi & in Notario qui ommissit acta scribere, vel Instrumentaria vel imbreuiaturas. De his plura apud Cauagno l.circa obseruat. ad decretum in §. 2. in verbo extrahi.

Et contra Notarium ommittentem debitas solemnitates in testamento quòd puniatur de falso l.Iubemus C.test. Franc.Bec.cons. 102.num. 3. & 28. quod etiam est in casu speciali l. nulli C. numer. lib. 12. Vid. Alciat. in tract. præs. Reg.3. præs. 13.num. 13, & quòd præsumatur in dolo not. Bart. in l.1. C. fid. Instrum. & per Moder. in l. si librarius ff Reg. Iur. Bertazol. cons. 543. nu. 1, & seq. & ibi Claud. in littera A. In dubio autem magis præsumitur error, quã dolus latè Menoch. cons. 471.lib.5.num.4.aliter dicit cons. 399. nu.46. lib.4. Vide plura per eundem in cons. 37. lib.1. videndus Mascard. de probat. conclus. 644.Ias. in l. errore C.Test.Socin.cons.277. Castr.cons.422.vol.2. vers. sed in casu nostro, & quod notarius si quid ommittat in Instrumento quod noceat parti tenetur de damno, & interesse, & de damno statur Iuramento partis si notarius dolosè ommissit, sed si culpa interesse debet plenè probari Boss.de fals. nu.65. & 25, & sub num.55. & 68. & si errore ductus addidisset aliquid Instrumento diuersum à Protocollo teneretur saltem læso ad interesse Bart. in l.fin.nu.6.ff.Tab.exhib. Anguisol. cons. 5. num.5. lib.1.

Contra Notarium qui ex capite suo extendiderat Instrumentũ vide Ferr.Gurgiat. Patr. Bon. 19. & in materia falsi Instrumenti vid. ibidem, & in Patroc. 23. 24. Alb. cons. 99. & per duo patrocinia 25. & seq.

In

In materia vid. Iac. Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 370. nume. 2.

Ibi in verbo ſi quis ſcindit, vel lacerat fol. 86. lin. 31.

Contra hos ſtat titulus qui deiecer. vel effud. Vid. Menoch. de Arbitr. caſ. 385. ad l. p. §. p. ff. extraord. crimin. Clar. §. fin. q. 83. Verſ. Item puniendi ſunt Vid. tex. in l. item Mela §. ſi cui ff. ad l. Aquil. & extraordinariè punitur l. p. ad finem ff. extraord. crimin.

Ibi item ſi quis fecit Incendium.

De hoc ſupra, & ſufficit remiſſio ad Farin. in ſuo 3. Tract.

Ibi Quia culpa præceſſit caſum.

Sic regulariter dicimus quod culpa debet eſſe ordinata ad caſum Bart. in l. fin. vt certum §. ſed interdum ff. commod. Bertazol. conſ. 491. nu. 16. lib. 2. exemplis confirma de quibus apud Maſcard. de prob. concluſ. 467. culpa lib. p. & quando culpa dicatur ordinata ad caſum vid. Carocc. de locato q. 11. Certiſſima de caſibus.

Ibi Item ſi habes furnum prope domum meam.

Multoties in controuerſijs earum vidi agitatum an & quando Dominus furni teneretur ex quo ignis deriuauit in proximam domum teneatur ad emendationem damni, Idq; Mediolani in Priſtino quæ lis fuit concorditer transacta cum Paulo Vincearca domino domus furno propinquæ. Tu uide Cepol. de ſer. Ruſtic. præd. tit. de furno Cap. 1. Si furnum inter Tractatus Tomo 6. par. 2. fol. 199. vide Iaſ. in l. ſi ſocius §. ſi furnum ff. ad l. Aquil.

Ibi Item ſi includis Aues, vel Apes in eas.

Vid. tex. in l. ſi ſeruus §. ſi contra Apes ff. ad l. Aquil.

Ibi Item ſi immiſiſti in lolium.

Tex. in l. ſi ſeruus §. Inquit lex ff. ad l. Aquil.

Damnum enim in mutando, & corrumpendo, in ſpurcando vinum, vel effundendo, vel acetum faciendo, aut alio modo vitiando, iunge §. Item ſi quis frumento Azo. in ſumma C. ad l. Aquil. num. 36.

Ibi Item qui fecerit mihi cadere numos de manu in terram.

Tex. d. l. ſi ſeruus §. ſi quis de manu ff. eo.

Ibi Item qui equam pregnantem percuſſit, & partum eiecit.

Vid. d. l. ſi ſeruus §. ſi mulier pugno, vel equa ictu à te percuſſi eiecerit illud, illud enim verbum eſt ad immaturum

rum partum accomodatum vnde eiecti partus dicuntur aborti secundum Budeum Ibidem.

Ibi vel nauem perforauerit.

Ibidem si nauem venalitiarum.

Ibi Item si quis collegit Vuas.

Ibidem §. si oleum vers. Octauianus.

Ibi Item si conductor operis.

De hac imperitia quo culpæ annumeratur §. facta est supra commoratio, tu vide locum plenum apud Vinc. Caroc. De locato tit. de septimo gradu accidentium fol. mihi 245. in verbo imperitia, seu ignorantia.

Ibi item si quis effudit vinum meum.

Ibidem §. cum eo planè.

Ibi item si currendo.

Vide l. Item si obstetrix. §. si seruum meum equitantem iuxta l. sic putatur. vbi dicit Bald. clamantem excusari, & id facere contra currentes equos, nam debent dicere Guarda, Guarda.

Ibi item si Magistratus.

Tex. in l. Quemadmodum. §. Magistratus, & ibi Bald. ff. ad l. Aquil.

Ibi item si quis fumo.

De furto corruptis agit Priuidell. in tract. De peste c. sciédum est in fine tomo 18. tract. fol. 172. Cæpol. in tract. de ser. vrb. prædiorum cap. 50. tit. De fornace nu. 4. Vbi quòd si fumus ascendens de fornace ad vicini domum, an propter hoc possit agi contra dominum fornacis, addo tex. in dicta l. si seruus seruum. §. si fornacarius. ff. ad l. Aquil. plura de his agit Pet. Gregor. in Syntag. iuris vniuers. lib. 4. c. 13. tit. de ser. vrbana, vbi an quis prohibere possit ne faciat furnum in suo.

Ibi item si putator.

Vide Tex. in l. si putator. ff. ad l. Aquil. Idem dicitur de tectore domus, & instit. & §. si putator.

Ibi item si tantùm plaustrum.

Vide tex. in l. si plures. §. in Cliuo. ff. ad l. Aquil.

Ibi item si mulatarius.

Ibidem §. sed si mulæ.

Ibi item si plures currunt.

Vide

Vide tex.in l.si ex plagis.§.cum pila.ff.eadem.

Ibi item si coegisti equam.

Vide tex.in l.si bouus.ff.eodem.

Ibi & generaliter.

Regula hæc compræhendit omnes casus damni dati, nam si damnum quis dat in quacumque re aliena dolo, vel lata culpa, vel leui, vel leuissima exceptis duobus casibus tenetur ad damni, emendationem ista regula minus effusè constituitur, ideò recurre ad breues Theoricas, an culpa sit ordinata ad casum de quo supra, & per Surd.conf.52 lib.primo & quando quis infert damnum euitando periculum non tenetur ad l. Quemadmodum.§. Item labeo, & §. fin.&.l.si quis fumo.§.fin.ff eodem.

De damni probatione, & excusatione eius contra quem agitur vid. Mascard.conclus.470.littera damnum.

Ibi fallit in filio, vel seruo.

Vide Azo.in summa in Rubr.nu.24.25.26. ad l. Aquil.

Ibi dicit etiam quòd ciuiliter, & criminaliter.

De materia in l.vnica C.quãdo ciuil. An præiud.crimin. Natt.conf.138.& seq.

Fol.3. A tergo quòd agitur ad damnum in simplum.

Vide tex.in l.cum arrogantem,& l.Inde Neratius.§.Hæc actio.ff.eodem,& de æstimatione facienda plura apud Cassan.in loco supra citato, iuncta l.prætia.ff.ad l. falcid.

Ibi & quod dare damnum.

Tex.in l.ex maleficio.ff.action.& obligat.Bonif.de damno dato nu.62.vers.sed quæro. Alba conf.285.lib.primo.

Ibi & quod si tu proiecisti.

Tex.in l.Qui occidit.§.in hac.ff.ad l. Aquil.l.si seruus seruum §.pen.& §.si nauem,& §.fin.ff.his qui deiecen.uol.effud.iunctas l.si verò. §.cum autem & §.pen.& l.si is cũ quo ff.com.diuid.

Ibi si oues n e ts.

Bonifac de damn.nu.64.vers sed quid si oues.

Ibi sed de damno.

Vide ibidem num 70 vers. Item nota, non enim habent consensum,& pro mortuis habentur, & quod vident ignorant de his plura apud Mandos. in tract. de infante ætate minore cap.3.Fran.Furra.tract.10.par.1.tit. De infantia.

Ibi

Ibi nec ille què necessitate famis.

Si figit adamantinos clauos summis verticibus dira necessitas quid mirum quod dans damnum sit immunis à pœna ibidem dc necessit. apud Tiraq. de pen. temper. caus. 33. vt nullibi uberius.

Ibi nec si damnum.

Nam quod fit lege permittente pœnam non meretur l. Graccus. C. adulter. Neque lex debet altera manu obstentare panem, & altera venenum, non delinquit quis qui legis præsidio utitur.

Ibi atsi plures dent damnum.

Hæc quæstio scitu digna est, de qua per Bonifac. num. 75. 76. vers. sed quid si plures, dic igitur si plures dant damnum. non videtur quòd vno satisfaciéte alij liberentur, cum in pęnis quilibet teneatur insolidum si autem pœna petatut non vti pœna, sed vt interesse tunc vno soluente, alij liberantur, nec soluens potest agere contra alios actione negotiorum gestorum, quia quod soluit fecit ratione delicti sui.

Vide ad hanc Antonium Caball. Pontremuliensem lib. Resol crimin. cas. 198. si plures, post Nat cons. 79. num. 10. Ant. Thes. decis. Pedem. 31. In tota Caroc. locati tit. De morte nu. 6. cum seq. fol. 247. Inscribitur autem à Caballo argumentum in hunc modum, Epitome de pluribus delinquentibus simul ex proposito, quòd omnes ad pœnam pro delicto impositam teneantur insolidum, nec vnus illam solués alios liberat, licet respectu interesse partis offensæ vnius solutione cæteri liberentur, & an ijdem vno, vel pluribus simul in eodem facto commissis delictis possint duplici pœna puniri, vna scilicet uti principalis pro proprio facto, seu pro delicto socij, in quo aliqua dantur exempla scitu digna, & quomodo adhoc formanda sit imputatio, lege, & saturaberis.

Fol. 36. Ibi dicit etiam prima pagina.

Bonifac. Ibi nu 78.

Ibi sed si tui Pastores.

Bonifac. num. 79.

Ibi si verò de domo aliquid delictum est.

Bonifac. tit. si quid sit deiectum de domo alterius ex quo damnum datum sit alicui, & iniuriarum agitur l Pęn. ff. in-

ff. iniur. l. ficuti §. Aristo. ff. si scan. vendic. & contra conspurcantem aquam Petr. Gregor, nu. 30.

Hic postremo adde quod cum perquisierim hunc tract. Bonifac. de Vittaliauis I. C. Mantuani nec apud Bibliopolas nostros inuenirem, tandem comperui hunc esse inter librorum meorum supellectilem ad calcem operis Ang. de Malefic. & alterum Alberici Gandini, cum hæc tria volumina sint simul impressa, cum additionibus Hier. Cathal. Hispani, qui additiones fecit quoque ad Dec. de Reg. Iur.

Fol. 36. Ibi si quis incendium linea prima.

Vide supra abundè, & recurre ad Constitutionem Mediolani tit. de Pœnis §. si quis incendium Carpan. latè cap. 375. in 2. Vol. stat. in verbo per incendium num. 23, & seq. Farin. q. 50. lib. 3.

Fol. eodem tit. de damno dato.

Hoc statutum Mediolani seruatur, & est erectum Tribunal appellatum delli danni dati, vbi iusdicitur in causa dānorum datorū Carpan. ad stat. sub cap. 375. Vide ibi latius.

Tit. Qualiter communia fol. 94.

Carpan. dicto cap. 375. vbi idem est statutum.

Habes, & aliud statutum de exequutione facienda vigore damnorum datorum cap. 376. in 2.

Rursus, & aliud quòd non possit appellari à sententijs latis super damnis datis, nisi condemnatio excedat libras quinquaginta, & cap. seq.

Vide infra inter impressa consilia consilium incipientem in delicto incisionis.

§. Milliare.

Fol. 95. tit. de mensura milliarij.

HOc statutum probè tenent Agrimensores nostri.

In diuisione vnde facienda sit computatio vide Alciat. in l. Mille passus ff. verb. signif. nu. 9. & multa alia ad rem conferentia trad. idem in l. in itinere ff. eo tit.

Per Milliaria, & lapides mentiebantur itinera antiqui, vnde & lapis, & milliaria pro eodem accipiebantur Pet. Greg. in Syntagm. iuris vniuersi lib. 3. par. 1. cap. 13. in fine.

Milliaria

Milliaria cētum in mari sunt minus duobus diebus Hier. de Monte de finibus Regund. cap.7.nu.13. Inter tract. vol. 3.par.2. & de modo mensurandi, idem cap.28. ibi termini, vide quoque Cepol. de seruit. rustic. præd.cap.26.num.14.

Qua ratione milliare probetur Vid. Mascard. de probat. conclus. MCX. lib. 2. littera milliare.

Fol. 95. §. Doctio.

QVòd statuta edita contra Mercatores fugitiuos seruētur. Vide constitutionem Mediolani sub tit. de offic. Abbatum, & Consulum Mercatorum Mediolani §. Quicūque cuius Constitutionis vigor, & rigor si seruaretur, benè actum esset cum republica nostra in qua indies audiuntur horum decoctiones, in quas magis ex vitio, & luxu, & ex immoderatis sumptibus quàm ex fortunæ vitio cadunt.

De modo eos detinendi in domo, vel alibi post Caccialup. de debitore suspecto vide Hippol. Rimin. conf. 745. & 785. lib.6. Et nota tu quòd dum isti mercatores colligūt sarcinas pro fuga facienda vel dolo, vel blandimentis seducunt creditores ad credendum, sunt valdè suspecti, & ab his caue Caccialup. q 1. princip, Pet. Pech. de iure sistendi, & manuum iniectione cap.31.nu.2. Vol.1.

De his decoctoribus latè Stracha f. 237. inter vol. tract. tom. par.2, & de asseruatione 4.par.q.10.nu.20.Cels.Vgo. conf.123. Franc. Burs.conf. 110 lib.1.Surd.conf.528. lib.4. vbi multa vtilia inuenies, & de suspicione fugæ debitoris vt in carceres conijci possint, & an creditoris iuramento probetur & quæ à creditore sint præstanda vt capi queat, seu cum captus fuerit ex iuramento creditoris an retineri possit, vide Constitutionem Mediolani de qua supra §. His tamen Mascard. conclus. 823. lib. 2. littera fugæ suspicio Petr. Gregor. in Syntagm. iuris vniuersi lib.27.cap 6.nu.2. & lib.19.cap.10 nu.17.Crau. conf.447. in causa lib. 5.

Et præsumitur euenisse sine dolo, & culpa Bertazol.conf. 257.nu.22.lib 1. vide Decian.conf.11.nu.139 lib. 1.

Decoctio vnius socij non probat alterius socij decoctionem idem conf. 254. nu. 25. lib 1.

Quando debitor est suspectus ante diem potest capi vt

caueat

caueat Castr. cons. vltimo col. pen. lib. 1. etiam pro debito incerto Appostill. ad Bertazol. cons. 527. lib. 2. Crau. dicto cons. 847. Petr. Gregor. de Syntagm. iuris vniuersi lib. 39. cap. 12. tit. de bonorum dectot.

Decocti sunt infames, & faciles ad métiendum Decis. 2. numer. 34.

Decocto Campsore, seu Mercatore omne mandatum & commissio dicitur renocata Ibi 31.

Decocti accordio facto cùm alijs creditoribus, an teneantur stare creditores hypothecarij idem Dec. Gen. 17. nu. 13. & si habetur pro absente, & quando Dec. 91. num. 26.

Index incompetens potest detinere suspectum Natt. cons. 430. in fine.

Fol. 95. Tit. quòd nulla domus.

§. *De Pœnis.*

Ista deuastatio domus hoc anno 1608. habuit locum in oppido Modoetiæ dirruta domo Io. Pauli Osij à fundamentis ob incestum commissum cum moniali, & suffocatione duarum monialium de hoc supra dixi, non repeto.

De hoc loquitur Clar. q. 82. statuto 8. tit. quòd pro aliquo delicto bona delinquentis deuastentur & ibi nonnullas quæstiones recenset, ita enim debet dirui domus, ne appareant aliqua vestigia ædificij Bald. in l. Prætor ff. Præt. stipul.

In statu Ecclesiastico adest Constitutio Marchiæ lib. 4. cap. 76. quòd violator pacis ex causa homicidij eius edificia funditus destruantur.

Demolienda est domus sine spe reædificationis in casu criminis læsæ Maestatis diuinæ, & humanæ Vgol. de Heres. cap. 91. nume. 5. inter tract. tom. 11. par. 2. regulariter contra Foler. de caut. cap. vltimo quando personæ debent puniri non autem bona, quod tamen locum habet si sunt in primo capite Hier. Gig. de crim. læsæ Maestatis c. 36. n. 5.

De hac deuastatione domuum quando illi locus esse possit, cum sit prohibita regulariter plura legere potes apud Gugl. Bened. in Repet. cap. Ruyn. in verbo domum nuni. 22. vers. tantùm ociosa est, vbi habes plurima notabilia

Z exem-

exempla de testam. & eodem modo destruũtur domus quæ aratro subijciuntur pront contigit in Carthagine; hæc potestas destruendi domos residet pœnes solos Principes, Vid. Iul. Ferret. de Gabell. nu. 286, & seq.

In Fiscum defertur duplum pretij quod quis emit domũ, vel villa vt ea demoliatur not. in l. Senatus ff. cõtrah. empt. l. 2. C. ædiff. priuato l. cætera §. Item quæro, & §. sed & si quis ff. leg. q. mala enim videtur in Rempublicam qui spe aliqua particularis comercij, & pretij patiatur publicum aspectum deformari, si enim sine spe lucri patiatur res suas deturpari vel alia ratione demoliatur non ligant hac lege ceteras.

Fol. 95. Ibi si quis Incendium.

Dictum supra non repeto, hic enim ad vnguem referuntur verba Constitutionis de Pœnis §. si quis incendium.

Fol. 96. De Iniuria.

§. Iniuria.

Constitutiones sub tit. de accusat. §. inoluerat disponunt quòd in crimine iniuriarum verbalium, ad differentiã realium pro quibus ex officio procedi potest, cum consistãt in facto; facta autem sunt potiora quàm verba, ideò non potest procedi, & delictum priuatum est quòd tollitur remissione Clar. §. iniuria vers. tollitur autem, & in specie Farin. quæst. 18. nu. 15. vers. regula sexta.

Fol. 99. Ibi & querela.

Vide Odofred. Beneuentanum antiquum legum interpretem in suo tract. de libello famoso cap. 45. tit. de act. iniur. prætoria Hier. Barensis eodem tract. de act. Iniur. ex lege Cornel. inter Vol. tract. tom. 3. par. 2. Pet. Iac. in sua practica de libell. in forma libelli de iniurijs.

Ibi falsarium, latronem, & lenonem, rectè exprimitur iniuria certa, cum alioquin accusatio non procederet cum certa qualitas iniuriæ sit designanda, & in qua parte corporis, & in quo loco l. Prætor §. Prætor & §. quod ait ff. iniur. Bonifac. eo tit. num. 52. 53. alia ad rem addit Angel. de Malefic. in verbo, & ad quærelam num. 96, & in hoc libello potest peti interesse per iuramentum in litem Plot. in l. si quando num. 728. vers. iniuriam verbalem C. vnde ui, vbi

vbi quòd poteſt in litem iurari contra iniuriantem per eum qui paſſus eſt iniuriam, in hunc modum, in hoc loco relatã facta tamen taxatione per Iudicem inſpecta qualitate perſonæ iniuriatæ, temporis, & loci factæ iniuriæ, & poterit iniuriatus infra, ſeu vſque ad ſummam taxatam iurare vltra autem non, quod nota, quia hoc anno Sindicatus fuit Prætor Carauagij qui ordinem præpoſterauerat in cauſa quarumdam expenſarum ad quas condemnauerat quendã Capitaneum Io. Petrum de Mainardis præcedente iuramento partis, & ſubſequente Iudicis taxatione; quòd ſi paſſus iniuriam ſit mendicus, & nullatenenſis, quomodo eum admittemus ad iurandum, adhuc ſi eſt probus non eſt excluſus ab hac facultate iurandi, hæc eſt diſtinctio Iaſ. ad l. ſi quando nu. 10. in 6. notabili iuxtà quem dicit ſe Mediolani conſuluiſſe, vbi dicit ſecus etiam in iuramento affectionis vt in caſu iniuriarum illatarum in quibus magis locus eſt affectioni, quàm veritati in quo taxatio Iudicis poteſt præcedere, & ſequi, tu vide Maſcard. diſtinguentem in concluſ. 904. num. 9. lib. 2. de probat. Baiard. ad Clar. §. iniuria nu. 45. ego in hac ſpecie libellandi in crimine iniuriarum libenter recurro ad Iaſ. in §. ſupereſt num. 50. verſ. Territio, ex Gloſ. Inſtit. de Action. vbi hæc ordinatim leguntur.

Primo an locus, & tempus illatæ iniuriæ debeat, poni in libello, & conclud. quòd ſic.

Secundò. Qualitas perſonæ iniuriatæ, & habitus eius, & ſi iniuria fuerit corporalis debet poni in libello in qua parte corporis fuit illata; nam acrius punitur quæ in facie illata eſt, quàm in alia parte corporis Steph. Bertran. in conſ. 310. nu. 3. lib. 4, & 257. nu. 1. lib. 2. & 126. lib. 4. Corn. conſ. 217. num. 2. in 1. vol.

Tertiò ex receptiore opinione non eſſe neceſſe quòd in inquiſitione ſeu libello apponatur quòd verba iniurioſa fuerint prolata animo iniuriandi nam hoc tacitè includitur ex natura facti, ideò includitur libellus abſque illa qualitate.

Quartò. Certam æſtimationem iniuriæ in libello adhiberi debere adhitis his verbis, & plus, & minus prout taxationi Iudicis videbitur.

Quintò. Quòd in estimatione possit habere relationē, vel ad lucrum, vel ad damnum declarando vt per eum, has quatuor conclusiones non patiaris in controuersiam deduci, cum fint tutæ.

Sextò. Quòd plures iniuriæ si eodem tempore sint illatæ in eodem libello debent cumulari Farin.q. 105, nu. 387. & in materia plura ad eum.

Fol. 100. Ibi aduertendum erit.

Tu circa hoc has forma regulas.

Primò. Quòd iniurians præsumitur ex animo, & dolosè iniuriatus fuisse, Hoc pluribus comprobat Iac. Menoch. de præsumpt. lib.5 præsump.3.num.47. Farin.q.105.num. 115. vers. Sublimita, quæ conclusio locum habet quando facta, nec verba iniuriosa sunt eiusmodi quæ sui natura præseferunt iniuriam, & sunt de genere illicitorum, secus si verba non sunt iniuriosa ibidem Farin.num. 217. vers. limita, & quando iniuriæ non sunt apertæ sed palliatæ recurritur ad coniecturas declarando vt per eum sub nu.121. vers. sublimita secundo. Quare examinanda est conditio iniuriantis si sit dominus, præceptor, Abbas, Maritus erga vxorem, consanguineus amicus, Astrologus dum fungitur officio suo prædicens futura, quia ab eo abest animus iniuriandi Farin. per totum discursum Vincen. Sancte Deum cons.96. & cons. 112. ad excusationem iniuriati. De iniuria Menoch. Præs. 40. lib. 5.

F.100.39. Ibi ad tit. de iniuria vers. ad hoc vt ista ibi annus cōtinu.

SCripsi in libello de præscriptione delictorum, interea vide Farin. lib. crimin. 1. quæstio. decima versicu. amplia septimo tit. de Inquisit. vbi quod per lapsum anni tollitur non solùm actio iniuriarum sed omnis obligatio naturalis, & ciuilis, adeò quòd iniuriatus tacendo per annum videtur iniuriam remisisse, cum illud tempus currat etiam ignoranti, prout declarauit Senatus me patrocinãte in causa nobiliū de Cerreto contra Franciscū de Sācto Petro, prout cōstat ex ordinibus Senat⁹ anni 1594.22. Septēb. in 2. addit.f.23.& ibi limit. sub n.23. vers. limit. hãc regulã.

Ibi item quòd persona iniurians Fol. 101. lin. 17.

De infantibus, furiosis, & dormientibus, idem est iudicium. Et furiosus delinquendo non punitur aliqua pœna

aut

aut ordinaria, aut extraordinaria Farin.q.94. num. 29. 30. & ibi de hoc integer tractatus qui præcidit omnem differendi materiam; & de dormiente ad saturitatem vide eundem q.98. de infanti post lungam disputationem in q. 92. nu. 57. vers. verùm his non obstantibus.

Ibi de ebrio, nisi venerit ad actum, & quomodo sit intelligendum vide eundem q 93. omnia enim ille ad se laboriosa a traxit quæ ea Tiraq. de Pœn. temper. & alijs plena manu legebantur, circa hæc in posterum reliquorum studiosorum infructifera erit industria.

Ibi Ita quòd iniurians Fol. 101.

Signandus est hic locus ad excusationem iniuriantis, & primò si fuerit in causa iniuriatus, vt contra eum contumeliæ conijceretur, quia inter eos locum haberet mutua compensatio, si versemur circa idem, non si diuersa. Secundo si criminaliter agatur, hoc quando verum sit trad. Plaza in Epit. Delict. cap. 1. nu. 21. Nicol. Moroc. de Treg. & Pace q. 20. nu. 121, & q. 122. num. 27. & 29. Plenius hunc articulum circa iniuriarum compensationem Tyndar. de compensat. art. 5. incip. in causa Remig. de Gomez de charitatiuo subsidio q. 49. nu. primo.

Mihi placet id quòd dicit Rolā. in sua Margarita in verbo compensatio quæ est posita ad finem tract. Innocentij, quòd mutua compensatione delicta tollantur, quo ad partes, nō quo ad Fiscum respectu pęnæ quam refert Bertach. in suo repertorio in verbo compensatio mutua num. 80. & refert etiam eundem in verbo dolus ad finem vbi Bald. idem repetit.

Cęterum circa principalem articulum vtrum iniuria cōtraria iniuria resoluatur, & qui sibijpsis mutuas inferunt iniurias, mutua compensatione alteri accusandi facultatē tollant, & auferant sic breuiter conclude, si criminaliter agatur vnumquemque pro iniuria sibi illata agere posse, nec compensationem admittendam ex speciali titulo de accusat. §. 1. vers. quod si accusaui, & ita etiam Ang. in l. vt vim ff. Iust. & iure Abbas Panor. cap cum te de sent. & re iudic. nu. 25. ratio est, quia iniuriæ diuersæ respiciunt, neque delicta simul concurrentia præstant immunitatem l. nunquam ff. public. Iudic. cum impunita non debeant

esse maleficia vulg. l. Ita vulneratus ff. ad l. Aquil.& tamen ordo seruandus vt de grauioribus primò tractetur, vel de his quæ sunt proposita primo loco: si verò pro iniurijs ciuiliter agatur compensatio admittenda est, expedit enim Reipublicæ sperni has uaniloquas tamquam crocitantum Gracculorum voces;ergò in his dicerem clauum clauo trudi, idem etiam vsu venit in criminibus priuatis, quando crimen circa idem versatur iux. territorios l.2. §. si publico ff. ad l. Iul. de adulter. l. si vxor. §. si idem ff. eodem, & quando crimen circa idem versetur Iac. de Bellouisu in Pract. in princ. nu. 16.

Denique velim tibi persuadeas, quòd hæc non pertinent ad iniurias leues quæ sui leuitate vanescunt,nec à viris probis citra nauseam in iudicijs audiuntur vt sentit author hic in vers. Item quòd iniuria & latè Farin. q. 105. nu. 94. cum pluribus seqq. & quando dicatur leuis eundem n. 175. latè.

Ibi item quòd iniuria fiat volenti.

Vide Farin. q. 105. nu. 157. in limitatione 11. cum seqq. umeris.

Ibi Iudex tamen.

Idem Farin. q. 105. num. 166. vers. sublimita verbo vbi quòd volnntas iniuriati vt sibi iniuria inferatur non operatur quin ipse iniurians possint accusari ad penam Fisco applicandam, quia talis consensus præiudicat sibi, non autem Fisco, nam alteri per alterum iniqua condemnatio afferri non potest, quamobrem rectè hic quod iudex ex officio poterit procedere, & punire, si Fisci, & Reipublicæ Interest.

Fol. 103. ibi item quòd tale conuicium.

Si obijciuntur hæc alicui quorum reuelatio concernit vtilitatem Fisci, tunc succedunt ea quæ dicunt DD. in l. cum qui C. Iniur. de quibus apud Plazam in Epit. delict. cap. 1. fol. 13. vers. in quo equidem dubio Farin. dicta q. 105. num. 24. vbi in exprobrantibus in alterum suæ naturæ vitia Gibbosus, leprosus,& similia,& sua nu. 224. & per totam inspectionem verbam Incip. veritas.

Ad excusationem imputati de iniuria vide Crau. cons. cons. 863. lib. 5. Incip. in specie cons. 378. nu. 11. & 552. nu. 3. 386. nu. 20. 873. nu. 6. 409. nu. 87. 697. nu. 6. 386. nu. 11. 168.

119. vbi agit de iniuria facta Doctori vt possit agi l. Iul. de vi publica, & cons. 145. de iniuria dicta alicui quod sit vsurarius.

Stephanus Bertrand. cons. 131. num. 1. non est dubium vol. 3. vbi actione iniuriarum tenetur qui reprobatur testé contra se productum cum dicit infamem, aut alias speciale dictum, seu maledictum, si in probatione deficeret, licèt protestatus sit se non dicere animo iniuriæ faciendæ cons. 51. dolum exigi cons. 42. nu. 9. lib. 9, & cons. 152. nu. 8. lib. 6. & de iustè prouocato quod teneatur desistere ab iniurijs cons. 301. nu. 5. lib. 4.

Cephal. præceptor meus cõs. 341. lib. 3. vbi præter multa ad iniurias pertinentia excutit materiã famosorũ libellorum de qua statim videbitur cons. 190. Præsupponitur lib. 2. vbi quoque de pœnali promissione de non offendendo an per iniuriam verbalem cons. 187. verba promissionis lib. 4. de iniuria facta adherenti, & socio, quando dicatur facta principali.

Bald. cons. 269. in 3. par. an ex cõfessione probetur iniurians, & de reuocanda donatione ob graues iniurias, seu cruciatus illatos cons. 129. in 3. par. & cons. 282. lib. 5. examinat illum articulum an scilicet vassallus amittat rẽ feudalem patruo, & nepoti, possit dictus nepos mortuo donatario repelli occasione atrocium iniuriarum patruo prædicto illatarum cons. 267. lib. 5. Differit an si vir iniustè accusat vxorem, vxor contra eum agat actione iniuriarum Crau. cons. 112. in quinta parte, an ex mutua conuersatione & cohabitatione videatur facta renunciatio iniuriarũ.

An per iniuriam illatam, & commissam in personam domini præiudicetur agnatis Alex. cons. 250. in 2. parte.

Iniuria facta debitori non nocet creditori idem cons. 103. nu. 21. lib. 2.

Iniuriam remittens non censetur remittere damna vide Alex. cons. 168. nu. 5. lib. 2. an per benedictionem censeatur remissa Alex. cons. 63. nu. 9. lib. 6.

Corn. cons. 159. num. 12. in 2. Vol. viden. iniuria dici tur grauis quæ iuuenis honestatis colore velatur, vt homines inuiti de rebus suis aliquid facere coguntur idem cons. 159. nu. 11. lib. 2. Illata in domo propria grauior est, quàm illata extra domum.

Iniuria non dicitur personalis nisi corpus tangatur Philipp. Dec. cons. 416. n. 4, & quando quis tangit vestes Clerici iniuriosè, dicitur facta iniuria personalis non tamen dicitur facta in personam.

Iniuria facta à matre filijs per transitum ad secunda vota tacitè remitti potest Dec. cons. 206. nu. 5.

Maior de iniuria quæ irrogatur specialiter, quàm quæ generaliter Alciat. cons. 40. nu. 7. tomo 2. lib. 5, & cons. 36. nu. 22. vbi quòd restringitur ad animum facientis.

Quę fit verbis dilui potest verbis, & purgari idem Alciat. tomo 2. lib. 3. cons. 6. nu. 12.

Quæ fit facto maior est quàm quæ verbo infertur idem cons. 6. nu. 46. tom. 2. lib. 5.

Iniuria facta per filium patri, seu verberi est efficax ad exhæredationem idem cons. 36. nu. 4. tom. 2. lib. 2.

Iniuriam, seu turbationem non infert qui sua possessione iusta, vel iniusta, sed causam à tertio habente nititur August. Berous cons. 15. nu. 13. lib. 1. nec dicitur iniuriam facere qui ius prætendit habere ibi nu. 16.

Iniuria fit alicui persuasione, consilio, & instigatione idem cons. 202. nu. 21. lib. 3.

An fiat iniuria ex verbis mẽtitam importantibus & quid requiratur, & quid de verbis conditionalibus & impersonaliter prolatis.

Iniuriari, & offendi quis dicitur ex insultu, idem cons. 196. num. 11. lib. 3.

Iniuria quæ fit per scripturam an dicatur verbalis, attẽto quam manu scripta est Roman. cons. 378. nu. 1.

Iniuriosum est defectus nostros detegi idem cõs. 96. n. 5.

Iniuria tunc dicitur ex conuicio descendere, quãdo cum vociferatione contra bonos mores ad infamiam alicuius dictum est, aut per plures in cetu, & hominum multitudine idem cons. 97. num. 1.

Qui aliquem vitat tamquam excomunicatum an dicatur iniuriari idem cons. 382. nu. 1.

Iniuria pacto sublata, non potest pacto subsequenti reintegrari idem cons. 459. num. 14.

Iniuria in omnia bona, seu maiorem partem bonorum dicitur in personam inferri Ias. cons. 177. nu. 23. lib. 2.

Iniu-

Iniuria non dicitur inferri quando verba dicuntur ad alium finem quàm animo iniuriandi. Bertazol. conſ. 28. num. 36. ciuil. nec dicuntur iniurioſa ſi non lædunt famam ibi nu. 37. uerſ. ſi quis, & quando in publico uerba proffeferuntur, nam præſumuntur iniurioſa, vel ſi quis profferat verba de quibus erat fama, vel ſi quis audiuit ab amicis, ſeu conſanguineis, vel ſi affectibus eſt deceptus.

Iniuriæ æſtimatio probatur teſtibus ſubſequente Iudicis æſtimatione Bertazol. conſ. crimin. 97. nu. 8, & taxatio fit per Iudicem, & æſtimatio cum iuramento damnum paſſi conſ. 520. num. 2.

Iniuriatus tacens non videtur ad animum ſibi reuocare iniuriam. Idem conſ. 215. littera B. & an cenſeatur remiſſa ob ſuperuenientem riſum, vel conuerſationem, vel aliud ibidem littera B.

Et tenetur condonare rancorem idem conſ. 152. num. 1. non autem cōdonare actionem iniuriarum ibidē littera A.

Iniuriarum tenetur qui ciuiliter excipiendo obijcit crimen quod procedit etiam in procuratione Fiſci, nec poteſt dicere fieri oppoſitionem non animo iniuriandi, nec proteſtatio, idem conſ. 214. littera B. & qui ſuppreſſo nomine in alterius contumeliam aliquid narrat Principi ibidem littera A.

Excuſatur ab actione iniuriarum qui probauit ſuam intentionem per vnum teſtem, vel ſemiplenè idem conſ. 214. num. 16. & conſ. 409. nu. 6. 7.

Et tenetur actione iniuriarum non probans delictum contra imputatum de inductione falſorum teſtium conſ. 178. num. 18. item ſi quis vexandi gratia ad Tribunal alicu ius Iudicis interpellauerit nu. 19. Item qui iniuſtè aliquem capi curauit conſ. 120. nu. 9.

Non infertur perſonæ incertæ idem conſ. 237. littera D. & iniuria maxima affectus tamquam inſanus excuſatur à delicto conſ. 228. littera B.

Plura licèt ſint verba iniurioſa quando eodem impetu ſunt emiſſa, vnica tantùm pœna puniuntur idem conſ. 237. nume. 7.

Ad excuſationem accuſati de iniuria vide apud eundem latè conſ. 391. per totum, & conſ. 409, & 432, & 386.

Reuo-

Reuocatio iniuriæ quomodo, & quando fiat idem conſ. 307. in appoſtilla ad eum.

Iniuria vbi fit nudis verbis, & non progreditur ad opera facta, an poſſit reuocari Natta conſ. 872. nu.3.lib.4.

Iniuria affici vt quis dicatur non ſufficit generale conuicium, vt quia dicatur tu es impius, vel maledictus, ſed verba debent continere ſpeciem aliquam delicti ibidem nu. 1.

Iniuria ſi inferatur vni ex dominis loci iuſdicens deputatus ab omnibus poterit cognoſcere Surd. conſ. 47. nume. 4. lib. 1.

Iniuria dicitur abolita quando terminus eſt lapſus conſ. 97. num. 21.

Iniuria alicui facta non debet in alium transferri idem conſ. 328. num. 20.

Iudex poteſt punire iniuriam notoriam ſuæ dignitati illatam Alex. Rhaud. Concinis meus conſ. 50. nu. 82. cap. 1. quod conſilium reddidit ille luculenter pro Præſide Londonio, quod ei profuiſſet niſi celerius opinione ſua vitam cum morte ſua mutaſſet.

Qui bonis ceſſit ad formam ſtatuti noſtri Mediolani ſub cap. 98. in 1. non poteſt proſequi litem ceptam in actione iniuriarum Cumia de ritibus cap. 95. nu. 41. Carpan. ad dictum ſtatutum nu. 115.

Iniuria facta per ſororem fratribus, & Patri defuncto nubendo indigno ſine eorum conſenſu an ſit punibilis Bart. Cepol. conſ. 35. Egregias per totum in cauſa cuiuſdam mulieris quæ nupſit ruſtico inſalutatis fratribus cum dote excesſiua, & eius condemnationem faciendam conſuluit dictis Cepola de dicto iniurioſo inequalique matrimonio.

Inimicitia grauis non præſumitur ex iniuria leui Franc. Burſ. conſ. 271. nu. 36, lib. 2. allegando conſ. 41. num. 8. ex quo ſequitur quod ex leui inimicitia non præſumitur quis velle alium occidere, vel occidi mandare.

Iniuria creſcit, & minuitur ex qualitate loci, & perſonarum Hier. Grat. conſ. 4. nu. 20. lib. 2.

Iniuriæ pares mutua compenſatione tolluntur ibidem nu. 21, & reſponſo 3. nu. 23, eodem lib.

Iniuria dicitur inferri alicui quando prohibetur vti poteſtate ſibi attributa Signor. conſ. 95. num. 14.

De-

Demissata contumelia ideſt diſſimulata, & cum ſilentio intermiſſa, & muſſitata, atque derelicta ſcilicet confeſtim à paſſo ad animū nō reuocata recoli non poteſt vt quando lex cenſet eſſe remiſſam Feder. Scot. reſponſo 12. lecto tom. 1. lib. 4.

Iniuria, & dolus commiſſus à coniugibus derogant coniugalis reuerētiæ declarat in ſingulari caſu Simon. de Præt. conſ. 9. num. 29.

Inquiri ex officio non poteſt ſuper verbis iniurioſis tamquam ſuper priuato delicto Pet. Merēda cōſ. 45. Plura ſūt.

Actione iniuriarum an agi poſſit ſi quis alicui honorem impedit, dic quòd competit officium Iudicis, & interdictu poſſeſſorium, ſi quis ſit in poſſeſſione honoris Fab. Annan. conſ. 7. vim vi nu. 18. 19. 20.

Materia iniuriarum ſpectans defuncto an tranſeat ad hæredem Io. Baptiſta ferret. conſ. 360. nu. 6.

Sicut maritus qui in vita nō reuocauit ad animum iniuriam ſibi factam per vxorem, nec querelam propalauit contra eam, ita nec eius hæres admittitur idem nu. 4.

Et an marito qui viuens poſt adulterium vxoris eius mores improbauit, vel fuit conqueſtus, ſed illam non accuſauit, an iniuriam remiſiſſe præſumatur ita quòd poſt eius mortem ipſius hæredes, quamuis de crimine excipientes dotem retinere non poſſint Ioann. Crot. conſ. 116. tom. 1.

Iniuriarum actione tenetur eleuans manum quaſi vapulaturus, & ſi nō verberauerit Camill. Borell. conſ 24. n. 3.

Iniuriarum obliuiſci decet Magiſtratum gerens ibidem nume. 26.

Iniuriarum actio conſanguineis ex adulterio conſ. 48. nume. 38.

Iniuria violati ſepulchri apud Iudices laicos agi debet conſ. 25. num. 65.

Iniuria committitur per vim turbatiuam conſ. 72. nu. 1.

Iniuria fit marito per tranſitum ad ſecunda vota Crot. conſ. 188. num. 31.

Actione iniuriarum agi poteſt contra illum qui in appellationē dicit perperam tulit, quia fuit corruptus. Fab. Turrett. conſ. 21. nu. 9. lib. 2.

Iniuria illata, & non probata in exceptionibus punibilis eſt, idem conſ. 1. nu. 29. Et præ-

Et præsumitur illata ex causa noua, & contrarium asserens debet probare cons. 56. nu. 15.

Iniuriandi suspicio cessat quando sermo publicus habetur Rimin. Iun. cons. 678. lib. 1. vbi plura attinentia ad iniuriam.

Iniuria si facta sit filio potest pro eo pater agere, & quãuis possit etiam filius agere, cui illata est iniuria potest tamen filius per patrem impediri & solus pater potest remittere Alba cons. 419. nu. 3.

Qui sint personæ quæ possunt agere pro iniuria alterius idem remissiuè cons. 799 Et an mater possit agere etiam pro iniuria filiæ illata nu. 6.

Vxores & si non soleant admitti ad prosequendas iniurias illatas eorum maritis, admittuntur tamen in casum mortis alba cons. 444. nu. 1

Forma concipiendi libellum in actione iniuriarum contra aliquem idem cons. 617.

Clerici possunt prosequi iniuriam agendo ciuiliter ad damna, seu æstimationem iniuriæ, idem cons. 617. num. 2. & 722.

Si iniuria mihi infertur ob causam tuã datur mihi actio ad damna l. ver. & seruius ff. negot. gestis, vbi Bart. & multis illationibus confirmat Laur. Syluan. cons. 35. in proposito nume 8.

Iniuria illata alicui principaliter inspicitur veritas non opinio, idem cons. 43. num. 14.

Iniuria per tactum palmarum remissa intelligitur Ruin. cons. 12. num. 12. lib. 5. licet vnicuique eum à se propulsare incontinenti idem cons. 154. num. 7. lib. 4.

Actio iniuriarum datur pro modica iniuria, modò illa infamet idem cons. 81. nu. 2. lib. 4. Car. Beluisius de iniur. num. 22.

Verbum, vel factum indifferens, in dubio debet potius trahi ad honorem, vel Iocum, quàm ad iniuriam ibidem num. 3.

Pœna corporalis pro iniuria verbali non magna imponi non debet, & hoc casu Procurator admittitur num. 4.

Pœna capitis ei, qui colaphum Prætori dedit, imponi potest ibidem num. 6.

Index

Iudex iniuriam sibi notoriè factam an vendicare debeat Abb.cap.si quis de foro compet.nu. 11.& 17.Hoc declarat, & limitat Decis.Viuis.10.nu.35.lib.2.

Actio iniuriarum non datur meretrici contra eum, qui causa libidinis eam interpellauit.l.Qui iniuriæ l.Verùm.ff. furtis Decis.Triuis.33.lib.2.nu.10.

Trahere aliquem indebitè ad Iudicium dicitur iniuriam inferre,& cum eo actione iniuriarum agi potest Iac., Beluis.De iniur.num.23.

Iniuria extinguitur per pactum,transactionem , vel iuramentum postquam commissa est, secus si committenda, quia non valeret vti super futuro delicto interpositam ibidem Beluis nu.53.vers.Septimò quæritur limita prac. iniuria facta priuatæ personæ secus si Reipublicæ facta;sit,quia Curia posset procedere num.57.58.59.

An procedatur contra mandantem fieri iniuriam si effectus non est subsequutus ; & quòd in Mandatario cui data est pecunia ad hunc effectum Beluis,ibidem num.63.vers.8. Requiritur.

Iniuria etiam fit,faciendo alicui inuito bonum Beluis.in Rubr.De iniur.num.28.vers.Quod dictum.

Viles,& infames nō accusant de iniuria,tales enim personas dignas non credidit Prætor legum obseruatione,aut iuris laqueis innodari,aut defendi ibi nu 65.vers.9.

An actio criminalis extinguatur per ciuilem,& viceuersa ibi num,66,vers.10.

Cedi,& vendi an possit actio iniuriarum ibi nu. 69.[vers. sed nunquid Tiraq.de retract.municip.Glos. & concludit quod sic,& quis istorum iuret, an cedens, an Cessionarius ibidem nu.71.Dicit,quòd neuter iurat, sed Iudex cum consilio vicinorum, vel testium producendorum estimabit eos secundùm conditionem personæ,quæ iniuriam passa est ibi num.16.& de modo proferendi sententiam ibidem nu. 72. vers.vnde in ista.

Iudex potest incontinenti iniuriantem alium coram suo Tribunali punire Beluis.Pro Tribunali sedente fol.8. Quid de iniuria facta eunti ad Iudicium ibi num.2.vers.sed nunquid fol.8.

Pena debita ex iniuria an transmittatur;dic quod sic pu-

ta creditor retinet hominem liberum pro eo, quod sibi debet, Hæc est iniuria pro qua est pęna imposita an creditor cadat à debito, item tantumdem tenetur reddere ei quem retinuit, sed si ille retentus moriatur debetur illa pœna parentibus eius, qui ei succedunt iure transmissionis Glos. iuncto tex. in Auth. Imò C Action. & oblig. vbi Bald. dicit esse notandum ad statuta, quæ disponunt quòd bona homicidæ applicari debeant filijs defuncti, nam si illi filij moriuntur transmittunt ad hæredes suos nota perpetuo.

Iniuriam iniuria repellere illicitū Monsignor. cons. 51. nu. 16. hoc enim à legibus prohibetur, quæ propterea concedunt iniuriato actionem iniuriarum ad vindicandum iniuriam, cum etiam nemini liceat propria auctoritate se vlcisci, nec relatione, sed innocentia crimina purgantur idē cons. 59. nu. 17. vers. iura enim, & cons 83. num. 13. vbi quod erecta sunt Tribunalia, & Magistratus idem cons. 7. nu. 26. Quòd iniurianti non licet regerere iniuriam, vid. tract. De iniur. apud Farin. q. 105.

Iniurias remittens non censetur remittere expensas, & damna Mysinger. cons. 21. num. 80. & D. nostri Fiscales non admittunt remissiones nisi exprese damna remittantur vide supra.

Infamis an iniuriarū agere possit idem dicto cons. n. 19.

Si in actione famosa feratur sententia in principalem is fit infamis, secus si in eius procuratorem ideò cautela est, quòd iniuriarum conuentus compareat per Procuratorem ad euitandam infamiam Mynsyger. cons. 87, nu. 15. 23. 24.

Compromitti an possit de iniurijs Mysinger. cons. 55. nu. 10. Vbi conclud. quòd sic.

Conuentio, seu transactio super iniurijs iniuriantem infamat idem cons. 60. nu. 9. & quando per transactionem sopiatur 151. num. 3. & 8.

Iniuriatus non potest cogi à Iudice ad accusandum iniuriantem vel ut iure suo experiatur Mysinger. cons. 59. nu. 27. & seqq.

Iudex quas qualitates debeat expendere quando vult exequi pęnam arbitrariam pro iniurijs Moscatell. de inten tat nu. 25. & seqq.

Iniuriæ tot sunt, quot personæ sunt iniuriam facientes, &

& pluribus verberantibus quilibet delinquere dicitur.l.si l.si plures.ff.insul.l.si quis in grani. §. si cum omnes DD.ff. ad Syllan.& ideò quando committitur delictum in pluribus quilibet cuius intereſt poteſt agere,vel accuſare ex perſona vniuſcuiuſque & quilibet habet actionem per ſe inſolidum l.prima in fine.ff.eo.

Iniuriarum actione non tenetur, qui iocando alterum percuſſit Practica Millei. tit. Quib.mod.committ.malefic. nu.73.f.113.verſ.videtur,& an credatur ſi dicat ſe aliquid iocosè feciſſe,ſeu dixiſſe Iac.de Beluiſ.nu.3.tit. De iniurijs.

Iniuriarum actione tenetur,qui realem citationem iniuſtè fieri fecit l.Iniuriarum.§.ſin.ff.iniur.

Iudex tenetur actione iniuriarum ſi quid per concuſſionem fecerit,ſeu per dolum,& fraudem c.fin.de.calum.l.vnica.C.ſumpt.Recup.lib.10.& l.Iniuriarum.§. Magiſtratus. ff.iniurijs adde l.filiusfamilias.§.Iudex.ff. Iudic.l.2.C.pęna Iudic.qui malè iudicat,& per immoderatam torturam fit iniuria l.Item apud labeonem.§.quamuis.ff. eodem.

Actio iniuriarum differt ab actione l. Aquil. Bart.in l. Prætor.§ primo.ff.eodem,vbi quod quando ego volo experiri l.Aquilia debeo exprimere certam quantitatem, ſed tantùm ut iniuria vindicetur.Mill.in tract. Pęn.citra mortem nu.52.verſ.Differentiam.

Offenſo tantùm competit.l.Prætor edixit.§. Quid ergo in vèr.Publica.ff.eodem.

Iniuriæ acquiruntur directè infanti, & furioſo licèt ipſi non poſsint facere iniurias Iac.De Bellonis tit.De taxa expenſarum ſuper verbo & tantùm nu.5.& Iudex taxat habẽdo rationem iniuriati ibidem.

Eſtimatio iniuriæ qualiter fit facienda præuia Iudicis taxatione per iuramentum vid. Bellamer. deciſ.722. incip. Ad æſtimationem tit.De iniur. ubi ſingularem trad.Theoricam.

Dominus vtilis Dominij an poſſit cognoſcere de iniuria perſonali ſibi facta,an verò eius cognitio ſpectet ad ſuperiorem Rol.à Valle conſ.16,Viſo themate lib.3.

Iniuria fit toti populo vbi quis iniuriatur Rol. conſ. 19. num.13.lib.2.

Iniuria non dicitur illata ratione dignitatis quando nõ eſt

est facta Iudice sedente Rol.a Valle conf.48.nu 55.lib.2.

Iudex in causa notoriæ iniuriæ sibi factæ non potest allegari suspectus Rol.dicto conf.48.nu.8.lib.2,

Cognitio, & punitio iniuriæ factæ Officiali spectat ad dominum,& officialem suum ibidem nu.17.19.34.lib.2.

Iniuria ita fit uiro defuncto per stuprum cõmissum per Viduam, sicuti per adulterium commissum in vita Rolan. conf.86.num.10.lib.2.

Iniuriæ sibi illatæ non resistens, & ei non obstans, si potest, tam est in vitio, quàm si parentes, aut amicos, aut Patriam desereret Rol.conf.3.nu.5 lib.2.

Iniuria si irrogetur Sacerdoti per laicum puniri potest laicus à seculari iudice Rol.à Valle conf.24. in casu lib 2.

Iniuriato datur de bonis iniuriantis in compensationẽ iniuriæ sibi illatæ Rol.a Valle conf.78.nu.24.lib.2.

Iniuriam videtur facere legibus, qui vult esse melior vestri, quàm legibus Rol.à Valle conf.12.nu.97.lib.3.

Iniuria facta filijs per matrem transeuntem ad secunda vota remitti potest Rol.à Valle conf.95.nu 6.lib.1.

Iniuria facta fratri, quæ intelligitur alteri fratri facta operatur vt ille repellatur testimonio ferendo cõtra illum, qui intulit iniuriam fratri Rol.à Valle conf.24.nu 41.lib.1.

Si quis intrat domum meam me inuito de iniuria tenetur l.is qui domum.ff.iniur.si tamen introierit vt furtum faceret, non tamen furatus est, non tenetur de furto, sed de iniuria l.vulgaris.§ Qui furtum.ff.furtis, & qui vt iniuriam faceret effregerit ianuam domuum mearum, licèt inde furatæ fuerint res non tenetur de furto. l. Qui iniuriam. ff. furtis.

Spurium qui aliquem appellat dicitur iniuriari Roman. in l.etsi pepercem.ff.posth.nu.2.

Iniuria verbalis licèt dicatur offensa simplici modo sũpta, attamen non dicitur offensa in personam Roman. l. licitatio §.Quod illicitè nu 6.ff.publican & Vectigal.

Iniuria facta consanguineo clerici ipsi Clerico facta videtur Roman in l.vollo adire nu 4.ff acquir. hæred.

Iniuriæ verbalis ad similem iniuriam verbalem an fiat compensatio Roman.l.cum mulier nu.64.& nu.106. ff. sol. matrimonio.

In-

Iniuria an videatur domino illata si dixi sibi subdito alicuius domini, si ego non haberem respectum ad dominum tuum darem tibi alapam vnam, & tu dicas, non cures de domino meo, exprimamus simul, & ego postea te verbero Vid. Castr. l. Quamuis nu. 7. ff. in ius vocando vbi dicit quod non.

Iniuria illata à coniuncto grauior est, quàm quæ fit ab extraneo Castr. in l. cum oportet C. bona quæ lib. nu. 3.

Iniuriæ propulsatio seu defensio voluntaria quæ sit, & quæ necessaria Castr. in l. ex hoc iure nu. 7. ff. Iust. & iure.

Iniuria dicitur grauissima si quis flagellis fuit verberatus, & multo fortius si cum ferro, & vulnere Castr. in l. sed si hoc §. Prætor ait nu. 9. ff. in ius vocabulo.

Iniuria facta Sacerdotibus, & Ecclesijs censetur facta toti Ciuitati, & populo Castr. in l. si quis in hoc C. Episc. & cler. & in l. 1. §. huius studij ff. Iust. & iure nu. 9. & 11.

Iniuriosa verba si existens in strata publica, dicat alicui existenti intra domum suam, qui ex publico conspicitur, illa iniuria dicitur facta in domo illius, & acrius punitur Castr. l. Plerique nu. 3. ff. in ius voc.

Iniuriarum actio ciuilis an excludat criminalé, & quando ciuilis causa cum criminali possit concurrere, vide Thesaur. in decis.

Iniuria non est impunita relinquenda quia per eam publica, & priuata quies turbatur ibidem in principio.

Delictum iniuriarum vt plurimum priuatum est l. iniuriarum & l. fin. C. eodem & Iustinianus in parte, horum tit. de iniurijs inter priuata delicta posuit nisi atrox adeo sit vt in aliam speciem delicti quàm simplicis iniuriæ transeat Thes. decis. 18. in principio.

Vide tract. Artman. de iniurijs lib. pract. obseruat. Forens. cap. 3.

Iniuria an solo actu, & nutu sine verbis fieri possit, & de eo qui Iudici Ficcas fecit, quomodo puniatur decis. Thes. 229. inquirebatur per totum.

Ex qualitate iniuriæ præsumitur animus vlciscentis iniuriam Alex. cons. 148. nu. 4. in 4. Ceph. cons. 424. num. 30. in 4.

Tutor an teneatur iniuriarum qui nomine pupilli cura-

 uit

nit debitorem suspectum detineri, & quando excusetur à calumnia, vel ab iniuria Bertaz. conf. 409 præsupponitur lib. 2.

Iniurians præsumitur remisisse qui peccata sua confessus est Sacerdoti, & ab eo absolutionem obtinuit Honded. conf. 87. lib. 2. num. 68. fallit in actione iniuriarum pro expensis damnis, & interesse nu. 69.

Iniuriarum remissio præsumitur perpetua non ad tempus ibidem num. 71.

Captura personæ infert iniuriam Surd. conf. 56. num. 28. lib. 4.

Iniuria illata Archiepiscopo quando est notoria de ea ipsemet Archiepiscopus cognoscit Surd. cõf. 465. n. 7. lib. 4.

In materia iniuriarũ ex libelli famosi vide multorũ responsa erudita in Vrbe contra quendam qui ex causa voti affixerat tabellam Ecclesiæ cum pictura Abbatis in habitu Pontificali induti cum inscriptione voti, quòd liberatus fuerat à falsis testibus inductis contra eum in causa ciuili per dictum Abbatem qui postea reuocarunt eius examen, & dixerunt se fuisse subornatos à dicto Reuer. Abbate, qui fuit condemnatus in bismille scutis versus Fiscum, & ad extimationem iniuriæ versus Abbatem, quod nisi solueret ad certum tempus transmitteretur ad Arcem Ciuitatis Hostię prout eò nõ soluente transmissus fuit, & ibi mortuus ob aeris intẽperiẽ; sententia mitissima, & digna tanto tribunali.

Animus iniuriandi præsumitur ex eo quòd illata iniuria non erat de necessitate actus in quo agebatur Farin. conf. 30. nu. 3. 93. & 105. vbi declaratur; & quando verba sunt de se iniuriosa, secus si sint indifferentia possintque semper ad bonum, & malum trahi, idem ibi littera F.

Animus iniuriandi censetur abesse in iudicio idem conf. 30. num. 142.

Procurator admittitur in crimine iniuriarum Farin. cõf. 83. num. 159. vers. sed.

Pœna iniuriarum habet locum etiam si dicta sunt ad auriculam idem conf. 30. nu. 65.

In materia deturpationis fęnestrarum vid. eũdem conf. 24. prima facie.

Iniuriarum remissio an censeatur facta ex eo quòd iniuriatus

tiatus visitet iniuriãtem in lecto infirmum iacentem idem cons.98.num.4. vbi tenuit pro negatiua, quia hic est actus honestatis, & alia ex quibus pax arguatur tradit ibi notatu digna.

Iniuria ad animum reuocata non tollitur nuda voluntate sed verbis, vel pacto expresso, ibidẽ n.9.vers.probatur.

Iniuria fit Iudici in appellando, quando in appellatione inseruntur verba lędentia honorem, & existimationem suam, quia appellandum est cum reuerentia illius Iudicis à quo appellatur l. iudici ff. eo. Glos. in l. & in maioribus C. appellat. Puniendus est igitur iniurians extraordinariè, cũ non inueniatur certa pęna imposita Bart. in l. illud ff. Appellat. & punitio fieri potest à Iudice à quo vt trad. Ang. & Imola ibi siquidem iniuria est notoria, vt patefacta in iudicio probatur in cap. Romana de pœnis in 6. & nõ tantùm pars tenetur soluere honorem Iudicis à quo, sed etiam, Iudex ad quem in prolatione sententiæ, quia tenetur dicere quòd reformat sententiam ex nouis allegationibus, & probationibus not. in cap. cum Ioannes ad finem de fide Instrumentorum.

De iniuria quæ fit filijs primi matrimonij per transitum ad secunda nota differit omnium latissime Gasp. Antonin. Thes. in qq. forensibus q.28.29. vbi ordinatim recenset effectus ex dicta iniuria resultantes.

Ad excusationẽ Thesauri iunioris, qui arguebatur, quòd oblocutus fuisset de Duce ex Senatorum multitudine cum antea duodecim tantum essent vide Menoch.cons.1198.lib. 13. *Excellentia ingenia vix continere se possunt quin ea detestentur, quæ eis aliqua reprehensione digna videntur, si totus etiam de cœlo pluat iupiter, & Mons supra Montem cadat, sed pauca de his, & intra crepidam suam sutor consistere debet.*

Qui re sua vti impeditur habet actionem iniuriarum cõtra impedientem Crau.cons.4.nu.3. & 93.nu.6.nu. 121.tex. in l.Iniuriarum.§.vltimo.ff.eo.

Responsum Pro Illustre Nicolao Bellono legato Serenissimi Ducis Mantuæ.

MAgnus contemptus, reprehendenda temeritas N.I.C. in obloquendo de persona dicti legati, & Oratoris Se

 renissi-

renissimi Ducis Mantuæ cui cum Senatus debitam penam remisserit secumque mitius egerit, quàm quærelarum qualitas exposceret authoritate Senatus abusus noua prioribus addidit iurgia, nec mirum quia facilitas veniæ nouum præstat Incentiuum ad delinquendum; quare omnissis his quæ decretum Senatus antecessere, ea tantùm aggredior quæ post coram Senatu protulit impugnando Senatusconsultum superiende redditum, quod est tenoris huiusmodi.

Riconoscendo Io Signor Ambasciatore d'hauer transgredito così nelli memoriali dati à S. E. & al Senato Eccellentissimo con altre attestationi mie fatte contro di V. S. à qual conosco esser douuto ogni rispetto, & riuerenza, confesso hauer fatto errore non per mia volontà, ma per scorso d'hauer creduto à congetture fallaci, & però sono venuto à casa di V. S. per pregarla come faccio, che si contenti di perdonarmi, & accettarmi per amico.

Cui ordinationi dictis N. parere noluit, etsi accessisset bina Senatus iussio cum cominatione *che nel termine de doi giorni vbedisce alla detta ordinatione altrimenti che si consignasse nelle carceri del Signor Capitano di giustitia, et si pigliasse Informatione, et* super persuasione *de cui fosse mãdato il precetto al detto Ambasciatore* cuius præcepti nomine dicti N. transmissi eidem Illustri Oratori, continétia erat, quòd dictus Orator compareret coram D. Capitaneo Iustitiæ Maynoldo ad videndum fieri per dictum N. comparitionem, petitionem, Iur. productionem.

Nunc quæritur an dictis N. possit se aliquo modo excusare quin puniatur ob iniurias graues, & atroces quas conieciti in scriptis, quæ habent vim libelli famosi diffamando, & ledendo eius famam, detrahendo existimationi suæ, & maiorum suorum, facta cum alijs conspiratione, quæ iniuria acrius puniri debet quia prolata coram Senatu in precibus quæ porriguntur, vel responsis earum, vt sæpe factitatum est, cũ semper comendandus fit modestus sermo Franc. Burs. cons. 390. In causa num. 64. col. 4. lib. 4. Menoch. de Arbitr. Iud. casu 261. num. 23. 24. Natta cons. 462. num. 25. lib. 4.

Cum igitur varijs ex causis iniuriæ pensetur magnitudo, & æstimetur, & primo quando in iuditio Socin. sen. cons.

45.

45. in 1. vol. pluribus confirmat Marcabr. conf. 38. num. 4. & seq. vbi quòd diffamare aliquem est vel coram Iudice, vel Cętu, vel Vulgo, vel coram pluribus eius famæ detrahere per tex. in l. Item apud labeonem §. ex his oportet, ff. Iniur. secūdò corā Senatu amplissimo. Tertiò ex qualitate personæ ipsius legati in dignitate constituti cum verisimiliter ad id munus non esset electus, nisi nobilitas sua, & explorata integritas aditum patefecisset iux. illud Virgilij lib. 2. Eneidos. Centum Oratores primæ de gen te latinos ire placet ideò horu legatorū honos ad Principem mittentē redundat pro quibus est plenus locus apud Tiraq De Nobilit. cap. 20. nu. 42. vers Hinc duodecimo Decian. Responso 8. nu. 57. lib. 3. Vbi quòd legatio addit nobilitatem, Nobilissimi enim solent destinari ad negotia Principum peragenda, & eorum qualitates, & præheminentias recenset Luc. De Penna in Rubr. C. legati lib. 10. nu. 34. vers. sciēdum est autem.

Ex his circunstantijs augeri debet pœna contra dictum N. licentiosè grassatum in coaceruando iniurias, & in spernendo oblatam à Senatu veniam iuxta modum supra in decreto præscriptum.

Nunc attingamus particularia, quæ magis afficiunt.

Manifestum est dictum Oratorem pluribus iurgijs fuisse pulsatum seu quia calumniosum appellat, calumniatorum autem est infame Boss. tit. De præuaricat. Et grauiore odio quàm fures Agesilans insectari solebat Præses Menoch. cas. 322. De Arbitr. Farin. q. 16. nu. 2. Et quòd teneatur actione iniuriarum trad. Appostill. ad Bart. in d. l. Item apud labeonem. §. Ait Prætor in littera verbum. Rursus dolosum, & dolo moueri ad opprimendum dictum N. Id pluries repetendo, dolus enim de per se est delictum Roman. consl. 191. nu. 5. Fermian. in Repertorio in verbo dolus nu. 68. 92. Aretin. in §. Præterea nu. 25, instit. De Aretin. Boss. De crimin. stellionat. in fine, nec enim minus punitur iniuria, quæ fit in scriptis, quàm quæ fit viua voce Roman. consl. 328. Quo ad primum.

Ad hæc immemorem legum Diuinarum, & Humanarum quomodo loquendi nimis offenditur dictus Orator tam-

quam oberrâs, & deuians à fide Ortodoxa, & præceptis Diuinis quæ vnum quemq; cristianum proffiteri decet, neq; .n. hæc verba obijci potuerant citra Ius, & nomen Iniuriæ inspecto animo profferentis quem constat non suæ causæ, sed linguæ procacitatè inseruisse, Vnde fit vt nullum maius mentis nostræ Testimonium quàm qualitas inspecta verborum Tex. in l. qui Iniuriæ in principio ff. furt. l. si non conuicij C. eodem. Dec. conf. 487. nu. 13. & inter diuers. crimin. conf. 102. nu. 8. vol. primo.

Et licet dictus N. addiderit protestationem non lædendi honorem suum seu Serenissimi sui Ducis, Attamen cum sciat, vel scire debeat dictum Oratorem ob eius nobilitatem, & virtute assumptum ad illum gradum, ea protestatio facto contraria non iuuat; Mihi enim maior contemptus videtur in eo qui ita Iniuriatur, vt in actu iniuriandi decipiat iniuriatum suggerendo ei falsò ab eo abesse animum conuiciandi, sicuti hi inter deteriores homines sunt censendi, ij qui dum fallunt ita agunt vt viri boni videantur, magis enim hæc protestatio Principis prouocat indignationē Purpur. conf. 514. nu. 6. 7. Ias. l. fin. ff. quòd quisque iuris Socin. conf. 118. lib. 1. Rip. in c. cum M. de Const. col. 51. in 3. Conclus. Protestationis contrariæ Laderch. conf. 182. iniuria est col. fin. vbi addit ex multorum authoritate hāc excusationem non admitti, quando crimen obiectum non sit probatum, & quia dictus N. non probauit ea quæ prottulit minus honestè in suis exceptionibus, ideò vti calumniator puniendus est iux. l. 1. C. Aduoc. diuers. Iudic. Purpur. dicto conf. num. 7.

Crescit illius temeritas dum damnare videtur ordinationem Senatus vt supra contra eum redditam & dicit cōuenire Senatui ob decorem suum vt statuatur ei terminus ad faciendum suas defensiones legem ei imponēdo, & præscribendo tamquam iuris scopo aberrauerit in condemnādo eum vt veniam peteret ab Oratore, ideò non mirum est si etiam Senatorem Madium suspectissimum appellat, iniuria enim fit Iudici si recusetur vti suspectus sine causa l. litigatores ff. arbitr. Rebuff. de Recusat. in Præfact. tomo 3. art. 9. Glos. vnica.

Non leuis etiam est altera iniuria reiecta in eūdem Oratorem

torem quòd fuerit auctor fratricidij Cansoni ne veritas dicti Fratricidij emergeret quod venit sub nomine Parricidij iux. l. 1. ff. ad l. Pompeam de Parricid. cum eo in casu puniatur etiam sola scientia l. Vtrum ff. eodem. Certè non secus est ac si ipsum Oratorem Parricidam appellasset, nã occultans delinquentes in genere auxilium ad delictũ præstitisse dicitur l. 1. ff. Recept. Farin. q. 32. num. 15. 16. lib. 1. vers. amplia 4. Boss. de fals. num. 166, & seq. Stracc. de Decoct. par. 2. num. 12. tom. 6. par. 1. volum. tract. Petr. Pect. de iure sisten. cap. 33. num. 3. tom. 3. par. 2.

Ex his omnibus iunctis deduco quòd & si grauis sit inter iuris interpretes controuersia an excipiens contra testes in iudicio criminaria teneatur actione iniuriarum, de qua in l. vlt. ff. quod quisque iuris, & apud Fachin. in suo tract. controuers. iuris. lib. 9. cap. 13. incip. grauis est Onded. cõs. 96. col. pen. & fin. Attamen quando apparet ex vrgentibus coniecturis citra necessitatem causæ, & magis ex quadam malignandi consuetudine, & vlciscendi animo, & deprimendi famam aduersarij verba esse prolata, vt hic factum est, relinquitur extra aleam dubitationis, vt pœnæ quis sit obnoxius, quæ ob reiterationem fit grauior.

Et si daretur impunitas ex eo quòd in iudicijs præsumãtur prolata huiusmodi verba animo iuris sui seruandi prout aliqui volunt, daretur occasio facilis ad calumnias, & iniurias vt benè not. Purpurat. dicto cons. 514. circa finem Cra. gener. Purpurati cons. 873. num. 6. vers. etenim lib. 5. qui dicit quòd si iniuriatur quis tenetur qui ciuiliter excipiendo crimen obijcit, neque probationem eius præstat, tanto magis si libellum famosum, aut preces Principi contra aliquem porrigit Natt. cons. 29. col. pen. lib. 1. quòd excipiens in iuditio, nec probans adeò calumniari videtur vt duæ contra eum stent præsumptiones altera verborum quæ de sui natura sunt mala, & contumeliosa per quæ animus probatur: alterum defectus probationis.

Laudandus est igitur dictus Orator petendo consuli honori suo quia crudelis est qui famam suam negligit l. quis quis C. postulatio Aristotiles lib. & hic 3. cap. 3. famam bonorum externorum maximam appellat, & hi sunt deteriores qui gloriæ nostræ detrahunt quàm qui fortunas, &

bona dirripiunt C. Deteriores q. 1. & honoris causa vitæ par est l. iusta ff manum vindicta l. Isti quidem ff. quod met. causa. Rimin. iun. cons. 234. nume. 58, & cum pluribus seq. lib. 2.

Quamobrem cum de pœna sit decernendum, & ea sit arbitraria secundum Gomez var. resolut. tom. 3. tit. de iniurijs nu 7. & Farin. q. 27. num. 139. tit. de carcer. vers. & vtcumque sit, & cum circumstantiæ sint satis graues ex quibus offensus est tam ipse Orator, quàm Senatus, pęna quoque exemplaris erit imponenda Farin. q. 17. num. 34. vers. Amplia 12 Quòd si ex Constitutionibus huius status tit. de Pœnis §. si quis non prouocatus in causa iniuriarum prolatarum contra Doctorem de Collegio, vel causidicum sequutarum proceditur vt etiam in carceribus iudicatur, quanto fortius in casu isto in quo agitur de iniuria facta his qui Doctores præcedunt, quales sunt legati Principum, & multo magis ipsemet Senatus nam si in arido, quid in Viridi? & in re mali exempli quòd delictum acrius vendicatur Caball. Resolut. crimin. cas. 214. Condemnari. Tiraq. de Pœnis cas. 44. nume. 53. Menoch. cas. 318. nume. 4. lib. 2. Laus Deo &c.

§. *De libello famoso*. *Fol.* 102.

Libelli famosi materiā plenè habes apud hos vide licèt Plazam Epit. delict. cap. 1. nu. 5. & cap. 3. Plot. in l. si quando nu. 730. in verbo iniuria verbalis C. Vnde vi Ceph. cons. 341. lib. 3. Marcabrun. cons. 38. Plot. Nouar. cons. 35. Bertaz. cons. crimin. 265. lib. 2. & cons. 137. Mysinger. cōs. 59, num. 44. Clar. §. fin. q. 58 vers. libelli famosi vbi Baiard. nu. 63. Moscatell. de iniur. & famoso libello Farin. q. 105. per multos numeros.

Per libellum famosum contrahitur inimicitia cum atrox sit iniuria, quod non tantùm scripto, sed & facto cōtingere potest ut quando stercore polluuntur fores, vel cornua foribus affiguntur, aliud est quòd sint scripturæ, quæ notam aliquorum produxerint Tiber. Decian. in primo tract. crimin. lib. 3. cap. 25. Inimicitiæ causæ num. 53. vers. libellus quoque famosus.

Com-

Comparatio litterarum in materia libelli famosi an faciat indicium ad torturam quando accusatus negat scripturam Franc de March. q 933. Par secunda. Flenius in decis. Triuis. 32. lib. 2. caus. crimin.

Qua pœna plectantur edentes, scribentes, retinentes legentes libellos famosos, & ex quibus excusentur, & an simplicitas liberet à pœna Fran. Burs cons. 44. lib. primo, & in eodem Themate consuluit Ceph. cons. 341. 3. lib.

Responsum in vna libelli famosi vulgo Pasquini.

ACcusatur Franciscus Boschinus Notarius Leuci quòd affixerit Monasterio appellato del Castello Territorij Leuci cartham multa continentem, quæ redundat ad dedecus, & ignominiam eorumdem, & primò in præfectione scripturæ sic scribitur *se è vero quello, che erroneamente, & falsamente alcuni appassionati frati di Castello, saluo sempre l'honor de buoni, han detto.*

In hoc primo ingressu notantur aliqui eorum vti falsarij licèt excipiantur boni, sed tamen conditionaliter per ea uerba se è vero, ideò conditionaliter prolatum non dicitur esse in dispositione l. si quis sub conditione. ff. sique omnissa causa test. Ripa responsorum lib 1. c. 2. num. 27. l. cedet diem ff. verb. signific. l. legata sub conditionaliter. ff. cond. & demonstr. & in specie Alciat. cons. 47. num. 4. tomo 2. lib. 5. ubi loquitur in mentita conditionali; quare iniuria tantùm dicuntur affecti hi, qui dixerunt, *che quelli che sin qui si sono intromessi, nel gouerno, & administratione delli negotij della Communità si siano in modo adoperati male à danni della Communità come sian tanti ladri, & assassini, s'auisano, & interpellano questi tali, & altri che habbino parte in questo in nome della Communità, che essendo hora il tempo, che si stabiliscono i negotij ordinarij d'essa Communità, che vengano ad assistere al gouerno, & administratione de detti negotij, poiche ardiscono anco arrogarsi la cognitione delle liti, & controuersie, che occorrono in detta Communità, non ricordandosi di quel detto* Veh vobis hyppochritæ tristes, *& anco della fauola del lupo quando persuadeua alle pecore, che non facessero spesa nella custodia de cani, accioche potesse più liberamente deuorare.*

Veritas tamen mihi videtur verba illa conditionalia nõ excu-

excusari ab iniuria facta Monasterio cui interest tueri famam singulorum Monacorum de quorum moribus ipsi soli cognoscunt, excessus reformant, iniurias eis singulis factas, vel puniri iuditialiter de eorum honore solliciti postulant, seu eas soli remitti eam sunii sub potestate sui Abbatis non habentes velle, aut nolle ex Lud. Rom. conf. 375. In proposita per tex. in ca. ea, quæ stat. Monac. Carauit. super rit. magn. Cur. cap. 275. Velpell. De pace q. 13. à Farin. alleg. in q. 105. nu. 295. & seq. & si enim ex verbis conditionaliter prolatis non videatur quis in honore grauatus ex Alciat. conf. 248. nu. 3. & 6. & conf. 253. nu. 12. Parif. conf. 31. nu. 128. lib. 1. Attamen id locum habet quando verba proferuntur contra certam personam, secus contra Collegium Religiosorum, quia multum labefactatur eorum fama, nam supponitur inter eos adesse proteruos, cum dicitur *Saluo l'honor de buoni &* trad. Ang. in l. quod Senatus ff. Iniur. nu. 1. per illum tex. puniendum esse iniuriantem etiam quòd non constet de nomine eius cui infertur iniuria, & inde infert contra illos Hyppochritas qui ad cōcitationem populi falsis actibus seminantes scripta per Ciuitatem ad infamiam aliorū nullo nomine posito, adijcientes quòd in ciuitate talia, & talia administrantur per tex. in l. item apud labeonem §. fecisse ff. Iniur. Pract. Conrad. tit. de iniur. num. 16.

Hæc conclusio eò magis probatur quia hic agitur de libello famoso in quo etiam veritas eorum quæ obijciuntur in modum conuicij non liberat à pœna, & licet articulus ab aliquibus impugnetur attamen stante Bulla Pij Quinti Pōtificis in eius Constitutione 155. de qua in secunda parte Bullarij fol. 1162. nulla admittitur excusatio, nam ea cauetur pœnam libelli famosi locum habere etiam quòd in eo vera expressa fuissent Farin. d. q. 105. num. 244. vers. verùm quòd etiam, non leuis enim est iniuria si quis appellatur Hyppocrita aut lupus vorax. Nec obstat illa protestatio *saluo honore, & decoro delli Rener. Padri buoni* quia non excusat à calumnia Farin. d. q. 105. num. 351. vers. 3. est conclusio, cum duobus seqq.

De hac pœna Clar. q. 68. vers. libelli famosi, & nos habemus edicta Principum seuerè punientia, & tanto maiore pœna coercendus est quia dictam scripturam affixit Sa-

cris

cris Aedibus publicè legendam Farin. d. q. 105. num. 447. verſ. Amplia 7.

Vlterius etiam puniendus eſt quia mentitus eſt aſſerens ſe nomine dictæ Communitatis admonere, cum ab ea nullum mandatum habeat, aut ſe habere doceat ideò tenetur pęna falſi l. ſi Procuratori falſo ff. cond cauſa data, & cauſa non ſequuta iuncta l. ſi falſus procurator C. furtis Boſſ. De falſ. nu. 173. & ſeqq.

De huius criminis atrocitate plura apud Farin. conſ. 30. nu. 7. & 30. cum ſeqq. cum hic libellus ſit affixus Eccleſiæ.

His accedunt quòd hæc conſideratio, quòd hæc ſcriptura ſit conditionaliter enuntiata non cadit in alia parte ſcripturæ in qua purè, & ſine plica dicit. *Poiche ardiſcono anco arrogarſi le cognitioni delle liti, & controuerſie, ch'occorrono in detta Communità perche ſono Religioſi, & di Santa vita,* Reliqua quæ ſequuntur in quibus taxantur vti hyppochritæ, & lupi auidi, & ad maiorem Emphaſim adduntur verba, *Non ſi mormora ſi parla chiaro, come conuiene della verità*, Ita quòd affirmet hic nebulo vera, quæ contra eos debachatur, & linguæ vincula ſoluit. Magna enim eſt contumelia aliquem hyppochritam appellare cum aliud ſimulet, aliud agat Conrad. De Hęreſi de uar. hær. nominibus c. 13. nu. 6. Et hoc nomen transfertur ad eas perſonas, quæ aliud in ore, & aliud in pectore gerunt, & cum probi, pijque videri optant longiſſimè tamen ab ea perſona, quam ſuſtinent, & hi plus peccāt, quàm qui manifeſtè peccant 12. q. prima cap. certè ego, & ibi Gloſ. in verbo malum vbi dicit Diuus Auguſtinus ſi non ſeruas ſanctitatem foris, medius cecidiſti, ſi verò habuerit intus ſimulationem totus cecidit, & hyppocritæ ab Eccleſia ſunt ſeparati, nec ſpiritum ſanctum habent, & dicuntur deaurati, quia habent virtutes in ſuperficie Gloſ. in 10. Diſtinctione 2. cap. Certius in verbo amittere.

Ex his ſeuerè is mihi videtur puniendus, qui contra hos Religioſos temerè, & inſolenter obloquutus eſt, cum præſertim agatur de homine facinoribus aſſueto.

Adhuc in carceribus hic eſt in multis delictis innodatus, homo multorum annorum, cui vita tormentum mors ſolatium futura eſt. Laus Deo.

Exinde fuit ad remum damnatus, & eò tranſmiſſus.

Vide

Vide in materia luculentum consilium Farinac. 30. Bonifac. de Vital. hoc eo titu.

Circa caput libelli famosi cuius pœna est capitalis tam ex dispositione iuris, quàm Cridarum Suæ Excellentiæ.

INtolerabilia sunt, iurgia in quibus Regiorinus licétiosè grassatus est contra N. Turpia, & obscena verba in muro carcerum appensa ut ab omnibus videri, & legi possent, fur Aegiptius in hunc modum, viua Iosesso Manzone, & hic est Regiorinus, *Al dispetto di quel Cingano Moro, Tyrano, Barbaro da Cassina dico quel ladro di N. Cingano*, & *alio in loco idem repetit.*

Contra verò maestatem Prætoris in hæc verba dumtaxat tamquam nihil Laudæ dignum aggredientem *giamai cosa non fa di lode eletta*, Repetendo in fine cuiuslibet versiculi eandem cantiunculam, *Poscea la ragione dorme, & la discretione è persa.*

Contra Bonacursium Arrigonum Notarium appellando cum Rebellem Communitatis Cremeni.

Et contra Illustrem Gubernatorem Oppidi leuci virum summæ integritatis.

Sono stato preso à Lecco per fauore del Gouernatore per hauer amazzaro una Mosca con tre gambe, & duè teste, è tre Coglioni, & mezza Potta l'una spalla, & l'altra in groppa. Quod vltimum ostendit audaciam hominis in contemnendo iustitiam dú audet intra carceres obloqui dedecorosè de Magistratibus quibus ille subest, imò etiam quod grauius ferendum est ne lateat quis author sit, nomen suum proferendo, ne careat ingeniosi operis laúdæ, & digitis monstretur.

Et cum non sit de pœna dubitandum, cum sit in confesso iuxta illud non est confessi causa tuenda rei, quæ capitalis est iuxta l. fin. C. fam. lib. & alios aggregatos à Farin. consil. 3. nume. 1. qui licèt differat esse in vsu, vt locus sit arbitrariæ, quæ extenditur iux. qualitates, & circumstantias vt per eundem nume. 69. 70. Attamen cum agatur de iniuria atroci prolata in Magistratus, ac alios ascribendo, & improperando delicta ob quæ si deliquissent digni essent suspendio, furti, tyrannidis non semel, sed sæpe

reiterando ut considerat ibidem Farin. illi pęnæ locus fit.

Non obstat protestatio si quæ facta reperitur ab ipso ordiente libellum, nam ea non eximit illum à pœna idem Farin. cõs. 30. n. 66. Clar. in §. Iniuria vers. sed pone. Ex his, &c.

Laus Deo.

Fol. 103. §. De Arboribus furtim cesis.

BOnifac. eo tit. Petr. Gregor. in syntag. iur. vniuers. lib. 37. cap. 6 tit. De furtis arborum.

Arbor radices, vel ramos emittens in aliena prædia cuius sit, & de internalicto pro cui damno idem Gregor. lib. 20. cap. 9. num. 2. Et ibi de fructibus ex arbore decidentibus in alienum prædium, vt tertia quaque die inuito domino prædij colligere, & plura alia non iniocunda. Vide Paris. cons. 111. num. 24. lib. primo.

Arborum incisionem damnum dedisse fundo emphiteutico probandum est à domino Bertazol. cons. 423. littera A. lib. 2. vel quia essent Arbores vtiles fundo secus si umbra erat nociua, quod si incisio facta sit à colono à quo fuerunt plantatæ, vel si facta sit pro constructione, & reparatione Aedium, & quomodo possint à stipite, vel à fructuario, vel Emphitheuta citra pęnam incidi, quid in Sylua cedua, uel Nemore, & quæ sint Arbores, quæ non renascuntur, & quæ ceduntur, & quis modus adhibendus sit in incidendo ibidẽ.

Vide plura apud Cæpol. de seruit. rustic. præd. cap. 81.

De pœna Arboris furtim cesi vide Aym. Riual. in Histor. iur. ciuil. num. 111. Franc. Bald. in l. Duodecim Tabul. ca. 18. Hier. de monte in tract. De fin. Regund. c. 5. n. 28. Odoffred. De cur. bon. dando Rub. quæ res fruct. app. continentur tit. primo nu. 6. Sebast. Medic. de fortuit. cas. par. 2. n. 1. 99. & q. 103. nu. 13. Ferrett. de Naual. lib. 16. nu. 25. Fran. Lanfr. De Fisco par. 2. princip. nu. 30. Petr. de duolo fratr. par. 2. n. 67.

Ripæ fossatorum loci, & arbores in eo consistentes ad quem pertineant Alba cons. 16. in fine lib. primo.

Fructus annui certi arboris si sint promissi, & arbor excidatur, & postea repullulet quid iuris Alba cõs. 177. n. 7. lib. 1.

Quibus actionibus possit agi contra colonum qui succidit

dit arbores, & an aliquid ei debeatur & an acceptandæ sint in locum aliarum quas succidit idem Alba cons. 704. Casus lib. 2. Rol. à Valle cons. 28. nu. 27. lib. 1. Tiraq. de Rettr. Cōuent. § 3. Glos. vnica nu. 22. & seq. vers. sed & quod n. 29.

De eadem materia an & quando conductor, vel Colonus possit excidere arbores fructuosas quòd teneatur ad damna talium arborum, & vinearum extirpationem, vel si permissit vites ire incultas & ad nihilum redigi, & de liquidatione seu æstimatione rei faciēda per Iudicem Alba cons. 537. facto præsupposito. Vide Vall. cons. 49. nume. 11. vol. 2, & cons. 40. lib. 4. nu. 3. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 78. nu. 8. lib. 2. Borgnin. decis. 32. lib 2. per plures numeros & decis. 44. num. 72. par. 1. Ios. Ludou. Rot. lucen. decis. 27. Boer. de consuet. Betarig. des costumes §. 1. col. 3. & 4. Et an arbores postea natæ veniant in locatione Caroc. locati quæst. 28. tit. verb. signific. fol. mihi 235. vbi quod sic Surd. decis. mant. 42. nu. 14, & decis. 78. nu. 23. & decis. 300. nu. 6. Ant. à Gammia decis. 310 nu. 3. Aug. Bero. cons. 141. nu. 11. lib. 1. cons. 54. num. 10. lib. 3. vbi quòd arbores demortuæ succidi possunt ab vsufructuario & cons. 520. nu. 31. lib. 1.

Fol. 103. §. De crimine bonorum raptorum.

Singulos casus compræhensos sub hoc crimine prosequi nil aliud est quàm haurire aquam fine cribro, cum penè sint innumeri, nec cum habeamus sedes communes, debemus his relictis confugere ad riuulos, hæc quæ hic habentur desumpta sunt ex Bonifac. de Vital. in tract. de vi bon. rapt. fol. 272.

Dolum primò malum exigi vt locus sit huic actioni omnes fatentur quod commune est cum alijs delictis, & locum habet quādo rapitur res mobilis alicuius viden. Alex. cons. 103. in 1. vol. plura ibi leguntur in hac materia Egid. Boss. de plur. violent. & in tit. de decreto Mediolani Berous. cōs. 195. lib. 3. Purpur. cons. 163. 377. 439. 499. Tiber. Decian. tract. crimin. lib. 2. tit. de vi publ. & de vi priuata, & de legibus eam punientibus lib 8. per totum. Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 394. Baiard. ad Clar. q. 83. num. 14. Pont an. in suo tract. de spolio. Petr. Gregor. in Syntagm. Iur. vniuersi lib. 36.

36. cap. 25. tit. de vtraque vi publ. & priu. legis Iuliæ.

Ibi in principio Dolo, Malo.

Quia vbi non est Dolus malus, excusatur committens Plot. in l. si quando num. 49, vers. sicut, & solum requiritur lata culpa vt quis puniatur pœna pecuniaria legis, vel statuti loquentis contra raptores, & occupantes, & inuasores rerum alienarum idem nume. 283. vers. ille, & 286. vers. & quamuis, & seq. vers. Et prædicta 288. vers. sequuto. Sufficiunt hæc.

Fol. 105. §. Captura.

Capitulo quinto quod incipit Constito.

SVnt Iudices nimis ad capturam propensi, ideò expedit scire casus in quibus per capturam procedi potest; ne alioquin teneantur actione iniuriarum, & ad damna, & interesse, & nisi Mediolani coercerentur per Constitutiones tit. Accusat. §. rei carceribus, eorum potestas in earum concessione nimis pateret, cum requiratur quòd agatur de pœna corporis afflictiua, ad interpretationem vide Clar. q. 28. in fine princ. & in vers. scias autem, dicentem quòd si delictum sit tale in quo agatur de pęna capitali tunc sumptis informationibus proceditur ad capturam aliàs quis non est ad carceres trahendus, & licèt hoc dictum Clari impugnetur à Farin. q. 27. de carcer. & carcerat. nu 39. vers. sed parcat mihi in hoc Clarus, attamen à Clari opinione non est recedendum ob Constitutionem prædictam quæ loquitur per verba negatiuè concepta, quæ abnegant omnem potestatem ibi non possint, late Galia ad stat. Alex. quòd maritus & cetera in verbo non possit, est enim per hoc decretum imposita necessitas, id quòd maxime procedit stantibus illis verbis pro aliqua imputatione quæ dictio est vniuersalis iux. cumul. per Tiraq. in Repet. l. si vnquam in verbo omnia vel partem aliquorum C. reuoc. donat. sub nu. 5, & 14. Sic igitur satis est quòd iudex nullo quæsito colore potest reum detineri facere; & dum hæc scribo venit ad me quidam mercator de Folianis Fustagnarius contra quem decreta est captura ad quærelam quorumdam de Laurētijs quibus concessum est priuilegium, ne præter eos quis possit laborari

laborari facere sustaneos more Belgico sub pœna scutorum quinquecentum pro parte eis & pro alia Fisco applicanda, nam dicitur contra eum vti violatorem dicti Priuilegij actum, & ventum ad capturam, responsi id nullo modo fieri posse resistente Constitutione cum agatur de pęna pecuniaria, nec resistit Farin. Rom. iuris nostri municipalis ignarus; Recte ergo rationatus est Clar. in dictis locis, & quæ sint pœnæ corporales differit idem Clar q.57.& per Farin. q.19.& huic Constitutioni accedit statutum crimin. cuius fit mentio hic positum sub tit. seu rubr. Quòd nemo satisdans idoneè detineatur.

Et quibus modis impugnetur captura vti nulla vide Farin.d.q.27.

Ibi secus Iudex possit auxelari fol.105.linea 17.

QVòd Iudex teneatur actione iniuriarum, & ad damna. Clar.d.q.28.dicto vers.Scias autē. Agitur.u. de graui, & irretractabili præiuditio idem Roman.d.q.27.num 135. Idem q.111.per totum in tertio lib. Videnda etiam aliqua in Scholijs meis ad Ambrosin.lib.1.c.1.num.10.& lib.2.ca. 1.Ibi monemus, quàm deceat Iudices esse circumspectos, & à captura iniusta appellatur Glos.clement.prima.§.primo de Hæret. in verbo ipso iure, & interponitur etiam lapsis diebus decem, quia grauamen est cōtinuum, & successiuum Maran.in spec. Aduocatorum in sexta parte act.2.nu. 205.

Ibi pari modo non fiant fol. 105, nu. 25.

§. *Publicatio bonorum.*

SI igitur non ueniat confiscatio bonorum non sunt describenda ideo quando minor occidit aliquem, cum non confiscentur bona, cum excusetur à pœna ordinaria attenta minorietate, non debent describere, cum descriptio bonorum sit præparatoria ad pœnam vitæ, quod seruatur Mediolani, Malè cum non admittatur procurator ad probandam ætatem, quod ego nunquam potui adduci ad credendum id iure fieri, cum hæc exceptio minoritatis non perimat delictum de quo in Theorica Bart. in l.Peto.§. Procurator.ff.Publ.Iudic.nec tangat crimen, quod minori obijcitur Farin.q.97.num.211.vers limita 36.& in d.q.99. excu

titur

titur tota materia an & quando quis possit in criminalibus comparere per procuratorem, vt nihil præterea desiderari possit, & verè semper mihi durum visum est, quòd cum ex ordine Senatus qui est iuri conformis, non possit contumax mulctari in maiorem pœnam quàm si præsens esset, & delictum fateretur, debeat minor confiscari, aut pena ordinaria puniri, quia si in manibus Iustitiæ esset positus ordinariæ penæ non astringeretur.

Ibi vnde Iudex Fol. 105.

Qui scit distinguere is proximus est veritati, & si casus incidit omissus vel à Constitutione vel ab Edictis Principum, vel Magistratuum superiorum recurre ad ius commune argumẽto l. Commodissime ff. liberis, & posthum. quòd quando verum sit vide Camill. Gallin. de verb. signific. cap. 10. nume. 7, & seq.

Quæ sunt delicta capitalia lungo ordine hic habes, & hęc sunt publica, & quæ non capitalia remitto te ad Farin. q. 18 ferè per totum, ille enim ibi suppeditat tibi materiam exornandi hunc locum, & ampliandi.

§. Scachum.

Ibi Scachum Fol. 105. linea quarta.

SEnatus autem consultus in quam pęnam foret condemnandus is qui illud commiserat, respondit citandos esse, & vbi non comparuerint condemnandos in pœnam furti Anno 1559. 25. Ianuarij inter ordines Senatus Io. Maria Cattaneus Secretari⁹ & pęna furti Mediolani capitalis est.

Ibi tractatus ad occidendum linea sexta.

Dic id locum habere etiam si non sequatur effectus per Constitutiones Cæsareas tit. de Pœnis §. Quicunque.

§. Insultus.

Ibi insultus animo deliberato occidendi linea quinta.

IDem disponitur per Constitutiones tit. De Pęnis §. Homicida vers. Et tamquam, est tamen differentia quia si

non sequatur mors à Principe aggratiatur, quia non est de casibus reseruatis de quibus inter ordines Senat⁹ anni 1565. die 30. Ianuarij repetitis in anno 1571. non tamen punitur pęna capitali si præsens sit, & fateatur non sequuta morte ex generali consuetudine secus in contumatiam quia seruatur ad vnguem Constitutio.

In vna Mediolanensi Insultus cum animo deliberato, & iniuria.

COllecta miro ordine signa furoris, & insaniæ fauore Iacobi Canzoli ad eum excusandum à necessitate fati adeò vrgent, vt neminem futurum sperem qui manifestæ huic veritati, quam pleno calamo attigit benè doctus Reuer. Alexius Ricardus quem inter cęteros diligo ob eius virtutes, aduersetur, sed ne incassum opera mea desiderata videatur haud graue erit aliquibus additis eam sententiam confirmare & in eam pedibus, & manibus ire.

Verum est ex omnium cõsensu qui in hac materia scripsere ex his probari furorem, Proiectione lapidum retentione in compedibus iussu Parentum, ostensionis Pudibundorum, incomposita, ac prope ridicula vestimentorum gestatione, risu, & plancto publico per vias inordinato, & extra causam, irrequientis clamoribus nocte dieque proiectione, & abiectione uasum staneorum in puteos, & percussione amicorum, & inimicorum sine delectu, iniectione manuum in parentes proprios qui hoc ad iniuriam non reuocarunt, cum sciant in furore non esse consensum ad delinquendum cum eum pro furioso haberent & eius vices misererentur, qui nullum aliud remedium adhibere potuerunt exceptis vinclis, & cathenis indignum eum putantes quem matrimonio iungerent, & ab eo posteritatem & si vnico filio quæreretur ex communi, & vehemente fama, & imposita à vulgo denominatione ab effectu il matto, ex iuditio Peritorum qui medicamenta ad purgandam insaniã adhibuere, ab eo tamen spreta, & abiecta Cholericis humoribus abundantibus melancolicis quorum iuditio omnia cedunt, ex continua taciturnitate cum externa mestitia, iuncta oculorum distorsione, & abstructione, & mentis secessu, non reddendo honorem salutationis sibi exhibitum

bitum

bitum necquemquam licet intimum salutando ex quibus ommissis priscis Senatus exemplis de quibus apud Clar. q. 64. n. 2. non vereor quin M. Reuer. Iudices hunc sint habituri in amentem additis his quæ in carceribus gessit, cum ea clementia nullo loco circumscribatur, vbique locorum se manifestet, & etiam apparet de tempore ante delictum, & post delictum vtique & medium præsumitur probatis extremis: Cæterùm hæ considerationes deducuntur sigillatim à Menoch. lib. 6. præsumpt. 45. præs. eodem cons. 82. Surdo cons. 89. lib 1. in qua dementia iudicanda plurimùm versatur religio iudicantis. Decis. Thes. 92. in fine & magis pronos esse Iudices ad excipienda signa dementiæ, quàm ad excludendū. Possem exemplis confirmare petendis sub iisdem Iudicibus Ecclesiasticis vt in causa homicidij commissi per Bologninum quem vti furore suo punitum post lungam carcerationem pristinæ libertati remisere. In foro verò seculari in causa vulneris illati tunc vnico filio Illustrissimi & Excellentissimi Comestabilis Inico Comiti Haro, nec ab hac sententia abduci potuit senatus, quòd penes eum sit inuentus liber lunarius in quo singula furoris argumenta describebat prudentes, & aptæ responsiones, dum à Iudicibus per interrogationes excuteretur.

Dementiam autem huius hominis ego pictam veluti in tabula cerno: Conceperat enim animo ex inimicitia simultanea hanc imminere semper in eius terga secum habétem satellitum turbam ad eum detinendum, viderat tunc eum, nec procul ab eo lictores, hoc timore præsentaneo excitus cultro quem ad eius necessarium vsum gestabat improuisum eum petijt ex humeacibus, namque viscosis temperamentis in capite hærentibus fit vt vitiatus similes habeat partes rationalis animæ, & licèt in aliquo sapere videantur prout hic statim auffugiendo post delictum, attamen hoc mirandum nemini videatur, cum & in astantes tanquam in hostes varias, ac vanas imagines accipiendo irrúpant, & sine lege, & indiscriminatim in amicos, & inimicos irruant, dentibus frendentes, & frementes, imò etiam in proprios filios, prout nuper accidit in Patre qui propè Monasterium Seruitarum discrepsit, non secus, ac alterum Hippolitum Lazerum qui proprium filium, & vxorem vul-

nerauit correptus phrenesi, Nec quis mihi obijciat hunc habere quandoque dilucida interualla, nam respondeo ex veriore sententia stultitiam semel imbutam durare, & præsumi quid factum tempore insaniæ, & cum hac opinione transit communis Legistarum Schola ex Præside cons. 80. lib. 1. Deciano cons. 51. nu. 94. lib. 4. Mascard. littera furiosum lib. 2. de Prob. ex quibus cum ipsimet Iudices possint hunc habentem sine mente caput oculis subijcere, quia certior aure arbiter est oculus, tunc dicent illud quod Ariostus de Orlando furioso scribit in hunc modum.

E' ben s'accorsero al sembiante.
Ch'hauea di teruel sano il capo scarto.

Venio ad secundum quod in eo consistit, an ille potuerit reus constitui de vulnere cum animo deliberato in quo articulo certè ego non inuenio aliquam delicti ex proposito imaginem; nam supponitur in facto fuisse passum multas iniurias, & minas de eo carcerando, ipsum etiam eius aduersarium secum pluries biruarios adduxisse fingendo se eū detinere velle, quia etiam verum est in facto eum tempore vulneris prope se dictos satellites habuisse quo timore perterritus gladiolum è vagina quem gestare solebat, & magis ad vsum panis incidendi destinatum nec enim si habuisset hunc animum deliberatum illo instrumento vsus fuisset, sed alio securiore, & aptiore, & non intulisset vulnera ad collum, sed pugione à tergo confodisset, cum præsertim offendisset eum dormientem; Si igitur fateri nos piè decet hac larua miserum hunc fuisse delusum, & culices existimasse fuisse Elephantes, tanto iustius concedendum est abfuisse omnem animi deliberati qualitatem, & occludente aciem oculorum suorum Aranea; per hæc enim ,|& similia argumenta remouetur omnis præsumptio tractatus, & Præmeditationis ad delictum, nam in eo discernendo plurimum valet Iudicis Religio, & arbitrium, & in vtente paruo cultello quod absit animus deliberatus tradit Blanc. in Praxi §. His sic præmissis nu. 63. Ioann. de Amicis cons. 23. nu. 13. vbi quòd ex qualitate instrumenti puta gladiusculi ad incidendum panem non præsumitur animus deliberatus, citans Veron. cons. 76. col. 2. post principium, & sufficit quòd quis probabiliter dubitet de offensa vt excludatur

animus

animus deliberatus l. Qui scientiam §.qui cum aliter ff.ad d. l. Aquil. l. Is qui aggressorem C. ad l.Cornel. de Siccar. l. 1. C. quando liceat vnicuique se vendicare sine Iudice, non tenebatur enim expectare inimici in se irruptionem, præualere enim debent, & solent coniecturæ exclusiuæ dicti propositi Bursf. latè conf. 72. Farin. q. 125. num 481.nec præsumitur animus deliberatus nisi in specie probetur ex cumulatis ab eodem in q. 126. nu. 106.vers.septima fit conclus. Ex his &c. Laus Deo &c.

§. *Homicidium*.

Pro Horatio Zuchello Notario Laudense Actuario Officij Meletti super homicidio ad defensam cum moderamine inculpatæ Tutelæ.

INquisitus fuit dictis Horatius Actuarius corã Præt. Laudæ quòd cum quadam nocte mensis Februarii dictus Horatius vnà cum Annibale Capello, & Petro Caldano è domo Francisci Naneti sita in eodem loco Meletti domum suam peteret, & peruenisset propè domum dicti Horatij ibi repererunt duos homines armatos sclopis lungioribus, & breuioribus rotatis inter quos erat Andreas Rubeus qui nullis dictis verbis exploserunt dictos sclopos rotatos in dictum Horatium, eumque vulnerarunt, ex quo & ipse Horatius sclopum ab igne quo erat armatus explosit contra dictum Andream qui remansit vulneratus in humero sinistro in corpus penetrante, & aliò in dorso, ob quæ vulnere intra paucos dies decessit.

Quæritur cum dictus Horatius ex Senatus consulto veniat puniendus pęna per Senatum arbitranda, an possit ei aliqua pęna corporalis imponi an relegatio, an exilium ad tempus, an pęna pecuniaria, verè (nisi quia cogor authoritati Senatus cedere) non videtur ei posse imponi aliqua pęna, nam ex lectura inquisitionis satis constat de priore insultu & explosione cum tormentis rotatis, & vulnere nullis dictis verbis ex quo etiam arguitur eorum animus deliberatus, addita qualitate armorum, & obseruatione temporis nocturni, & loci propè domum dicti Horatij ex

his quæ pleno calamo trad. Mascard. de probat. conclus. 98. lib. 1; & apud Farinac. q. 126. per totum discursum post Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 361. tum quia in casu isto, nulla rixa, nullus iustus dolor impulit eum ad vulnerãdum vt considerat sub nu. 55. vers. quartus est casus.

Punctus in eo consistit an dicatur Horatius excessisse fines necessariæ defensionis, & moderamen inculpatę tutelæ in offendendo siuè ipse siuè aliquis qui cum eo erat, cum potuisset forsan domum ingredi citra offensam) alicuius Breuiter homicidium dico factum ad necessariam defensam probato insultu, & per consequens non potest dici in aliquo excessisse nec in aliqua culpa lata, leui, & leuissima versatum fuisse, quando enim insultantes sunt prope insultatum præsumitur imineri periculum mortis ideò non tenetur se fugæ tradere Farin. q. 125. num. 124, & seq. & tunc qui iusto timore alium occidit in totum excusari ab omni pœna trad. Ias. in l. vt vim nu. 9. ff. Iust. & Iur. Farin. d. q. 125. nu. 57. vers. amplia 27. Et non esse locum alicui pęnæ extraordinariæ trad. Boer. decis. 168. num. 8. vers. aliàs si aggressus, & nu 7. vers. quia insultatus. Alciat. Reg. 3. præsump. 29. Boss. de Homicid. num. 62. Andr. Gayll. de pace publica. lib. 1. cap. 16, & in obser. 150.

Cęterùm postquam Senatus cui parendum est, censuit dictum Oratium puniendum pęna per eum arbitranda videamus an possit inferri pęna corporalis, an pecuniaria tantum, ego existimo Senatum non posse agnoscere in eo nisi leuissimam culpam quę punitur pena pecuniaria Andr. Gayll. de pace pub. cap. 16. num. 24. lib. 1. nec locus est relegationi, cum excessus fuit sequutus cum leuissima culpa excedentis Farin. d. q. 125. nu. 398. vers. Amplia primò.

Concludo vel non puniendum dictum Horatium, vel leuissima pęna pecuniaria iuxtà vires suas, & qualitatem personæ, & vitæ præteritæ, cum ipse semper probè, & laudabiliter vixerit, nõ autem relegatione, cum quis per exilium incidat in manifestam paupertatem, nec debet mendicari is qui à Senatu in legalem notarium, & Actuarium est approbatus. Laus Deo &c.

§. De

§. De pœnis.

Ibi Aliæ sunt corporis afflictiuæ Fol. 106.

DIcas, quòd vbi non appareat pro delicto expressim impositam pœnam capitalem, tunc dicemus locum esse pœnæ extraordinariæ in mitiorem.

Tu qui Mediolanensis es obserua hos particulares casus in quibus pœnæ infliguntur, cum sæpius occurrant; nec esset inutilis tractatus particularis de certis pœnis inferendis pro singulis delictis, quem inchoauerat eruditus Simoncellus qui edidit insignem tractatum de decreto minorum quem mihi ostendit inscriptum de Pœnis omnium delictorum, vtrum autem perficerit haud satis scio: isti casus recollecti desumuntur ex Constitutionibus huius status.

Ibi idem si quis Fol. 106.

Sed in hoc casu serua edicta, & pœnas per ea impositas quæ singulis annis renouantur.

Ibi Custodes Portarum Fol. 106.

Hi habent suos ordines impressos ad quos obseruandos tenentur.

Ibi exequutores. Constitutio Mediolani sub tit. de execut. & famul. Iusdic.

Ibi Parentes. Constitutio Mediolani sub tit. de lenonibus.

Ibi lacius sine licentia Episcopi. Mediolani Constitutio tit. de Pœnis §. cuicumque.

Ibi qui enudauerit ensem. Constitutio de Pœnis §. quicumque el tertio.

Ibi qui fecerit, vel fieri mandauerit chartam falsam. Constitutio de Pœnis §. quicumque fecerit vide Menoch. in addit. nouissimis casu 88. nu. 1. Plot. in Indice.

An comprehendatur liber rationum declarauit Senatus in anno 1544. die 10. Decembris cōtra Annibalem Anguissolam Cremonensem. Secretarius Petra nigra.

Ibi qui percusserit. Cridæ Principum maiorem pœnam imponunt sed malè seruantur, fuit tantùm tribus ictibus funis affectus quidam Mediolanensis de Casatis in cuius domo palam ludebatur.

Bb 4 *Ibi*

Ibi qui ausus fuerit deturpare. Constitutio Mediolani §. Sacras autem imagines.

Ibi Condemnati. Constitutio Mediolani de Pęnis §. Seuerè.

Ibi officiales Fol. 10. Cõstitutio de Pœnis §. nulli officiales.

Ibi idem si cognouerit, ibidem § si Prætores Clar. §. Fornicatio vers. cum Carcerata fol. 42.

Ibi Vtentibus sale vide Cõstitutionẽ tit. de Publicã. & vectigal. §. nullus Ciuitatis cum his quæ sequuntur.

Ibi qui se fecerit. Constitutio de Publican. §. nullus audeat.

Ibi qui publici vide. Constitutionem tit. de lenon. §. qui publicè Menoch. cas. 574. nu. 39. in Nouissimis Addit.

Ibi Meretricesque vide eandẽ. Cõstitutionẽ §. Meretrices.

De varijs pęnarum generibus differit Clar. q. 69, & 70.

Pœna stigmatis in furibus renouata est propter eorum frequentiam, ideò non dicat Glarus quòd ea pęna non sit in vsu, non tamen fieri potest in facie cum sit ad similitudinem illius Cœlestis spheræ iuxtà illud Poetæ.

Os homini cœlesti dedit, cœlumque videre.
Iussit, & Arrectes ad sydera tollere vultus.

Ibi Aliæ sunt vide Constitutionem tit. de offic. Vicar. General. §. Iusdicent. Vide decretum de fedutoribus inter ordines Senatus anni 1567. die 10. Decembris & 1573. die 14. Nouembris & 1575. die 19. Nouembris.

Ibi Item si famuli. Haud hoc reperio in Constitutionibus nec vidi vnquam aliquem in hanc pœnam condemnari, sed pro modo excessus hi puniuntur.

Ibi qui scienter. Constitutio de Pęnis §. quicumque sciens vers. receptans.

Ibi impedientes exequutiones. Constitutio de Pęnis §. prohibitum est, non satis fideliter refertur ab authore, ideò obserua verba, & nota quòd huiusmodi causæ prohibitæ exequutionis in causa ciuili expediuntur per Iudices ordinarios iux. ordines Senatus anni 1580. §. non audiantur.

Ibi qui transierit §. nullus fossam. Constitutio de Pęnis.

Ibi qui non prouocatus. Constitutio de Pęnis §. si quis non prouocatus. Dixi supra.

Ibi qui ausus fuerit. Constitutio de Pęnis §. si quis in tantũ.

Ibi ludentes fallacibus. Constitutio de Pœnis §. quicumque Iac. Menoch. de Arbitr. Iud. casu 383.

Ibi

Ibi Committentes robariam vide. Constitutionem de Pœnis §. si quis fecerit. De hac Constitutione Plot. in suo indice in verbo Robaria Menoch. cas. 303. nu. 44, & 329. nu. 12.

Ibi qui faciunt ligas. Constitutio de Pœnis §. non fiant ligæ V. Franc. Becc. cons. 71. num. 4. Natta cons. 665. vol. 4. Baiard. ad Clar. q. 83. num. 14.

Ibi Contrahens matrimonium. Constitutio de Pœnis §. si quis cum duobus Sim. de Pret. cons. 66. Thes. iun. q. Forensi 13. vsuras lib. 1.

Ibi nec incidit occasio: Locus hic est non incelebris ob compositiones pœnarum quæ indies fiunt attenta paupertate.

Ibi alia sunt delicta. Delicta quæ non habent certam pœnam sunt arbitraria tam Principi, quàm Senatui, vt in casu qui hic exprimitur.

Ibi qui calumniose. Constitutio de Pœnis §. si quis quempiam vide Garciam 19. nu. 101. Menoch. de Arbitr. Iud cas. 321. 322. Plot. cons. 19. nu. 97. Costam. Castr. cap. 42. nu. 2.

Ibi quando Quæstores. Constitutio de quæst. ordin. §. licitatoribus.

Ibi Officiales teneantur. Constitutio de Offic. quæst. extraord. §. fin.

Ibi si Vicarij. Constitutio de Offic. Vicar. Gener. §. inhibitumque est.

Ibi Iudicibus. Constitutio de Offic. Vic. General. §. Iusdicentes.

Ibi item quando Referendarij. Constitutio de Refer. ciuit. §. Referendarij.

Ibi. Rationatores. Constitutio de Offic. Rationatorum Fisci §. Nemini.

Ibi si Fiscales Regij. Constitutio sub tit. de offic. Rationatorum.

Ibi. Rationatores Regiæ Cameræ. Constitutio de officio Rationatorum Fisci §. vltimo.

Ibi si Fiscales. Cōstitutio de officio Sind. Fis. gener § eodē.

Ibi. Item Iudices falsum. Constitutio de iud. §. & quando sepissimè.

Ibi officiales procedentes per præcepta pœnalia. Constitutio de Accusat. §. omnibus Iusdicentibus de his Sigismon. Scaccia cap. 58. tit. de Monitor. nu. 9. Ordinibus quoque Sena-

tus

tus cautum est, quòd non concedatur facultas procedendi per præcepta pęnalia nisi in casibus grauioribus vbi indicia non sufficiunt ad inquirendum, & probabiles suspiciones adsint contra citandos.

Fol. 43, *Mulier Christianam*. Constitutio de Pęnis. §. Iudex carnali Alciat. conf. 11. lib. 7. tomo 2. Menoch. cas. 290. de Arbitr. Ind. Caball. Resol. crimin. cas. 4. quod statutum.

I*bi faciens Robariam*. Constitutio de Pęnis §. si quis fecerit robariam. Dixi supra.

I*bi ciues, & Incolæ*. Constitutio de Pœnis §. omnibus ciuibus.

I*bi item si stipendiarij*. Constitutio de Pęnis §. omnes qui à Principe.

I*bi Decuriones*. Constitutio de Pęnis §. Decuriones.

I*bi alia*: Exprimuntur casus quibus imponitur pęna priuationis officij, & grauior arbitrio Principis, vel Senat⁹.

I*bi si Referendarij vide* Constitutionem de officio quæst. ordin. §. His quæ, & in §. Referendarij ciuit. §. eritq; officij.

I*bi si exequutores Cameræ*. Constitutio de offic. de exequut. Fisci §. 1. in fine.

§. *Captura*.

Fol. 110. *tit. qualiter* Index.

HIc obserua formulam formandi comparitiones præuentorias ad tollendam capturam, sed tamen ne confidas non omnis depouitur timor; & cum detentus fueris parum tibi proderit hæc securitas parata per fideiussioné, nam vel solet Senatus concedere litteras, quòd vbi fideiussio sit leuis, nec respondeat qualitati delicti reus detineatur, vbi autem detentus fueris, statim tibi os occluditur, vel alia inuenitur excusatio quæ te fallat, & circumueniat.

Tit. De captura. Cap. Concessa Fol. 112.

Plura inde licet colligere.

Primò quòd familia nō potest aliquem detinere nisi inueniatur in flagrāti, quæ depræhēsio multis modis contingere potest. Primò si quis inueniatur de nocte incedens per

Vrbem

Vrbem fine lumine cum armis vltra horam secundam; vel furem in actu furandi cum aliis exemplis hic allatis quæ legenda sunt, & quales sunt effectus, quòd quis in flagranti depræhendatur vide Marsil. in l. vnica nu. 120. C. Rapt. Virgin. Farin. q. 21. nu. 137, & seq. tit. de delict.

Nuncius Prætoris non potest capere nisi ostendat licentiam capiendi subsignatam à Iudice Boss. tit. de citatione nu. 12. vers. quòd nuncius: fallit in casibus hic annotatis.

Captura potest impediri si desit licentia Iudicis: auctor hic: de hoc Farin. q. 27. tit. de carcer. in 1. vol.

Carcerem etiam priuatum committit familia si detinet aliquem sine mandato Iudicis tex. in l. neminem C. exhiben. Reis. Farin. d. q. 27. num. 8. vers. quarta sit conclusio, vbi etiam multa in materia Carceris priuati.

Et propius ad capturam Satellitum quo casu sint eis cócessæ absque mandato Iudicis idem Farin. q. 32. nume. 33. cum seqq. & an liceat eis resistere in casibus in quibus mandato Iudicis ad capiendum opus est dicto nu. 33. Tu tamen ne te in hoc periculum conijcias nisi in casu in quo.

Nulla salus victis, Nullam sperare salutem.

Et sic in casu in quo scis te vocari ad pœnã mortis, quàm aliter effugere non possis, nam tunc conuenit, vt versetur ante oculos tuos Prouerbium illud.

ò Mercante ò Capelletto.

Statutum Mediolanense ciuile de carcere priuato literaliter refertur ab authore.

Fol. 113. Ibi & quis per vim.

Potest hæc pars iungi cum sequenti tit. de Pœna tribuantis aliquem.

Superioribus annis fuit detentus quidam nob. Feudatarius qui coegerat per vim armatum quendam facere ei obligationem scutorum quinquecentum, non sine insigni pœna fuit dimissus, & adhuc viuit, & in publicis deambulationibus cum alijs conspicitur, cum verecundiæ fines pertransierit. Contra hos prodita est lex Iulia de vi publica, & de hac materia plura apud Boss. tit. de pluribus violent. Tiber. Decian. 2. tract. crimin. lib. 8. cap. 1, & seqq.

§. Carcer Priuatus.

Ibi aduertendum est Fol. 113.

NOta casus in quibus liceat impunè priuatum carcerem exercere, & hi casus frequenter accidunt ideo semper habe ante oculos hæc stratagemata.

Ibi. Quicumque pignorationem Fol. 114. linea 6.

Non euaderet hic pœnas cridarum Suæ Excellentiæ qui propria authoritate hæc faceret, ideoque tam vsu quàm per dictum edictum abrogatum est in omnibus hoc statutum, nisi in casibus in quibus permittitur, vel à iure communi, vel à statuto, vt in casu statuti cap. 406. vol. 2.

Ibi itaque si cassas Fol. 114. linea 16.

Plura apud Farin. dicta q. 32. q te redimet ab hoc labore.

§. Ne quis contra quem in ius &c.

Fol. 115. Ibi Prohibitum.

CAusæ prohibitæ exequutionis expediuntur per Iudices ordinarios, in causis tamen dumtaxat ciuilibus ex ordinibus Senatus anni 1580. §. non audiantur.

An credatur nuncio referenti sibi fuisse prohibitam exequutionem Boss. tit. de denunt. num. 12. & conclud. quod tantùm creditur ad instructionem & vt possit veniri in cognitionem veritatis, non autem vt ipsa probet. Plenius apud Mascard. de Probat. conclus. 1120. nu. 8. littera Nuncij lib. 2. Farin. de Indic. & tort. q. 56. vbi inscribitur argumentum in hunc modum.

De eximente aliquem è manibus familiæ plura apud Farin. q. 32. vbi quòd eximens captum à manu familiæ &c. quando, & qua pœna puniatur, & quando liceat Iudici & eorum exequutoribus impunè resistere, & è contra quando liceat exequutoribus resistentes vulnerare, & occidere addo Baiard. ad Clar. q. 68. Plura differentem.

Ibi modò in exequutionibus.

Vide in tit. de extraord. execut. fam. & tit. de accusat. §. & quia.

Fol.

§. Captura.

CAptura exerceri non potest in alio territorio, & captus statim relaxandus est, etiam si familia ceperit eum insequi in suo territorio Bosl. de captura nu. 35.

Circa hanc materiam videri possunt multæ quæstiones apud Rebuff. in suo tractatu de litteris requisitorijs, seu Rogatorijs, & an, & quando Magistratus rogati id quod mandant exequi debent lib. 2. Constit. Gallic. Addo Foler in Pract. crimin. caus. in 1. par. secundæ partis in verbo notatos capiat de persona num. 21. cum seqq.

Ibi De legatus autem Fol. 115. linea 33.

Quòd delegatus à Principe seu Senatu, vbique in territorio tamen Principis capi facere potest malefactorem absq; litteris subsidialibus, prout est de præsenti Illustris Capitaneus Iustitię Io. Thomas Gallaratus summæ prudentiæ vir hæres bonorum, & animi Illustris Senatoris Alphonsi qui & ipse dicto officio præfuit amboque Senatores cum exultatione bonorum ciuium creati; nam Capitaneus fundatam habet intentionem suam super toto statu Mediolani declarando, vt in Constitutione sub tit. de officio Capitanei Iustitiæ Mediolani.

Ibi. Illud etiam cauendum Fol. 115.

Scripsi abundè ad Praxim Trãquilli Ambrosini quęnam inconuenientia ex eiusmodi concessione indiscreta sequuta sint; locum illum adeas, & scripsi pro Ludouico Martignono Mercatore auri, contra Luranos.

Ibi sed si capiendus Fol. 116.

Assentit Foller. in ver. notatos capiat de persona nu. 4. domus enim non debet esse perfugium delinquentium, ideò rectè hodie prosternuntur Iodoc. cap. 5. num. 15. 16. 17. Id enim facit exequutor etiam quòd nihil in commissione dicatur præterquam de capiendo licentia verùm enim hec potestas per modum consequentis necessarij, quod benè sciunt nostri Apparitores absque legum allegatione, aut alia authoritate, qui etiam hac authoritate immodestè abutuntur.

Fol. 116. Ibi quando autem. iam sunt consignati.

§. *De fugæ Indicio.*

DE effractoribus carcerum Farin. q. 30. Ibi extat integer tractatus de carceres frangente, & ab illis fugiente quomodo, & quando puniatur, quidquid enim excogitari potest in eum locum releganit.

Fuga carcerati quale indicium præstet abundè hic author, sed tamen tu vide fusius Modern. Roman. cons. 30. q. 48. in tract. de Indic. Plot. l. si quando nume. 883. vers. quintum iudicium C. vnde vndeui Baiard. ad Clar. q. 21. num. 83. vers. Fuga cum multis sequentibus.

Quòd feudatarij debeant tenere tutum carcerem sub pena extat ordo Senatus anni 1550. vltimo Maij inter ordinationes Senatus fol. 34.

De fugæ Indicio vide Farin. cons. 19. nume. 6. & ibi add. cons. 88. nu. 3. 10. Et sicut fuga facit indicium, ita non fugere quando quis potest excludit delicti præsumptionem Farin. dicto cons. 19. nu. 26. Nam contrariorum idem est iudicium.

Auxilium ad fugam quomodo puniatur. Nos habemus Constitutionem tit. De pœnis. §. faciens vt quis euadat Farin. d. q. 30. nu. 97. & quid secundum Constitutiones Pontificias.

Et quid in eximente se ipsum de carcere Farin. d. q. 32. n. 22. vers. Amplia tertio.

Statutum de pœna arbitrio Potestatis contra impedientes volentes capere malefactores incip. Dominus Potestas est in ordine 113. in criminalibus, quod statutum recipit interpretationem ab articulo ne quis eum qui in ius vocatus est vi eximat, de quo diffusè Farin. d. q. 32. per totum.

Ibi Iudices in concedendis Fol. 118. circa finem.

Scripsi latè ad Ambrosinum in scholijs ad eum me remitto.

Optimum est quòd Indices seruent hic disposita ad vnguem vide ad hæc Farin. q. 27. Borgn. n. decis. prima nu. 28.

Ibi vltimo quendam mi. 119.

Est singularis quæstio de qua Foller. in pract. crimin. caus. tit. & in carcerem Salyc. in l. bonæ fidei C. Reb. cred. Farin. q. 30. nu. 74. vers. etsi hæc.

Fol.

Fol. 119. Tit. De Inquisitione.

§. Inquisitio,

APud Farin.q.prima.De Inquif.vſque ad titulum de accuſat.

Præceptorum pœnalium materia eſt in frequenti vſu penes Senatum,& Principem ex authoritate tributa per Conſtitutiones tit.De accuſat.§.omnibus; Multa etiam appoſita per Nattam conſ.594.Boſſ.tit.quomodo proced.per præcepta pœnalia nu.6.7.8.12.Scripſi pro Ill. Comite Hieronymo Morono Stampa,cum fuiſſet ei intimatum præceptum ſub pœna ſcutorum decem mille, vt ſe conſignaret, quem eo tempore vidi fundentem lachrimas, cum ſit horribilis hæc praxis:Verùm Princeps cognito illius nimio rigore,& heroicis illius virtutibus qui labores pro Patria cum bonorum ſuorum iactura ſuſtinuit,illud remiſſit contentus ſola comminatione.De his Scaccia cap.58.nu.5.& apud eũdem cap.85.& alibi in Indice.

Ibi nec etiam admittere Fol.119.

SAnctiſsima fuit Conſtitutio ſub titu.De accuſat.§. Nec etiam,ne detur materia delatoribus vexandi quem indebitè.Imò cum ſub Præſide Senatus Petro Paulo Arrigono conarentur aliqui abuſum introducere in hoc ſtatu immittendi notulas in capſulas in quibus deferebantur clam homines cum Titulis delictorum,non fuerunt admiſsi, cuius pijs manibus nos plurimum debemus,& pro eo ad Dominum orare.

Ibi Inquiſitiones de animo deliberato Fol.120.

OFficium Fiſcalium , ſeu Aduocatorum Fiſcalium, ſeu Syndicorum quale ſit;Hoc totum excipitur ex Conſtitutionibus ſub tit.De Aduoc.& Synd.Fiſcal. & quòd Inquiſitio de animo deliberato ſit ſubſcribẽda ab vno ex Aduoc. Fiſcalibus, in locis vbi ſunt Aduocati Fiſcales, ſin minus Syndico,& hoc inconcuſsè ſeruatur; Et rectè fuit hoc prouiſum,cum agatur de re magni momenti licèt enim agatur de Fiſci vtilitate informando Inquiſitionem animo deliberato,non tamen Principes volunt ditari ex bonis ſubditorum niſi quatenus delicti neceſſitas poſtulat,cum Fiſci munus in

hoc

hoc consistat, non solùm vt de re fisci sit sollicitus, sed etiã priuatorum, ne iniuriosè cum eis agatur, formando Inquisitiones indebitas cum expressione animi deliberati, cum non tantùm inhiare deceat eorum commodis, sed & subditorum suorum: Quare laudatur Dux Parmæ, qui exactã pœnam, & confiscata bona nonnullis Rebellibus, ea quæ Fisco suo debebantur destinauit pro maiore parte ad erigendum Montem Pietatis, & ad locandum nuptui pauperculas filias: non enim se eorum auere sanguinem, & bona visus est, sed tantùm qui in eum conspirarunt, & extinctionem familiæ, cum essent citra spem emendationis, pœnas legitimas darent. *Tragedia est nota.*

Vers. Et illud obseruandum erit linea 26. Fol. 120.

In inquisitione quando addenda sint verba scienter, & dolosè, optimè distinguit author hic, vt addantur in delictis quæ de se non sunt illicita de sui natura, quæ ciuilia sunt, ex eo quòd habeant solum fomentum à iure ciuili quę qualia sint hic referuntur. Illicita enim de sui natura sunt Homicidium: falsum, & similia; & quando à dolo essentiam accipiunt Iccircò ea verba non requiruntur, quia in eis dolus præsumitur; est tex. in l. 1. C. ad l. Cornel, de Sicar. & l. si non conuicij C. de iniurijs, & multis illationibus comprobat insignis Iac. Menoch. de Præs. lib. 5. præs. 3. nu. 25. vers. Prima itaque cum numeris seqq.

§. *Bannitus.*

Ibi vt receptare Bannitum fol. 120. linea 29. Plura supra eo titulo.

AD compescendam auiditatem latrunculatorum; qui cum bannitum aliquem in potestate habent, solliciti sunt in explorando vbi nam tempore banni fuerint, cum quibus hospitati sunt, aut conuersati, extat ordo Senatus anni 1585. die 3. Nouembris de quo supra mentionem feci, dominum domus non esse molestandum in qua banniti ipso inscio receptati sunt: nuper cum fuisset captus hospes Rosati, eo quod quidam bannitus itinerando bibisset in transitu, & fuisset contra eum instructus processus, dixi nequaquam procedi potuisse, fuit tandem post multa dispendia

dia absolutus, vt satis admirer quomodo hæc tribunalia in quibus hæ oppressiones feriuntur. *Non tellus ima dehiscat, aut Pater omnipotens adigat hac fulmina ad umbras, Pallentesque umbras Herebi, noctemque proffundam.* Video enim (Proh tempora) non nisi post afflictas pauperum opes iustitiam veluti à Senatu extorqueri, ad quem confugitur post plagas illatas, à Iudicibus inferioribus qui sanè prouidet indemnitati, sed serò propter innumeras occupationes, & molem negotiorum ego sanè super his satis commoueor, & videre videor impendentem huic Vrbi ruinam, cum verificentur verba Poetæ. *In pretio, pretium nunc est.*

Aliud extat decretum Senatus anni 1595. diei 9. Ianuarij quo cauetur, quòd associatio banniti ad effectum capiendi etiam bannitum non est punibilis, sic nec delatio sclopi rotati Velpell. conf. 68. nu. 7. & conf. 30. nu. 14. Farin. q. 133. per totum ubi plura in materia receptationis bannitorum de his Caball. conf. 287. & 294. nu. 148.

Fol. 120. Quo verò ad diem circa finem.

Videndus Clar. q. 12. vers. Dixi, cum Farin. tit. De Inquisit. q. 1. nu. 18. Ibi vide quando sit necessaria expressio diei.

Ibi nisi obstaret Decretum Senatus fol. 1 2. linea 12.

Circa reformandas Inquisitiones, quotidie occurrunt quæstiones dum Iudices difficulter admittunt disceptationem super reformanda Inquisitione nisi reis constitutis in carceribus, sed ego dixi, & obtinui vt reformentur, quando ex facie illius qualitas deducta in Inquisitione non resultat, vt nuper accidit in quodam nobili, qui fuit capitaliter condemnatus de Robaria cum ex ea appareret de simplici vi publica adhibita non ad robandum, sed rapiendum vi; & verè ille Prætor Bergomi erat vnum pecus; sic in causa cuiusdam de Mentiaghis, qui in loco lissoni cum bacculo occiderat quendam textorem, cum formata fuisset Inquisitio cum expressa qualitate animi deliberati, Senatus iussit reformari inquisitionem, & animum deliberatum tolli, quo sublato habita pace ab offensi hæredibus obtiunit gratiam, quã alioquin non obtinuisset, cũ reseruatus sit casus Homicidij deliberati ne nostri Principes possint idulgere, & gratias conferre, qui casus singuli recensentur inter ordines Sena-

Cc tus,

tus, præter eos qui in ordinibus Vormatiensibus continentur, videlicet. Rebellionis, læsæ Maiestatis hæc autem his adijcere placet.

Casus reseruati Regiæ Maestati.

Homicidium ab eo commissum, qui duo alia homicidia patrauit, etiam si damnatus non sit.

Vulnus proditoriè sclopo rotato illatum, etiam si mors sequuta non sit.

Diminutionem monetarum, vbi amplius, quã semel fiat.

Raptum mulieris honestæ, etiam quòd copula non sequatur.

Vsum venereum cum Sanctimoniali in habitu, intra Monasterium degente.

Sodomiam.

Spoliatores viatorum, seu derobatores stratarum.

Adulterantes sigillum Principis, vel Senatus.

Propinationem Veneni.

Cedem Officialis Ducalis.

Qui seditionem mouent, populumque aut Plebem aduersus Principis, vel Senatus decreta aut prouisiones cõcitant.

Qui Testimonium falsum in causa in qua ingeratur pœna mortis naturalis ad alterius offensam dicunt, aut ab alio dici curant, aut mandant.

Qui exequutiones Reorum, vbi de mortis, aut mutilationis membrorum pęna agatur impediunt, aut ab alijs impediri curant, aut mandant.

Hæc excepta sunt ex ordinibus Segouiæ diei 19. mensis Augusti 1565. Sign. El Rey. Vargas Vidit Casatus Regens.

§. *Inquisitio.*

Circa Inquisitiones reformandas cum statuto Mediolani caueretur, ne possent reformari, & iterato Senatus anno 1555. sub die vltimo Nouembris, Posse iterum reformari non obstante dicto statuto. Circa hoc vide Boss. titu. De Inquisit. nu. 102 cum seqq.

Circa qualitatem indiciorum, quæ requiruntur ad formã-

dam

dam Inquisitionem, prætermitti hæc quæstio potest, cum adsint pleni tractatus toto tit. per Farin. De indic. & consider. ante Tortur. Illud obiter scias, quod ea indicia, quæ sufficiunt ad torturam ea sufficiunt ad Inquisitionem formandam, sed de his satis.

Tit. De intimatione Inquisitionis fol. 124.

Ibi procedant iusdicentes. Constitutio posita est sub titu. De accusat. §. Procedant. Ibi docetur modus, & Praxis procedendi contra absentes Gaudin. in sua quæstione. An in loco Homicidij in fine eius operis Bart. in l. 1. C. summa Trin. & fid Cathol.

De materia fictæ confessionis vid. Marsil. in Praxi. l. Postquam nu. 46. Et an admittatur Procurator ad allegandum innocentiam rei inquisiti vide Farin. q. 99. per totum vbi est locus insignis post Clar. q. 32.

De hac citatione plura trad. Clar. q. 31.

De nullitate contingente ex defectu citationis vide Boss. De nullit. aduers. sent.

Pendente causa nullitatis sententiæ supersedendum est ab exequutione Clar. q. 94. vers. Scias autem.

Procurator an possit interuenire in causa nullitatis, ibidem remissiuè vers. Quamuis in causa.

An ea nullitas conualidetur ex confessione vera Farin. q. 11. nu. 34. in fine fol. 49. atergo.

Quòd citatio maleficij fiat in præsentia testium.

Circa citationis modum, seruandum est Statutum sub ca. 411. vol. primo Quod statutum etsi positum sit in ciuilibus, attamen precisè loquitur in processibus maleficij.

Et circa defectum citationis sciendum est, quod non solet Senatus admittere nullitatem ex defectu citationis, nisi reo in carceribus constituto, quod semper durum mihi visum est, quia hæc exceptio non tangit merita causæ, & seorsum examinatur causa. Viderint alij.

Ibi & ista comparitio fol. 128.

Nota quòd sententia est nulla quando proceditur nō cōcesso termino ad certiorandum videndus Farin. supra allegatus post Foller. in Praxi tit. Audiantur excusationes.

Ibi comparuit fol. 128.

Formula comparitionis in qua allegatur absentia rei per

Procuratorem hic habetur ad extensum.

Quid seruandum quando plures numero citantur.

Puta vnus pro homicidio, al j vti auxiliatores, vbi vers. quando autem, & praxis est multum vtilis ad euadendum carceres, quæ non placet Iudicibus, & minus notarijs anhelantibus ad sportulas constitutorum.

Causæ proponendæ ad processum impediendum sigillatim recensentur ab authore, & in epilogum rediguntur quas obserua.

Exceptio Banni occisi proponitur reo constituto in carceribus vid Clar. q. 32. fallit tamen quando esset nominatus in cridis proponentibus præmium occidenti certam personam, quia non est opus consignatione, & ita sæpe obtentum.

Fol. 130. Tit. de Bannito.

§. *Bannitus.*

De banno quod datur post Inquisitionem author hic differit.

Formula banni contra reum contumacem de hac Boss. tit. de Bann. & de excusionibus quæ dantur bannitis contra bannum Boss. tit. de banni nullitate.

Bannum inordinatè datum, & sine ordine iudiciario debet cancellari, & non essequi Marsil. in tract. de Bannit. in verbo facti nu. 13, & in verbo iuris ordine nu. 29, & multa plura apud Farin. q. 11. nu. 39. cum seqq. numeris. Posset enim iustum volumen confici.

Fol. 132. De Peremptorio.

Vis clausulæ quæ in peremptorijs citationibus apponi solet, videlicet & successiuè singulis diebus, & horis, non tamen assentior authori hic quocumque tempore fieri posse condemnationem virtute illius clausulæ, nam debet restringi ad modicum tempus, attamen talis citatio esset nimis vaga, & indiscreta Vid. Bald. cons. 268. factum lib. 1.

De Peremptorijs plura Carpan. ad statutum cap. 5. per totum 1. volumine.

Proxima ad materiam citationum, quæ fiunt in criminalibus Vid. Clar. q. 31. per totum eundem in quæst. 94.

vbi

vbi an statim lapso peremptorio debeant cōdemnari, quod sic ex obseruantia fori nostri criminalis.

Vniuersitas quomodo sit citanda docet author hoc in loco. Tu vide affinem meum Losæum Senatorē in suo tract. vniuersitatis par. 2. cap. 1. nu. 62. vers. hactenus vidimus.

Carcerato an possit intimari citatio distinguit author, & optima est eius distinctio, cui inseruiūt scripta per Odd. in suo tract. de restit. minor. q. 7. nu. 36. q. 7, & alibi in indice.

§. *Sententiæ exequutione.*

Fol. 133. Tit. De Sententi. Diffinit.

Formula sententiæ diffinitiuæ contra absentem contumacem refertur à Claro q. 20. in fine ab eodem in q. 93. vers. fuit aliquando vbi multa apposite ad materiam, hanc formulam habent ad manus Notarij bancorum criminalium ad vnguem.

Quòd Iudices debeant iudicare secundum leges, & secundum probata, & non secundū cōscientiā. Hoc potest exornari ex multis adductis per Didac. Couar. cap. Raynaldus §. 11. nu. 3. fol. mihi 102. Decian. tract. 1. crimin. lib. 2. cui tit. est de conscientiæ veritate.

Ibi Item aduertent. Fol. 135. linea 10.

Vide Clar. q. 99. vers. vlt. quæro, vbi quando quis est cōdemnatus pluribus pœnis, quomodo sit facienda exequutio Farin. lib. 1. q. 22. cui tit. est delicta plura quando dicantur commissa, & quando vnica, vel pluribus pœnis puniantur.

Ibi Cauebunt etiam Fol. 135. linea 25.

Ille ordo fuit editus in anno 1582. die 8. Maij registratus inter ordines Senatus vide responsum Tiber. Deciani 95. 96. lib. 3.

Ibi si autem plures occiderint, Fol. 135. lin. 25.

Vide post Clar. in §. Homicidium, vers. sed hic incidenter Menoch. de Arbitr. Iudic. cas. 362. Gomez. tit. de delictis cap. 3. nu. 96. Farin. q. 96. per multos numeros.

In vna confiscationis bonorum, & restitutionis Gratiosæ scripsi pro nobilibus Bottis.

§. Publicatio bonorum.

Casus in quibus locus est confiscationi bonorum sigillatim referuntur ab authore hic.

Primò. In conducente blada, seu Orizam, Farinam, seu leguinina extra statum Constitutio de Præfect. Annon. §. Nemini liceat.

Ibi Referendarij Fol. 136.

Vide Constitutionem tit. de refferendarijs Ciuitatum §. Nec in eis.

Ibi fabricatoribus Fol. 136.

Vide Constitutionem sub tit. de Monetis in principio.

Ibi in quocumque crimine lasæ Maestatis.

Ibidem vide Const. sub tit. de crimine læsę maestatis.

Ibi in quocumque crimine.

Vide Constitutionem tit. de Raptu mulierum.

Ibi omnium qui in contumaciam Fol. 136. lin. 20.

Vide Constitutionem sub tit. de iure, & Priuil. Fisci §. omnium circa quam latè insistit Plot. in suo Indice ad Reper. l. si quando C. vndeui.

An in causa quærelæ falsæ habeat locum confiscatio bonorum calumniatoris veri, vide Io. Baptistam Costam in cons. 42. per totum.

Ibi item ex causa abortus Fol. 137, linea 24.

Vide Constitutionem sub tit. de Penis §. si quis ex proposito vide Menoch. cas. 307. de Arbitr. Iud.

Ibi item in Copula. Ibidem.

Vide Constitutionem de Pęnis §. Iudeus Alciat. cons. 11. lib. 7. tomo 2. Caball. casu 4. resol. crimin.

Ibi laicus linea 28.

Constitutio de Pœnis carnali decis. Triuis. 89. lib. 2. casus. crimin. & Decis. 57.

Ibi item qui ensem enudauerint linea 30.

Constitutio de Pęnis §. Quicumque ensem.

Ibi item si officiales linea 32. ibidem.

Constitutio de Offic. Vicar. General. §. Iusdicentes vide decretum inter ordines Senatus anni 1567. die 3. Decembris & anni 1573. die 14. Nouembris, & 1575. die 19. Nouembris

Ibi.

§. *De pœnis.*

Ibi. Item in crimine Duelli.

COnstitutio de pœnis.§.In hoc Dominio Alba conf.617. in fine lib.3.

Ibi item si familiaris.

Constitutio de iure Fisci §.Nullus fami liaris.

Ibi qui edificat.

Constitutio De iure,& Priuilegio Fisci. §. Communitatibus vide Alciat.conf.21.libro quinto.

Ibi item in materia fraudationis salis.

Constitutio. De Publican.& vectig.§.primo.

Ibi Vicarius,& Duodecim Prouisionum.

Cõstitutio.De Vicario Prouisionum.§.Vicarius, & XII.

Ibi item mercatores.

Constitutio.De offic.Abb.& Consulum mercatorum.§. omnibus vide ordinem anni 1554 die quarto Maij conformem cum hac Constitutione.

Fol.138. Ibi aliqui sunt etiam casus.

Constitutio de meretricibus.§.primo & ad eius intellectum vid.Gaspar.Antonium Thesaur.q forensi 33.lib.primo.Menoch.de arbitr.iud.cas.434.fol.49.In Nouissimis additionibus.

Ibi item in venditione bonorum.

Constitutio de iure, & priuil.Fisci.§.omnibus ad quam vi de Alb.conf.640.

Ibi item si fieret venditio.

Constitutio de oneribus.§.primo.

Ibi item in habentibus sostras.

Constitutio.De public.& vectig §.Habentes.

Ibi item si feudatarii.

Constitutio.De Publican.§.feudatariis.

Fol.138. Ibi vbi subditus.

Constitutio.De Priuil.Fisci.§.vbi subditus.

Ibi quando autem fol.139.

Vide ordinem Senatus anni 1558.die 20. Octobris inter ordines Senatus fol.34.

Ibi item si contingat ibidem.

Vide Constitutionem. De feudis.§.fin.

Fol. 139. Quid agatur secuta condemnatione pecuniaria vel capitali.

Vfficium Panigarolarum est ad hoc erectum, & ibi describuntur in Albo Banniti, ideò expedit, quòd vbi fiat gratia bannito, aut aliter ille absoluatur per viam Iustitiæ cancellentur de Albo, alioquin impunè possunt banniti occidi, ideò vigila, nec te somnus occupet, quia agitur de maxima rerum.

Quæ incumbant Quæstoribus videri possunt in Constit. tit. De offic. Quæst. extraordin.

Forma edicti seu Cridarum Magistralium habetur in Constitutione sub eodem tit. §. Quilibet, & ad illius materiam viden. Peregrin. De iure Fisci lib 5. tit. De Publicat. bonorum post Boss. tit. De proclamat. Quòd fit bonis publicatis. Plot. in suo Indice ad l. si quando C. vnde vi.

Statuta hæc criminalia de bonis bannitorum notificandis vt plurimum abolita sunt, vel per Constitutiones Cæsareas, vel per consuetudinem contrariam in casibus tamẽ in quibus non esset derogatum, seruandæ forent iuris communes Regulæ.

Hæc omnia statuta criminalia posita sunt sub Rubr. Genes. De offic. indic. ad bona bannitorum de rebellione, & Maleficio, in quibus insistere superuacaneus est labor.

Fol. 146. Ibi executio autem omnium linea 34.

Constitutio. De offic. Quæst. extraordin. §. exequutio.

Ibi si verò fol. 147. linea 3.

Tota hæc Praxis desumitur ex Claro q. 45. vbi latè, qualiter reo personaliter comparente procedatur.

Ibi vbi verò agitur de pœna pecuniaria fol. 148. linea 18.

Aduerte ad Constitutionem titu. De Accusat. § Rei vbi non mancipantur, nisi vbi agitur de pœna corporis afflictiua super qua consuluit Alba cons. 722. lib. 2.

§. Accusatio.

Fol. 149. Defectu legitimi Accusatoris.

NImis compendiaria est hæc Theorica, ideò recurre ad Tiber. Decian. in 2. tract. crimin. lib. 3. cap. 36. tit. Alieno

no nomine quando liceat accusare, & sub cap. 38. De his, qui accus. non poss. ratione dignitatis officij, & reuerentiæ Clar. q. 15. & ibi Baiard. Et an sit necessaria exceptio inhabilitatis, vt proponantur à partibus, & an Iudex ex officio debeat repellere ibidem post Conrad. titu. De accusat. nu. 141. Et primo sit procedendum super inhabilitate accusatoris, & rei Farin. tit. De accusat. q. 12. per totum.

Accusatus non potest reacusare, accusatorem suum ex ordine Senatus 1570. Die 10. Iulij quem declarat Iul. Clar. q. 14. Per nonnullos casus.

Vberrimum responsum pro Nob. Thoma Cropello in quæstione insigni.

Ibi suorum linea 19. fol. 149.

Suorum appellatione vide Peregrin. De fideicom. artic. 22. num. 38.

Ibi. Qui etiam successiue circa finem.

Vide Clar. q. 14. per totum.

Ibi quod autem attinet fol. 150. linea quarta.

Hoc Decretum in quibus cas. crimin. proced. non potest habet materiam inexhaustam, & de ea agit Boss. sub tit. De Decreto, & nuper impressus inter operam Io. Baptistæ Catiatij I.C. Bononiensis tractatus Fran. Ponzinilij, qui fuit à me exornatus, nonnullis additionibus, & Responsis, in qua materia plura responsa edidi, quæ per me cum alijs imprimentur.

Ibi & quia quandoque ad falsat.

Vide Constitutionem sub titu. de Accusat. §. & quia & sub tit. De exequut. & fam iudic. Habes etiam statutum in primo vol. fol. 85. sub rubr. gener. In quos, & quas res, & personas fieri prohib. exequutiones, & in 2. volu. fol. 62. à fronte cap. 185. incip. Declaratur.

Ibi & quia inoluerat fol. 150. linea 12.

Vide dictum Decretum Senatus, quod tamen non seruatur, quia mittuntur ex familia Consulis eo absente.

Ibi quod non procedatur.

Statutum hoc criminale est positum sub cap. 62. si quis. Caue tamen ne sub velamine præcepti obrepas Iudici, quia à dicto præcepto debet abesse dolus l. si quis obrepserit ff ad l. Cornel. de falsis, Inuis maiore pæna dignus eris obrepens

pens, & componens Iudici, & parti.

Fol. 152. Ibi quod attinet ad Iurisdictionem linea 7.

Vide Constitutionem Tit. De offic. D. Capitanei Iustitiæ cui nunc de anno 1612. præest. Io. Thomas Gallaratus singulari virtute, & modestia præditus, prima facie irrascibilis in actu placabilis, & flexibilis, ad omnem humanitatem natus.

Ibi si in eadem Fol. 152.

Constitutio Tit. De accusat. §. si in eadem. Practicabilis est materia Præuentionis de qua Boss. Tit. De foro compet. per totum Farin. q. 7. per totum; Vide quoq; ordinem Senatus anni 1553. die 14. Aprilis vbi quid seruandum quando plures Iudices in cognitione vnius delicti concurrunt. Isti congressus inter Iudices quottidie audiuntur apud Senatum, nam vnus quisq; in rem suam intentus est, & quod sapit, nutrit,, & inter simplices censetur qui negligit ius suũ.

Ibi Venio ad responsionem fol. 153.

Nota comparitionem ad primam Inquisitionem, cum sit plena lucri, & nomen Rei dicitur receptum inter Reos per hanc responsionem ad not. in Authen. offeratur C. de litis contestat. Clar. q. 45. Vers. & in primis in fine.

Fol. 154. Ibi si autem vellet lucrari linea 12.

§. Confessio.

STatutum hoc criminale positum est sub cap. si quis sponte, & quantum hæc confessio spontanea profit in pęnis pecuniarijs Author hic differit, de his quæ non sequerentur ex dispositione statutorum, sed Constitutionum vel Proclamatum; vide Farin. q. 81. lib. 3. Tiraq. De Pęn. temper. causa xxxi.

Ibi fit monitio generalis in forma.

Huius monitionis meminit Clar. q. 45. Vers. facta An sit necessaria, Vide ibi in fine.

Ibi secundo verò casu fol. 155. in principio.

§. *Comparitio Præuentia.*

PRæuentionis vsus pernecessarius ad euitanda tormenta & memini quod quidam Vicarius criminalis Archiepiscopalis ne hæc præuentio ad eum perferetur se clausit in dictis carceribus, & posuit ad torturam immoderatam Præsbyterum Io. Baptistam Bamphum perfundendo plantas pedum lucido igne liquefacto nil ille confessus est.

§. *Constitutum.*

Constitutionis personalis hic habetur, & sic assolet ferri.

§. *Indicium.*

COpia Indiciorum an, & quando sit danda. Vid. Clar. q. 49. sed nunquid Fab. Turret. cons. 8. lib. 2. Farin. q. 39. nu. 158. 159. De Indic. & tort.

Saluusconductus.

Ibi Aliquando fol. 155.

SCripsi ad Ambrosinum in sua Praxi multa de saluoconductu, & fidantia.

Dum verò Author hic dicit dari eum à Iudicibus fallitur; & de formula multiplici saluiconductus extat formulatium Senatus.

Vide singularem casum in vna saluiconductus in qua fuit iudicatum contra clientem meum infra pro Andrea Binago inter Impressa.

§. *Constitutum.*
Fol. 61. In præsentia.

CItatio ad videndum fieri personalem constitutionem est necessaria, & addi solet, & ad faciendum quascumque

que informationes termino tridui, vel simili termino: dilationes autem conceduntur per Iudicem pro qualitate facti & personarum, & simul citantur duo fiscales vnus Aduocatus, Alter syndicus, alioquin processus esset nullus iux. Constitutiones tit. de Aduoc. & Sind. fiscali §. quod si alio modo.

Ibi eo amplius fol. 156. linea 21.

Vide Constitutionem tit. De Accusat. §. Et eo amplius ius dicentes.

Ibi & per ordines fol. 156. linea 39.

Vide plures ordines Senatus fol. 61. anni 1551. Die 26. Nouembris.

Ibi. Constituto reo, siue sponte fol. 157.

Plura egi de interrogationibus faciendi per Iudices reis in additionibus ad Ambrosin. vide hic Clar. q. 45. vers. Debet autem.

Ibi & Iudex in examine fol. 157. linea 20.

Id si factum fuisset in causa Cosmæ Gentilis Iannensis cui fuit amputatum caput ob homicidium Illustrissimi Iosephi Aragonij filij Illustrissimi, & Excellentissimi Dó Caroli Ducis Terrænouæ, & Gubernatoris huius status non fuisset punitus morte, nam nullus ei locus relictus est ad se defendendum: fecit mors illa locum Prouerbio, *Lancea, Crux, Clauus*. Viderint qui intelligunt rem prout se habuit.

Ibi quæ inuestigatio linea 23.

§. Indicia.

VIde Farin. in 2. tract. De indicijs q. 52. vbi plura de inditio trepidationis, variationis, vacillationis, titubationis, Palloris, Oscitantiæ, & similium. Vultus enim est tacitus iudex mentis.

Ibi cauebunt fol. 158.

§. Suggestio.

DE hac suggestione plura apud Farinac. q. 83. per totum & Sigismundum Scacc. cap. 86. in discursu.

Ibi

Ibi aduertant etiam ibi linea 30.

Hæc impunitas venit sub nomine suggestionis omni iure prohibitæ per id quod indecens est, quem capi sub nomine alicuius pollicitationis, quæ fiat à Iudice. De hac Clar. q.45. vers. Debet etiam, & quæst.20. vers. Retenta, & plura de hac impunitate per Iudicem promissa per Carthar. in tract. interrogandorum reorum in indice, in littera impunitatis promissio.

Confesso per impunitatem promissam à iudice subuenitur Boss. De confesso per torturam nu.11.

Fol.150, Ibi interrogatus linea prima.

Interrogationis forma obseruanda Iudici in constitutis reorum.

Ibi aliquando linea 14.

§. Tortura.

Reus an, & quando possit torqueri ante editam indiciorum copiam Farin. q.39. nu.107. De indic. ante torturam Clar. q.64.

Repetitio torturæ quando fieri possit, & de ratificatione plura vide in fragmentis meis ad Ambrosin. ad quem te remitto.

Torqueri qui possint Clar. q.64. vers. Quæro an Doctores Farin. q.41.

Obsessus à Dæmone an torqueri possit vide Ruginell. lib. pract. cap 38.

Ibi, & prius quàm fol.160. linea 14.

Torturæ quinque gradus enumerantur Clar. q.64. versic. Nunc plenius Farin. q.38. nu.34 usque ad num.52.

Quatuor ista capita statutorum criminalium scilicet 23. usque ad 29 abolita sunt, nec digna huc afferri, ideo omitti poterant.

§. Relaxatio rei.

Rei è carceribus quando relaxentur vid. Boss. de reo carcer. fideiuss. relax. Farin. q.33. per totum tit. de carcer. Clar.

Clar. per totam q. 46.

Formula ordinationis relaxatoriæ ibi facta responsione.

Formula fideiussionis, & collaudationis exigendæ à reo relaxando fol. 64. in principio.

§. Fideiussor.

Fol. 163. Ibi & nota.

FIdeiussor quando dicatur idoneus Clar. q. 46. vers. Caterum.

Fol. 164. Ibi & fideiussor.

Quis dicatur fideiussor, & quis collaudatur vide hic per Authorem.

Fideiussoris obligatio ex maleficio an transeat ad hæredes Farin. q. 34. nu. 12. 13. & seq. primo volumine.

Mediolani Senatus sanxit fideiussionem transire ad hæredem, ita quòd nunc pro lege hoc obseruandum est, quem ordinem hic subnectere placuit.

Ordo quòd fideiussiones transeant ad hæredes in criminalibus.

MDCXIII. Die 23. Ianuarij.

CVm actũ fuisset in Excellentissimo Senatu Mediolani de cõtrouersia orta ex causa fideiussionis præstitæ ad fauorem fisci Regij per Franciscum Vngaretum de consignando in carcere Bartholameum Aribertum, & de alia orta ex causa alterius fideiussionis præstitæ per Antonium Mariam Datum de consignando Hieronymum Gerenzanum, & in vtroq; casu incidisset quæstio an hæ obligationes susceptę per Ongaretum, & Datum licet sub diuersa forma conceptæ transiuissent ad eorum hæredes, itaut hęredes ipsi conueniri possint principaliter, equè ac ipsi principales fideiussores, licet consignatio viuentibus principalibus fideiussoribus petita non fuisset; quamq; Senatus tam vno, quam altero casu senserit obligationes ad hæredes trãsiuisse, tñ vt in futurum hæ controuersiæ euitarentur, atq; ideo Egr Fiscales Regij opere pretium esse Senatusc õsultu ita statui,

vt

vt posthac Notarij omnes rerum criminalium actus fideiussionum ita conciperent, vt in eis fieret mentio specialis de hæredibus fideiussorum, & ita vt in quemcumq; casum, & sub qualis verborum formula concipiatur stipulatio, semper liceat Regio fisco agere eodem modo aduersus hæredes, quo potuisset agere contra ipsos principales promissores; Senatus agoscens rem hanc publico vtilem fore fiscalium petitioni annuendum esse censuit, atq; ita hoc suo decreto mandat dari de hac re litteras ad omnes huius Prouinciæ iusdicentes, vt hoc Senatusconsultum in suis Prætorijs publicè affigi, & ab Actuarijs suis rerum criminalium serua ri omnino faciant; Verborum autem formulam quibus ipsas promissiones, & obligationes concipi vult hanc quæ sequitur præscribit.

N. obligauit, & obligat hæredes suos ad perstandum omnia, & singula in hac fideiusione contenta iux. formam promissionis ab ipsomet fideiussore, quo ad se ipsum factæ, ita vt ipso fideiussore decedente teneantur nihilominus eius hæredes ad ea omnia, & singula ad quæ ipsemet tenebatur virtute eius promissionis & obligationis. Sign. Alex. Besutius.

Pro filijs, & hæredibus Io. Petri Carpani. contra fiscum Regium.

PRomissio, & obligatio, ac satisdatio etiam ex causa constituti per Io. Petrum Carpanum stat in hunc modum videlicet de consignando, & quòd consignabit Melchionem eius filium in carceribus Egr. Domini Prætoris Mediolani toties, quoties fuerit requisitus, & ad primam monitionem sub pœna scutorum centum Reg. Cam. applic. Item quod stabit iuri, & iudicatum soluet, occasione cuiuscumque interesse partis obligando &c cum clausulis renunciationum apponi solitis, ex stilo, & forma ordinaria.

Prædictus Carpanus viuens nunq; fuit requisitus ad consignandum dictum Melchionem, verum nunc conuenluntur eius filij & hæredes ad allegandum quare condemnari non debeant in dictis scutis centum quo in termino in præcepto eis intimato præfixo, & iam elapso non consignaue-

riu:

rint dictum Melchioné iuxta formam dictæ promissionis.

Ex parte fisci allegatur quod illa fideiussio est transitoria ad heredes, & hoc maxime ob Decretum Senatus anni 1614. die 23. Ianuarij, quo cautum est, & licet dici possit quod illud Decretum trahatur tantum ad futuros casus, non autem præteritos iux. not. in cap. fin. De Constit. Attamen Senatus videtur sensisse quòd eiusmodi obligatio sit transitoria ad hæredes, etiam quòd consignatio, petita non fuerit viuéte principali fideiussore; Nihilominus procedit illud quando simplex promissio desistendo promissa fuisset, sed nostra fideiussio requirit, quòd fideiussor requiratur, nam dicitur eo animo fideiussisse vt ad consignationem prius requiratur, & hæc obligatio requirendi fideiussorem adiectā est, quæ desiderat factum Fisci qui ad firmandam suā actionem contra eum, aut eius hæredem, debet dicere se purificasse conditionem sub qua concepta est obligatio, antequā agatur. Nihil enim hoc in casu potest imputari fideiussori, quia prospexit sibi per pactum monitionis, & requisitionis, & hoc pactum conforme est cum iure communi quòd fideiussor in mora constituatur Roman. in l. stipulatio ista. §. intra certam diem ff. verborum oblig. in vers. 3. Quoniā Castr. cons. 100. Videtur lib. 2. Vbi loquitur, quòd fortius est in fideiussore, qui promisit sistere infra decē dies. Hier. Gabr cons. 173. num. 5. lib 2.

Est etiam aliqua differentia inter primum casum, & secūdum: Nam in promissione, quæ fit absque expressione requisitionis, seu interpellationis censetur fideiussor obligatus statim, & in omnem euentum siue fuerit requisitus, siue nō.

At secus quando ex pacto requiritur interpellatio, & requisitio, tunc secus dicendum est, quia pacta sunt seruanda Osasc. decis. Pedemont. 49. n. 9 & 10. Vbi dicit inspiciendum esse verba promissionis & hoc etiam esse de intentione Farin. tit. De Carcer. q. 34 num. 133. Est etiam hæc opinio multum æqua, quia hoc factum consignationis difficilius explicatur per hæredem ignarum qualitatis eius pro quo promisit, quàm per eum, qui promisit in cuius facultate est eum præsentare, & consignare.

Addatur his, quod Senatus respectu præteritorum promissionum ante editum dictum ordiné nihil disposuit, sed

reliquit in iuris communis dispositione, & licèt præsuppo-
suerit aliter rem se habere, attamen verba præsuppositiua
& enunciatiua propter aliud præcisè non disponunt Crau.
cons. 29. num. 7. Ideò standum est his quæ supra pro veri-
tate scripta sunt.

Quare in themate nostro non tam æqua videtur præten-
sio Fisci, & ita &c. Laus Deo.

Fuerunt hi Patres in contraria sententia, ideò vnusquis-
que in suo sensu abundat, doleo quòd scripta mea legatur,
sua nec legere, nec auribus excipere possim memini quòd
quo tempore Iacobus Menochius cœpit in Senatu sedere,
Aduocatis exci tabat dubitationes dissoluendas, sed citò cō-
silium suum dissolutum est, in eo iuris consultorum ingenia
florere poterant, nunc muta omnia, & sub lege silentij.

Ibi aliquando rei fol. 164.

Vide Clar. q. 46. vers. sed quid agendum.

Fol. 64. Ibi sed an vnus reus Fol. 165. linea 1.

Maleficus an spondeat pro alio malefico, ac vnus carce-
ratus pro alio carcerato vide Iodoc. cap. 20. tit. de fide-
iussore num. 15.

Ibi, & nequid desideretur ibi linea 13.

Verè iste locus est præcipuus ad sciendum qualitatem fi-
deiussionis, & relaxationis carceratorum, sed quia habe-
mus tractatus particulares, ideò non insisto.

Fol. 166. Aduertatur etiam.

§. *Repetitio testis.*

Repetitio hæc necessaria est, & antequàm reus relaxe-
tur protestatio est necessaria de habendis testibus prò
repetitis, alioquin processus esset nullus vide cumulata à
me ad Ambrosin. in indice.

Fol. 166. Quotiescunque.

Hic locus est plenus succo, & vtilitate, & eliciuntur plu-
ra scitu digna.

Primò. Quòd repetitio testis fit cum omnibus illis qua-
litatibus, ac fierent si hic testis inique fuisset examinatus &
in testem receptus, & debet de nouo iurare hic desumitur
ex Claro q. 45. vers. Cęterùm. Dd Se-

Secundò. Ex eodem Claro in dicto loco; quòd non tortura opus est in socio criminis in testem examinato cum prima illa tortura ad habilitandum testem illata non sufficiat ad fidem faciendum in præiuditium tertij, & ita censuit Senatus in causa nobilis Desiderij Ferarij, nam cũ quidam deposuisset quòd dictus Desiderius eum subornasset, Senatus censuit in hunc modu videlicet. [Quod attinet ad Ferrarium planè cognouimus Bagnagum illum testem qui in 2. examine Ferrarium ipsum grauat de subornatione nõ potuisse eum interrogari de subornatione, & cum fateatur se passum fuisse subornationem, faciatque se propterea infamem, debuisset eum iterum torturæ subijcere vt purgaret infamiam, & faceret indicium contra subornatorem, cum id factum non fuerit, non debuisse per vos super eo fundamentum fieri, nec reum ferrarium dici, ideò mandamus vt posthac diligẽtius aduertatis, Ferrariũ autem absoluatis.]

Tertiò. Quòd testes non repetuntur post condemnationem quando reus est admissus ad nouas defensiones quia habentur pro legitimè citatis in odium contumaciæ bãniti.

Quartò. Quòd repetitio fieri debet parte citata, scripsi in annotationibus ad Ambrosin. Vid. in indice in littera repetitio, confrontatio.

Quintò. Quòd intercedente confrontatione ea habet vim repetitionis scripsi vt supra addo Iodoc. cap. 47. fol. 98. Scacc. caus. ciuil. & crimin. in suo indice in verbo confrontatione.

Sextò. Protestatio de habendis testibus pro repetitis, tollit necessitatem repetendi testes plura apud Carthar. de interrogat. reorum in indice testes, cum reo negante per plures numeros.

Septimò. Quòd protestatio prædicta debet fieri per reũ, aut procuratorem specialem.

Octauò. Quæ sit vis memoratæ protestationis, & quid operetur.

Nonò. Quid si testis neget se illum esse qui testimoniũ tulit, & qui sub eo nomine sit scriptus, facienda est recognitio à Magistratu qui eum recepit, & ab ipsomet producente, & per alia argumenta nam identitas personarum probanda est per coniecturas Mascard. de Prob. lib. 2. littera identitas.

Quo autem ad actum Fol. 167. circa finem.

§. *Confrontatio.*

CONfrontatio an sit necessaria Clar. q. 45. vers. sed in proposito, & plura apud Scacc. supra citatum in indice Iodoc. in c. 47. incip. quam duorum.

Collige hac ex Authore.

COnfrōtationi petente reo locum esse debet ex quadam equitate, sed cauendum est ne lateat anguis in herba.

§. *Interrogatoria.*

INterrogatoria dari posse testi, & reo ad veritatem extorquendam, habenda tamen est ratio personarum ne simplices illaquerentur, & ne sub prætextu veritatis inueniendæ, & inuestigandæ ea periclitetur ideò caute est agendum.

Interrogatoria circa quæ debent versari principaliter, & quæ resecanda sint Clar. q. 43. §. fin.

§. *Recognitionis forma.*

Ibi est & alius actus Fol. 158.

DE recognitione faciēda plura apud Scacc. in suo indice. Quomodo fiat docet hic auctor, & de recognitionis actu in cap. incip. actusque.

Formula recognitionis quam Iudices tyranos ante oculos habere debent, seu magis notarij criminales, quorum est munus dictare, & extendere has recognitiones qui si periti sint Iudex in vtramque aurem dormire potest.

§. *Testis reuocatio.*

Ibi si autem Fol. 169. linea 23.

CVm teste reuocante suam depositionem tempore suæ confrontationis, quomodo se gerat Iudex.

Ibi Aduerte quòd non inconsideratè.

Cum incidisset quæstio coram benè docto Alexandro Ambrosino Vicario Criminali Archiepiscopali de teste qui fa[l]sum dixerat, mox territus ab eodem Reuer. Vicario tã[q]uam veritatem suppressisset reuocauitque & fassus se falsum testificatum fuisse; volebat idem Vicarius eundem testem punire iux. l. eos ff. falsis & ibi nota per Bart. & alios, & latè congesta per Farin. q *66. & 67.* adduxi contrariam in hoc statu vigere consuetudinem, nempe vt testis dimittatur post torturam, & perseuerantiam in ea, dixi etiam hanc consuetudinem extare in officio Sacræ Inquisitionis, quam consuetudinem rationabilem appellabam, in teste qui institus à Iudice veritatem fassus est, non autem in teste qui ex interuallo spontè comparuit ad reuocandum depositionem citaui ei Tyndarum de test. in cap. 3. nu. 4. Nec fuimus inter nos concordes, sed Illustrissimus, & Reuerendissimus Cardinalis Borromeus contentionem nostram dirremit indulgendo omnem pęnam in quam incidere potuisset. De quo gratias egi pro cliente meo.

Ibi & huiusmod. Fol. 171. *linea* 12.

Signanda sunt quæ hic differit Author.

Primò. Quòd testes ad offensam solent citari ad repetẽdum eorum dicta, mox autem ad allegandum, & contumaces condemnandum, & mulctandum Clar. q. 21. num. 2. & si nolunt comparere puniuntur pęna falsi vide insignem locum Caballi Resolut. crimin. cas. 55. & ibi subnectit multas alias quæstiones.

Secũdò. Quòd subsequuta testiũ mulcta dimittuntur rei.

Tertiò. Testis qui contumax est in repetendo potest ex officio, & parte non instante puniri, & Iudex potest contra eum procedere de falso ex quo testis assumpsit onus testificandi Foller. in pract. in verbo & si confitebuntur 4. par. 3. par. nu. 40. cum seqq. Caball. dicto casu 55. puniri etiam potest pęna criminis stellionatus criminaliter, & ciuiliter versus partem per actionem de dolo Caball. supra citatus.

Quartò. An testes cogi possint Foller. in verbo capiat informationem nu. 40, & an possit duci de vna ciuitate ad aliam Clar. §. fin. q. 24. per totum.

Quintò. Cautela contra testes volentes testificari ne

nocceant

noceant vel persuasionibus, aut minis alicuius petentis est vt testes compareant: Quod contra eos formetur processus, quod receperunt pecuniam ne in tali causa contra eos testificentur, & huius timore ne incidant in falsum veniét, & testificabuntur aliàs de falsitate, & corruptela poterunt puniri Angel. de Malefic. in verbo comparuerunt nu. 7. Caball. vbi supra.

Fol. 172. De termino ad subministrandum.

§. De termino ad subministrandum.

CLarus q. 48. Nonnulla tradit de dilationibus, ac terminis ad subministrandum dandis Accusatori, & Fisco, reo negante delictùm de quo accusatur.

Citatio ad subministrandum si ommitteretur pars offensa de nouo admitteretur ad allegandum, & probãdum per nouas probationes etiam post publicationem processus, quod totum pendet ab articulo, an publicatis attestationibus super ijsdem, vel directo contrarijs possint recipi, de quo in Authen. At qui semel C. test. & Cap. fraternitatis extra eodem Ant. Gabr. lib. 3. com. opin. tit. De test. cóclus. vltima.

Precepti ad subministrandum formulam complectitur hic Author.

Ibi intimato tali termino.

Abusus dãnatur eorum, qui in terminò statuto ad subministrandum exhibent aliquorum testium nomina, non tamen cum effectu producunt; id quod video vsitari à multis parum Deum timentibus omnia machinantibus ad fatigãdum reum, nam eorum calumnię sic occurritur per Curiã, statuitur terminus ad producendum cum effectu: nam idem fit cum testibus, qui iurant in termino Honded. cós. 27. nu. 11. 12. Non est tamen quòd tantùm auctor cum hoc exclamet, cũ vt plurimum Accusatores si Iustitiæ zelo mouerentur ab his canerent: Quare non est mirum, quòd si quis in vno malus est, vt in cæteris quoque suam naturam retineat.

§. Remissionis causa, & Pacis.

Fol. 17. Ibi in casibus.

REmissio quando prosit habes ex Constit. tit. De Accusat. §. In casibus forma remissionis absque eo quod fatearur delictum habetur per Albam in cons. 798. In presenti in fine; Nos vtimur protestatione notario stipulante nomine eorum omnium quorum interest, cum clausula remittens damna, & expensas: Alioquin Fiscus reijceret, & hic cōmunis vsus ita inualuit, vt pro lege iam habeatur, id authoritate fulcitur à Baiardo ad Clar. d. q. nu. 68. vers. Item adde. Mysinger cons. 2 5. num. 86.

Remissio; & Pax à quo sit habenda Clar. §. fin. q. 58. per totum, & seq. Vid. Baiard. Farin. q. 13. & 14. De accusat. & in indice primi libri multa sunt aggregata ad hanc materiam, quæ ictu oculi videri possunt.

Vide ordinem Senatus anni 1542. inter ordines fol. 18. Prætori Comi ad declarationem Constitutionis.

Ibi sancitum est.

Eadem Constitutione sub tit. De accusat. cauetur remissionem pro tertio furto, vel vlteriore non prodesse furi, quod intellige si diuersa furta, diuersis temporibus, & vicibus commissa sunt, secus si vno eodemque die, & actu continuato patrata sint vt ex Cepol Boer. Clar. trad. Menoch. De arbitr. iud. cas. 295. nu. Nam quæ incontinenti fiunt censentur inesse. l. lecta. ff. si certum petatur, & in Blasphemia trad. Anguissol. cons. 22. Vide plures quæstiones apud Baiard. ad Clar. in §. furtum nu. 27 cum seqq. numeris.

Quid si in alieno Territorio sint commissa vide Decis. Triuis 60. lib. 2. crimin. scripsi aliqua supra in tit. De furtis.

Statutum criminale cap. 66. cauetur, quòd fur famosus suspendatur per gulam ita quòd moriatur, & in cap. 67. De pœna furis non famosi committentis furtum, & ex tribus vicibus efficitur famosus Ludou. Peguerra Decis. 22.

§. Furtum.

STatutum sub cap. 57. Quilibet, vult quòd fures, & latrones possint impunè capi, modò tamen consignentur.

Ibi

Ibi si in vna singula hæc statuta, quæ sunt numero quinq; sita sunt sub titu. De non prosequentibus accusam, seu denũciationem, ideò non expedit ea referre, quæ in desuetudinem abiere.

Fol. prædicto vers. Et hic caderet.

Transigere an liceat in criminalibus est difficillima quæstio circa quam vide Iodoc. c. 107. Quandoquidem Clar. q. 58. Farin. q. 5 tit. De Inquisit. Tiber. Dec. in Indice tract. suorum criminalium in verbo transactio.

Fol. 179. Ibi quo verò ad aliam speciem.

Solent vel à Principe, vel à Senatu fieri has sequestrationes seu confinationes, seu Relegationes quando periculum est ne turbetur pacificus status ciuitatis, prout nuper in personis duorum Magnatum Panigarolæ, & Rabbiæ euenit, donec Pax sequuta est, prout Deo dante euenit.

§. *Fideiussio de non offendendo.*

Ibi Potestas, & eius Iudices fol. 178.

HOc statutum positum est sub tit. De satisdatione præstanda de non offendendo cap. 174. & indistinctè seruatur vt fiant ad cuiuslibet instantiam; Præceptum pœnale de non offendendo, & quandoque adijcitur, quòd interea se cõtineat in domo: sunt enim hæc præcepta in frequenti vsu: De his extat tract. Velpell. post Herculan. De caut. De non offendendo.

Hæ fideiussiones perpetuæ sunt ex ordinibus Senatus, cum antea durarent ad semestre, & non vltra.

Ibi pax rupta fuerit. cap. 110. Stat. crimin. In quem peruenire debeat propter pacem ruptam.

Ibi si Potestas super cã. 111. eo tit. De stat. criminalibus.

Formula protestationis, quæ fit pœnes acta ad fauorem accusati.

Post protestationem in actis redactam non est opus citare quærelantem, sed fiscum.

Fol. 179. Ibi & Reuertendo ad materiã dilationum: Multa scripsi in tract. de præscript. delictorum, qui cumpridem imprimetur.

§. *Publicatio processus.*

Titulo de Publicatione processus de hac questione Clar. 49.q.fol.179.

An Iudex teneatur dare copiam indiciorum non petenti Clar. Ibidem vers. sed nunquid Fab. Turret. cons. 8. lib. 2. Farin. q.39. De indic. nu. 158. 159.

§. *De officio Fiscalium.*

Ibi Magnifici etiam Fiscales. fol. 180.

Vide Constitutionem tit. De Aduoc. & Synd. Fiscal. §. Non debent, iubetur Fiscalis vt non publicet secreta processus sub pœna priuationis officij, & vlterius arbitrio Principis, vel Senatus, non ab re mihi videtur recensere factum recens Fiscalis Don Lopez de Soria Hispani, quod nunus cum egrè feret quidam eius emulus sibi decretum fuisse insigni comento egit apud Principem Illustrissimum, & Excellentissimum Comitem Fontanum informationibus secretis per eum datis, quod carceres ingredi coactus est, dumque dilueret innocentiam suam apud Suam Excellentiam dicitur veneno peremptus fuisse: Nec multo post mortuus est is, qui eum in hoc discrimen uocauit, eius exéplo moneo Notarios ne de quoque hominum confidant, aut committant processus non publicatos. Hic etenim processum de proximo publicandum non negauit amico id petenti, & hanc (Proh facti) indignitas; mercedẽ retulit; Pro eo ego, qui eum insula Doctoria insigniui responsum reddidi quod sic incipit. Ponatur.

Fol. prædicto. Ibi Procuratores, & Notarij, Senatores in Senatu, & Consiliarij in Consilio.

De secretis non detegendis, aut prodendis vide Boss. in tit. de carcer. fideiussori committendo nu 32. qui loquitur de Francisco Bellono Senatore Casalense, qui publicauerat sententiam antequam publicata esset. Scio etiam ex Hispanijs fuisse missum ad nos ordinem seuerum contra Notarios, sed vereor ne præbeant materiam chariore pre-

tio

tio vendendi secretorum publicationem.

Ibi. Et effectus Fol. prædicto.

Publicationis ommissio reddit processum nullum ipso iure Boss. de public. process. Clar. q. 26.

Iste methodus publicandi processum deletis delendis, & condemnatis prius absentibus describitur à Clar. q. 49. vers. sed pone addo Farin. q. 39. de indic. & tort. nu. 155.

Ibi Fol. 181. Non ignorandum. Reus quomodo renunciat suis defensionibus vide Clar. q. 49. vers. quæro in fine.

§. Miserabilibus.

Ibi & istis miserabilibus Actuarij,

Extat ordo Senatus in anno 1544. 24. Aprilis, quòd miserabilibus scripturæ dentur gratis ab Actuarijs, qui ordo est repetitus in anno 1561. 26. Nouembris vbi etiam alius additur ordo fauore pauperum contra Comentarienses alius ordo 1553. 24. Octobris. Alius 1564. die 4. Ianuarij. Alius fol. 27. inter ordines Senatus.

Eodem folio. Ibi iudex maleficiorum: Hoc statutum criminale est in ordine secundum.

§. Dilatio.

Fol. 182. In qualibet dilatione, & ibi si vltima dies, et ibi si cötigeris,

Alia habes in tractatu meo de præscript. delictorum diuersis in locis.

Fol. 183. Ibi Potestas Mediolani.

Hodie dantur sanè dilationes competentes reis pro qualitate delictorum, & personarum delinquentium, sed in eis dandis non seruatur hoc statutum, sed ea quæ trad. Clar. q. 45, & 48, & an denegentur Notario delinquente vide Farin. q. 21. nu. 77. 78, & reperto in flagranti ibidem n. 136.

Ibi delatis criminibus. fol. 183.

Constitutio tit. de accusat. §. Delatis non seruari hanc instantiam criminalem dixi in libello de præscript. delictorum.

§. De

§. De Indicijs.

Fol. 184. Ibi & dominus Menoch. de Præs. 89. præs. lib. 1.

INdicia quæ sunt sufficientia ad formandam, & transmittendam inquisitionem specialem percurrit author hic ex Iac. Menoch. de præs. q. 89. lib. 1. qui recenset quadraginta tria indicia, verùm superflua est hæc commemoratio, cum extent insigni tractatus Bruni, Blanci, Bossij, Farin. in 2. tract. crimin. ad illa loca recurre, & saturaberis.

Fol 188. Secunda Pars.

§. *Defensiones.*

TRactatus hic defensionum fauorabilior est, ideò gratioribus auribus excipi solet ab omnibus, exceptis his qui sitiunt vitam, & opes, quorum meminit Lyricus:

Crescit indulgens sibi diras Hydrops.
Nec sitim pellit, nisi causa morbi.
Cessarit venis, & aquosus albo corpore languor.

Ego olim ita obseruabam vt sola capitula facti formarem postea mutato consilio alijs adhesi, quare simul iubeo addi capitula iuris, nam quandoque ea magis inherent quã ea quæ facti sunt, præsertim cum Senatus parum confidet de testibus qui ad defensionem deponunt, & solet præferre defensiones quæ resultant ex offensiuo an hoc sit vtilius viderint alij, alieno quãdoque arbitrio vtẽdũ, & viuẽdũ est.

Ibi enim in re actius Vide in tract meo de Præscrip. delict. de his defensionibus plura apud Clar. q. 50. & 51.

§. *Accusatio.*

QVæ personæ possint accusare, & accusari, longo ordine prosequitur Tiber. Decian. in 1. vol. nullus enim casus prætermittit Farin. in 1. vol. tit. de accusat.

§. *Absolutus.*

IBi absolutus semel diffinitiuè vide Farin. q. 4. tit. semel absolutus, seu condemnatus quando possit iterum super eodem

eodem delicto molestari, & inquiri, Tiber. Decian. in 1. tract. lib. 3. cap. 30. fol. 125.

Ibi Nulli... committentur. Statutum hoc positum sub cap. 107. Hoc seruatur. De Pena inferenda minori? Vide plura Farin. q. 92, & 81.

Ibi Mortuorum damnari memoria.

Constitutio de accusat. §. Mortuorum. Plura ego scripsi in tract. de præscript. delictorũ Iac. Menoch. cons. 99. lib. 1.

Ibi alia defensio. Vid. Clar. q. 526. per totum.

Ibi alia etiam.

Plures exceptiones contra testes recolliguntur per Clar. q. 53. Boss. de opposit. contra testes. Farin. in solemni. Tract. de opposit. contra testes.

Ibi sed bene aduertendum.

An possit accusare is qui proponit crimina contra testes vide singulare consilium Onded. 96. per totum.

Ibi secundum caput. fol. 190.

§. *Repetitio testis.*

TEstes debent iurare, & sunt repetendi parte citata, & si etiam essent mille non facerent indicium rota decis. 15. In nouissimis de testibus. Pluribus confirmat onded. cons. 15. nu. 45. 46. & quando iuramentum testis sit necessarium vide Baiard. ad Clar. q. 48. nume. 46. vers. & ideo debent iurare.

Ibi tertium est caput. Eodem Fol.

§. *Interrogatio*,

DE hac interrogatione quæ fit, vtrùm quis velit vti testibus plura scripsi in meo libello de Præscript. delictorum.

Renunciatio partis non tollit ius Fisci.

Fol. 192. Ibi interrogatio fieri debet.

Vide statutum in ciuilibus in 1. vol. & ibi additionarium forma interrogationis remissiuè.

Dominus an interrogandus sit, an Procurator vide respon-

sponsum meum contra Io. Antonium Martinengum notarium, & causidicum.

In materia vide Morot. cons. 84. nu. 9, & 10. Scacc. in 2. tract. lib. 2. cap. 11. vide in responsis meis, & in libello de Præscrip. delictorum.

Ibi ita talis interrogatio.

Vide Ant. Gabr. lib. 3. commun. opin. tit. de crimin. conclus. septima.

Ibi quando aliquis.

Vide Beret. cons. 52. vbi scitè, & de qualitate interrogationis Bald. in l. fin. nu. 12. C. Mandati.

De vi, & efficatia huius interrogationis differit Franc. Viuius in decis. l. 21. declaratio lib. 1. per totum vbi abūdè.

Fol. 193. ibi itidem si Producens.

Regula quod producens testem censetur illum approbare, nec auditur volens eum reprobare tamquam sibi contrarius Paris. cons. 29 col. 1. lib. 3. Crau. latè cons. 911. Per iniuriam lib. 5. cons. 815. Quamquam num. 12. eodem lib. vbi hoc declarat.

Ibi aduertere etiam debet.

Vide Antonium Gabr. lib. 3. com. opin. tit. de crimin. conclus. 3, & 4. decis. Osasch. 117. quoniam nu. 4.

Ibi, & ii et sit questio.

Quando pendente causa criminali supersedeatur in ciuili, vide Capyc. decis. 25. in causa diffusissimè omnium Farin. q. 100. per totum.

Ibi effectus autem.

Interrogatus an velit vti testibus, si respondiderit quòd sic, non poterit postea renunciare testibus, & euitare pœnam quæ est quòd probata falsitate punitur producens in amissione causæ, & etiam in pœnam falsi vti author Osasc. decis. Pedem. 19 verùm illa nil ad rem facit, nam loquitur tantùm in pęna falsi testis in qua standum est Constitutioni de pœnis §. si quis falsum: ego contrarium sentio vt non amittatur causa, nisi quando falsitas committitur circa acta, ita Capyc. decis. 67. in causa in principio Carol. Ruyn. cons. 86. nu. 1. lib. 4. Conrad. de offic. Præt. in crimin. tit. de fals. num. 31. vers. quandoque.

Ibi ex causa verò criminali.

For-

Formula responsionis ad interrogationem si quis velit vti testibus ex Boss. de fals. nu. 155, & seq.

§. *Capitula*,

Ibi ex causa verò criminali in fine .

Testis deponens extra capitulata an puniatur de falso, author hic negat puniri posse tu vide Bald. in l. si quis legatum ff. ad l. Cornel. de fals. & plura in materia per Monticell. in tract. de testibus in tit, impugnatur testis quia deponit extra articulum inter vol. tractatuum tomo 4. fol. 272.

Fol. 194. *vers*. *Itaque* .

Capitula sunt producenda citata parte, & Fisco.

Ibidem admissio capitulorum, quomodo fiat, & quòd deponat statutum superinde quod est positum inter statuta criminalia sub cap. 22. si dari.

Capitula concernentia negatiuam qualiter admittātur.

Testes super negatiua quomodo examinentur ibidem.

Subsidiales litteræ quando dentur in criminalibus ibi testium ad offensam Clar. q 26 vers sed quero. Menoch in nouissimis addit. ad casum 250. de arbitr. Iudic. Simon de Præt. conf. 14. Iac. Menoch. recuper. num. 361.

Positiones non possunt dari per reum accusatori ibi aduertendum Clar. q 49 vers. sed hic incidenter.

Multa attinentia ad materiam capitulorum vide per Foller. in Rub. Detur copia capitulorum inquisito, &c.

Capitulare directè, vel indirectè quando quis dicatur Boss. de defens. Reorum n. 14. De his Additionator ad statutum cap. 49. in primo vol. & ca. 40. cap. 85. nu. 6. & 7.

§. *Positio*.

Ad finem positiones non formantur in criminalibus ex communi consuetudine Clar. q. 45 vers sed hic incidenter Scacc. De iud. caus. ciuil. lib. 2. cap 7 fol 177. n. 251. titu. De reo, interrog. vel non in causa criminali incip. secunda. Difficultas.

§. *De*

§. De publicatione processus.

Fol. 195. De publicatione processus.

AN iuramentum deferatur in supplementum probationis in causa criminali, aut in qua locus est pœnæ pecuniariæ Clar. q. 63. Incip. sed quid.

Reprobatio personarum testium fit publicato processu.

Ibi facta ista publicatione.

Vide in hac materia Clar. q. 61. incip. perfectis.

Publicatio processus est de substantia iudicii Clar. q. 48. Vbi quòd ea omissa processus esset ipso iure nullus, quia tolleretur reo facultas defendendi, & secundùm coém praxim eodem tempore solent Iudices publicare processum offensiuum, & eius copiam parti decernere cum termino ad faciendum suas defensiones Vid. in Dirrect. Iud. Eccles. fori 3. par. cap. 14. num. 7. & seqq.

Defensiones an præstandæ sint non obstante renunciatione Clar. §. fin. quæst. 49. vers. Quæro nunc.

Fol. 195. Ibi facta.

Quæ partes sint Iudicis facta publicatione vtriusq; processus Clar. q. 62. in principio.

Votum antequam colligatur in Curia reus debet sistere in carceribus, ne iustitia eludatur.

§. Fideiussor.

Ibi si verò fideiussor fol. 197. linea 23.

VIde ordinem Senatus 1570. die 6. Iunij, de modo citandi fideiussorem, qui præsentare Reũ promissit.

Ibi in termino fol. prædicto.

Fideiussori dandus est terminus ad certiorandum principalem alioquin condemnatio esset nulla, & de allegatione absentiæ, quòd proponi possit per Procuratorem Clar. q. 32. vers. Prædicta autem de allegatione absentiæ, plures extant tractatus Farinac. q. 99. per totam quæstionem.

Ibi Nam licet purgare moram.

De hac moræ purgatione, plura scripsi in tract. meo de prascript. delictorum.

Ibi post verò: præceptum ad allegandum fideiussori ante peremptorium est transmittendum.

Fide-

Fideiussori aduersus reum principalem duo proponuntur remedia, alterum quòd curet, quòd in actu quòd promittit, & intercedit pro eo promittatur ei fideiussorem releuando cum obligatione bonorum. Alterum quòd curent fideiussores causam celeriter expediri, nam interim fideiussores sunt expositi magno periculo, & interim multa cadunt inter calicem supremaque labra, inter os, & offam, præsertim cum multi fato temporum nostrorum sint inuēti aliqui Fiscales qui rem fisci strennè agendo adinuenerūt formulas captiosas, ut ostenderent, quàm benè sint affecti erga Regem, qui hos eo honore dignatus est. *Insignis casus.*

Renuntiationes generales, quæ per Notarios interponi solent in stipulationibus fideiussionum dum renunciant quibuscumque casibus etiam inopinatis, deterioratæ conditionis non comprehendunt casum quando culpa Iudicis, qui dictam promissionem exegit, fit quod pœna committatur, ut in casu isto in quo promissit pater sistere filium in carceribus detentum ad omnem illius voluntatem sub pœna scutorum tercentum, nam cum pro ea causa eum condēnari curauerit, & tempore quo erat carceratus nunc agendo contra patrem fideiussorem, ut eum recōnsignet malè, & perperam agit, quia non potest ob superuenientem inhabilitatem reconsignari; & præsentari, quæ impossibilitas causata fuit facto ipsius Iudicis cui partes ipsæ renuntiare nōn possunt iux. not. in l. si per imprudentiam. ff. euictio. Crau. cons. 95. Visis nu. 8. etiam quòd factum sit iustū, quia illud non debet nocere tertio Ioann. de Anan. cons. 74. col. 74. col. tertia post medium idem Crau. cons. 233. col. 3. lib. 2. Daretur enim materia Iudicibus delinquendi in relaxando reos, mox eos condemnando, ideò iste casus dolosus nō comprehenditur in generali renunciatione, Sebast. Medices in tract. De casibus par. prima q. 13. num. 11. Alexander cons. 220. lib. primo. Decis. Napol. 54. Bertran. cons. 143. nu. 6 vol. primo. Socin. in l. Quidam nu. 4. ff. Rebus dubiis cum ergo in omni dispositione censeatur exclusus dolus, ideo ad hunc casum promissio non trahitur sub quibusuis clausulis concepta, & ita sentio, saluo saniore iuditio.

10 Causa fuit composita cum Fisco feudatarii cum ad eum mulcta pertineret. Laus Deo, &c.

Casus

Casus singularis.

FIdeiussio Paschalis pro Garbagnato detento, & accusato de crimine stellionatus à Scholaribus Sancti Rochi de eo consignando sub pœna scutorum centum & de stado, & parendo iuri, & iudicatum soluendo, re in Senatu diffinitiuè relata ordinatum fuit Garbagnatum à iuditio criminali esse absoluendum soluto prius pretio scholaribus debito vnà cum interesse, expensis, & damnis, & eius fideiussorem ad prædicta teneri, nec esse liberandum nisi prius satisfactis dictis scholaribus.

Ceterùm conquerente fideiussore apud Senatum se in iudicio criminali tantum fideiussisse, & ab eo reum fuisse absolutum, ideò eum censeri liberatum à dicta fideiussione. Secundò. Quòd ipse tantùm fideiussit in causam manutentionis bonorum, cum non ageretur de rescisione cõtractus, sed de eius obseruatione litteras obtinuit à Senatu mandãtes quòd vbi fideiussor non vrgeatur aliter quàm virtute memoratæ fideiussionis ab omni molestia contra eum abstineatur, vbi ex forma fideiussionis non teneatur ad rationem pretii.

Difficultatem mouet contra fideiussorem eruditissimus Maynoldus quod dicti Scholares nedum petierunt condẽnari Garbagnatum in penis iuris, sed etiam ad restitutionem pretij, & sic quòd fideiusserit pro vtroq; capite, & sic teneatur.

Ego verò sentio fideiussorem absolutum, ne videatur cõdemnatus in plus quàm promissit, & vltra limites suæ fideiussionis quæ strictè intelligenda est l. blandus de fideiuss. Decian. cons. 72. nu. 18. lib. 2. Natta cons. 202. num. 5. Rol. cons. 58. nu. 20. vol. 1. dum ait quòd fideiussor non tenetur quando variatur res, causa, vel actio, Anchar. Iun. q. famil. 63. num. 3. lib. 1. hinc est quòd non tenetur ad ea quæ sunt accessoria principalis obligationis Glos. l. siuè in duplum ff. qui satisd. cogunt. Roman. cons. 270. nu. 7, & 507. per totum. Cum igitur fideiusserit Paschalis in causa criminaliter mota, in qua Iudex criminalis non est cognitor & iudex ciuilis actionis nisi per modum incidentis, & consequentis

sequentis iux. doctr. Bart. in l. Interdum §. Qui furem ff. furt. per not. in l. quoties C. Iudic. Vant. de null. ex defec. Iurisd. nu. 42. vers. Idcirco iudex, seu latrunculator sequitur quòd non teneatur nisi secundum naturam iudicij super quo fideiussit videlicet quòd si contingat condemnari reum pro quo fideiussit criminaliter ad pęnam ratione delicti, & accessoriè ad restitutionem rei ipse teneatur, & nõ aliter, & illa fideiussio de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, est secundùm naturam accusationis intentatæ, quamobrem fideiussor tenebitur accessoriè vtsupra casu quo contingat reum criminaliter condemnari, at si sequatur absolutio à iudicio criminali fideiussio erit extincta quæ remanere non potest absque suo principali cons. diuers. 106. nu. 8. vol. 1. in pęnis, & diffusè Farin. de Inquis. q. 1. num. 65. vers. limita 1, & regulare est quòd sententia absolutoria lata in criminali præiudicat in ciuili, & hoc est stabilè fundamentum quia deciperetur fideiussor qui confisus non teneri pro reo, nisi quatenus teneatur ad pęnam criminalem iux. iuris terminos, nunc contra eos teneatur ad id quod in sua fideiussione non est comprehensum & licet Senatus potuerit ex libero arbitrio condemnare eum quem absoluit à iuditio criminali ad restitutionem rerum furto ablatarum prout fieri multoties animaduerto, nõ tamen idem potest quo ad fideiussorem sequentem legem contractus: de fideiussore enim aliud iudicium sumendum est diuersum à reo, quia est semper obligatus siue actio criminaliter instituatur, siuè ciuiliter, rectè igitur fideiussio propter vnam causam non trahitur ad aliam, Roman. cons. 210. circa 1. vbi allegat pro casu rotundo tex. in l. Non à iudice §. 1. ff. iudic. vbi secundùm Bart. cautio iudicatum solui in vna instantia interposita non committitur si ex alia instantia iudicetur, & clarius Roman. cons. 220. Pro decisione nu. 6. vers. quinta dubitatio est nu. 7. Vbi quòd fideiussor iudicatum solui tenetur ad id tantùm in quo reus est condemnatus respectu principaliter interpositæ petitionis. Principaliter ergo fuit intentata actio criminalis, ad pęnam ergo non tenetur ea sublata ad aliam, quæ de iure principaliter per se consistere non potest, & adeò est liberatus fideiussor quòd si retractaretur liberatio dicti rei non reincideret si-

deiussor in obligationem Anchar.q.10.nu.11.lib.2.

Ex his rectè Senatum censuisse dicendum est, dum apertè sanxit, quod vbi aliàs non vrgeatur fideiussor, quàm virtute suæ fideiussionis ab omni molestia contra eum abstineretur vbi ex forma fideiussionis non teneatur ad restitutionem pretij.

Et satis perspicuè deducitur non militare obiectionem D. Iudicis dum vult principaliter pro vtroque capite fideiussisse, nam illa fideiussio vt dixi de iudicio sisti stat accessoriè iux. naturam actionis intentatæ, vnde liberatio contingens, respectu principalis eximit fideiussorem ab accessorio quod de perse stare non potest; & si dicatur quòd liberatio à criminali est sub conditione si soluat.

Respondetur non inde sequi argumentum à contrario sensu sumptum, quòd eo non soluente puniatur criminaliter, & omni in casu, interim dum in pendente est sententia fideiussor non dicitur condemnatus, sed expectandus est euentus alterius sententiæ, satis est pro nunc non esse condemnatum fideiussorem contra quem ante tempus agi non potest, & pro fideiussore faciendam esse interpretationem ne officium suum præter eius voluntatem fit damnosum, & ne vltra consensum suum obligetur Abb. cons.75.col.2.vol. 2. decis. Pedemont. Thesauri 202. vbi enim Senatus veniat in sententiam reum plectindum criminaliter ex eo quòd non paruerit condemnationi, tunc votum nostrum profferemus, vtrum non soluendo, fideiussor incidat in obligationem; & erit vtilis articulus interim satis est fideiussori per prædicta esse consultum. Laus Deo &c.

Ibi & si reus.

Reo absoluto fideiussor non potest molestari, etiã quòd cõtingeret fieri aliquam ordinationem, seu statutum quòd non obstante quacumque liberatione processus præteriti reuideantur, nam ius liberationis quęsitum fideiussori propter absolutoriam non potuit tolli per statutũ Ang. de malefic. in verbo pro quibus, & quolibet eorum in vers. & menti habeas nu. 15. quod nota.

Ibi in verbo tunc debet iudex.

Verba sunt formalia Clari q.62. incip. vbi.

Ibi nullus officialis,

Con-

§. Qui casus referantur Senatui, & qui non

Referre nãque debet Iudex relationis vbi agitur de pęna capitali, seu corporali, non tamen referuntur Senatui hi casus.

Primò. Relationes prohibitæ executionis in causa ciuili vbi non adsint vulnera, vel alia delicta, sed ad Iudices remittuntur, qui iustitiam faciant.

Secundò. De Blasphemia vbi non sit atrox, vel dubitetur an sit atrox.

Tertiò. In simplici euaginatione quando vulnus, vel aliud delictum non est sequutum.

Quartò. Non referuntur ad Senatum quomodo sit procedendum nisi vbi certa forma à iure, vel ordinibus data non reperiatur.

Quintò. Condemnatio pecuniaria non fiat per iudices Inconsulto Senatu, exceptis his quæ in contumaciam fiũt, nec ex ordinibus Senatus anni 1582. septimo Martij.

Sextò. Tortura poterit inferri, modò indicia sint legitima.

Et ad declarationem Constitutionis in §. nullus, vide Plot. cons. 52.

Septimò. Nota quòd licet author hic dicat videlicet quòd licet Constitutio in hunc modum dicat. Hæc tamen Constitutio non pertinet ad iam condemnatos, nam hos cum in eorum potestatem peruenerint absque eo quòd in Senatu referant punire poterunt, nam contrarium seruatur, cum nec hi banniti puniantur inconsulto Senatu, Imò plures dimittuntur, vel quia nulliter vel iniustè condemnati reperiantur, nisi quòd eis statim detentis fit eorum recognitio, mox torquentur super conuersatione in dominio, & à quibus habuerè scienter auxilium, & fauorem.

Ibi nisi quòd eis iunctio vers. & ista recognitio.

De his plura de execut. senten. cap. bannito cap. 2. num. 36. Clar. quæst. 96. vers. quero.

Ibi nullus corporaliter.

Constitutio de Pœnis §. Nullus vid. Menoch. de Arbitr.

 Iudic.

Iudic. cas. 276. num. 24. Bal. cons. 384. vol. 5. Alex. cons. 75. vol. 3. col. 1. Baiard. ad Clar. q. 85. vers. debet etiam.
Ibi quòd est conforme. Lege hoc statutum supra c. 29. Nullus.
Fol. 196. ibi Potestas. Vide statutum criminale sub ca. 15.
Ibi vbicumque reperitur. Vide cap. 7.

Modus referendi in criminalibus.
Ibi vide Mediolani Iudices fol. 200.

MOdus referendi causas Senatui describitur hic. De ordine seruando in relationibus quæ fiunt in scriptis extat inter ordines Senatus anni 1565. 22. Iunij. De hac relatione agit concilii s meus, & benè doctus Io. Antonius Zanatarius I. C. in suo libello de Praxi Mediol. fori nũ. 166. & seq. vbi allegat. Constitutionem Mediolani de pœnis, iuncto decreto Senatus, edito anno 1546. 2. Martij, & in cap. aduocati in Constitutione de Aduoc. & Synd. Fiscal. & quo ordine compareant Iudices coram Senatu pro relationibus faciendis, decretum Senatus sub die 3. Ianuarij 1566.

§. De Pœnis diuersorum criminum.

Fol. 79. Casus in quibus imponitur pœna mortis delinquentibus.

PRimò. Abortum procurans vide Constitutionem de Pœnis §. si quis ex proposito vide Iac. Menoch. cas. 352. de arbitr. Iudic.

Secundò. Adulterium committens ex statuto crimin. 50. Incip. si qua mulier, cęterùm illud non seruatur. Extat Constitutio de pęnis §. mulier. Clar. §. adulterium. Plures pœnas enumerat Flamin. rub. in tract. de Adulter. cap. 16. Fran. Vegius cons. 66. nu. 119. Baiard. ad Clar. dicto §. Adulterium num. 27.

Tertiò. Ascendens cum scalis de nocte ad domum alienam. Vide Clar. q. 68. vers. Ascendens Farin. q. 20. nu. 145.

Quartò. Blasphemans Deo. Vide Constitutionem de Pœnis §. seuerè.

Quæ sit blasphemia atrox Vid. Gaspar. Thesaur. quæst. forensi 78. lib. 1.

Causa

Causa blasphemarum non refertur Senatui nisi vbi sit atrox, aut dubitetur vtru sit atrox ex ordine Senatus 1580.

Pro blasphemia *Al dispetto della nostra dona* Senatus censuit non esse atrocem, nec in casu vt Senatus arbitrio puniri possit, sed eum punit pęna pecuniaria limitata hic, referente Iudice ad signum Galli 1564.

De blasphemia abundè Farin. q. 20.

Quintò. Carceratus aufugiens factis carceribus Clar. q. 21. vers. tertio autem modo. Farin. q. 30. per totum.

Sextò. Castrans se ipsum, vel castrari faciens Clar. q. 68. vers. Castrans Farin. q. 20. nu. 113. vers. Octauus.

Septimò. Custos carceris cognoscens carnaliter carceratam Constitutio de custodia reorum §. fin. Clar. §. fornicatio vers. Cum carcerata, & q. 68. vers. Custos, idem si culpa custodis, seu dolo aufugiat carceratus Clar. d. q. 68. vers. Custos. Farin. quæst. 24. vbi multa ad materiam, & q. 31. Vid. in suo indice.

De iudeo cognoscente Christianam Surd. cons. 497. lib. 4.

Octauò. Diuidentes prædam cum barbaris dic, cum Claro q. 68. vers. diuidentes videlicet cum aggressoribus viarum, vel habentes prædam cum furibus, Publicos officiales Baricelles, satellites quorum aliqui internos inuenti sunt, vix enim possent esse tot fures, nisi in participes eos haberent per quos tutò furantur.

Nonò. Eximens captum de manu familiæ plura ad rem q. 32. Marc. Ant. Imol. decis. 107. per totum.

Decimò. Extrahens aliquem per vim ab Ecclesia declarando vt per Clar. q. 30. Farin. q. 28. nu. 2, & 5, & in Indice primi Vol. in littera Contingit.

Vndecimò. Extrahens è domo matrem suam pro debito, & ad carceres conducens tex. l. 1. C. offic. diuers. iudic.

Duodecimò. Falsum testimonium dicens serua Constitutionem tit. de Pęnis §. si quis falsum, quæ Constitutio est strictè intelligenda scilicet de ea falsitate quæ cadit in caput l. Cornel. de fals. Dec. cons. 123. quia copiosè.

Decimotertiò. Subornans falsos testes non sequuto effectu tenetur pęna falsi Bertazol. cons. 118. nu. 8. lib. 1. Menoch. casu 313. nu. 321. & 322. lib. 2. Vid. Costani cons. 42. cuius supra memini. De hac Constitutione Plot. in suo

Indice Ladarch. conf. 209. conf. 102. diuerf. crimin. verf. fuperest lib. 1.

Decimoquartò. Famosi latrones de his Constitutio §. latrones viarum de Pęnis Ludou. Peguerra decif. 40. & q. 27. Farin. q. 7. nu. 10. 11.

Decimoquintò. Famosum hereticum Iacob. Menoch. conf. 374. Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 3. cap. 40. 41. Baiard. ad Clar. §. Herefis nu. 10. 11.

Decimosextò. Homicida Constitutio de Pœnis §. Homicida circa quam insistit Carpan.

Decimoseptimò. Hostibus arma, vel ferrum deferens Clar. q. 77. verf. Christiani deferentes.

Decimooctauò. Imaginem Christi percutiens Menoch. caf. 376. Baiard. ad Clar. §. Blasphemia nu. 1. remissiuè, & in q. 68. nu. 49.

Decimononò. Incendiarij serua Constitutionem §. si quis incendium de Pęnis. Baiard. ad Clar. q. 77. nu. 22. 23. Farin. q. 110. & decif. 60. Baiard. ad Clar. q. 68. n. 51.

Vigesimò. Iniuriam faciens officiali tempore sindicatus Farin. q. 17.

Vigesimoprimò. Iudex iniuriosè aliquem condemnans aut ponês aliquem indebitè ad torturam Menoch. caf. 339. Vincent. Caroc. loc. & conducti par. 3. Rub. de varijs, & extraord. cognit. Baiard. ad Clar. q. 83. col. 1, & 2.

Vigesimosecundò. Lenones Vid. Constitutionem tit. de meretric. §. Qui publicè.

Vigesimotertiò. Læsæ Maestatis Vid. Clar. §. Læsæ Maestatis Farin. in tract. de crimin. Læsæ Maestatis.

Vigesimoquartò Libelli famosi author Farin. per totam q. 105. Baiard. ad Clar. q. 68. nu. 62. cum feqq.

Vigesimoquintò. Miles qui in disciplina militari deliquit Clar. q. 68. At lungè præstantius. Petr. Gregor. in Syntag. Iur. Vniuer. lib. 19. cap. 10. 11, & 12.

Vigesimosextò. Monialem carnaliter cognofcens Constitutio de Pęnis §. carnali copula decif. triuif. 59 lib. 2, & decif. 57. Farin. q. 146. Sacrilegium videlicet quinta.

Vigesimoseptimò. Mulier quæ se bruto animali suppofuit Clar. §. fornicatio verf. cum animali, & proprio seruo, sed hoc vltimum non habet locum temporibus hodiernis

nis cum nulla sit pœna in muliere, sed benè in seruo, quia Senatus solet seuerè animaduertere, vt nuper factum est in causa cuiusdam vehicularij qui in domo nobilis stuprauerat sororem naturalem domini, nam Senatus censuit de mense Septembris 1611. eum condemnandum ad remū per quinquennium, vltra perpetuo banniuit à toto agro Comense, & vltra per decem milliaria, addito præcepto quòd si transgressor fuerit teneatur remigare per decenniū, & posset impunè offendi Notarius ad officium D. Capitanei Iustitiæ Oliuerius Bononia responsum meum subijcio, cum relatione dignum mihi videatur ad Dominorum cōsolationem qui habent seruos insidiantes bonis, & honori, & ad eorum terrorem, & confusionem eorum qui his audent patrocinium præstare.

§. Stuprum.

Responsum Iuris.

AGitur de Carrucario, seu Rhedario auso comprimere sororem domini quo casu ex scriptis legibus esset igne comburendus, & condemnandus iux. Clar. §. fort. casu vers. mulieribus Farin. q. 145. tit. de delict. carnis num. 18. vers. 3. Amplia Fol. 183. in 3. vol. quòd dicitur habere locum in omni eo qui debet fidelitatem qualis est hic vilissimus auriga omnium abiectissimus, non enim dubitandum est quin tantò dignior sit pœna hæc quantò habet vxorem, & filios, & agitur de contemptu habito personæ qualificatæ longa serie annorum nobilitate trahente, & ducente, ac decurione primario in vrbe Nouocomi, & quando pęna est certa, non licet ab ea discedere, de stupro autem apparet tam ex confessione Ludouicæ puellæ stupratæ, quàm ex confessione extraiudiciali ipsiusmet Carucarij sepius reiteratę examinatis in id pluribus testibus, cum etiam per coniecturas probetur stuprum Mascard. de Probat. concl. 1358. lib. 3. cuius puellæ confessioni quòd ab hoc fuerit virgo stuprata standum est, & circa violentiam primo loco adhibitam ex Parif. cons. 160. lib. 4. Neque enim illa si habuisset honestiorem hominem qui cum ea fornicatus fuisset, prætermis-

fiſſet, eum culpare, cum ei hoc laudabilius fuiſſet, quam præfferre hominem alga viliorem domino ſuo infidelem; & licèt ipſe neget cognouiſſe eam carnaliter, attamen ſatis fit ſuſpectus ex qualitate ſuæ depoſitionis, nam interrogatus de his quæ in domo domini ſui morantur, & habitant vltimam relinquit Ludouicam fingens eam non noſce, vtendo diuerticulis, & circumlocutionibus tamquam pœna ſibi immineret ex ſolius nominis commemoratione, & nomen illud ſibi fatale foret. *Pauor, titubatio, trepidatio*; omnia demonſtrant huius læſam conſcientiam.

De confeſſione extraiuditiali quòd coniugatur cum coniecturis ad plenam probationem ſtupri Bertaz.conſ 42.nu. 4. vbi ponderat etiam famam publicam, & quòd aſſertiones, & confeſſiones mulieris probent ſtuprum, ſeu adulterium Socin. Iun. conſ. 32.nu. 17. lib. 2.

Quòd verò credi debeant cæterę videlicet quòd ſceleſtus homo adhibuerit medicamina ad abortum, & ad ſuffocandum partum, vnumquemque mouere debet ad fidem adhibendam huic ſtupratæ.

Ideò omnibus perpenſis ſeuerè coercendus eſt, vt illius pęna tranſeat cęteris in exemplum, &c. Laus Deo, &c.

§. *De pæn. diuerſ. crim.*

Muros ciuitatis tranſcendens.

Vigeſimooctauò. Vide Conſtitutionem ſub tit. de Pęnis §. Nullus tranſcēdens foſſā ciuitatis Clar.q.68.verſ. muros. Farin. q. 20.n.146. Decian. tract. crimin. lib.3.c.36.

Decimononò. Officialis publicos prouentus ſubtrahens Clar. q. 68. verſ. officialis Fran. de Ponte à conſ. 89. Tiber. Decian. in tract. crimin. lib.8. cap. 28, & 30. tom.2. de hoc crimine peculatus, plura agit Caball. reſol. crimin. conſ. 99, & nunc pendet cōtra quendam Rodericum Maldonatum Hiſpanum qui cum eſſet officialis publicus multas pecunias Regias ſubtraxit, libros corrupit, & vitiauit, & fuit captus in Eccleſia me contra eum ita reſpondente.

Re-

Responsum.

DEtineri posse, & debere in Ecclesia Maldonatum multa suadent. Imprimis si mercatores decocti vti publici latrones in Ecclesijs licitè capiuntur iux. Boer. decis. 315. nu. 3. Farin. q. 28. nu. 33. post Couar. var. resol. lib. 2. cap. 20. nu. 14. vers nec Iasonis argumentatio in fine, quanto, magis is qui pecunias publicas intercepit animo solùm vertendi etiam multos quibus hæ pecuniȩ soluendæ erant, fallendi, & in exactore tributorum, hunc non esse tutum in Ecclesia trad. Oldrad. cons. 54, & ad effectum vt soluat, Iudex Ecclesiasticus debet eum ad carceres suos reducere Tiber. Decian. lib. 6. cap. 28. tit. de casibus qui delicta, & causas confugientium concernunt num. 27. vers. Idem quoque & in crimine peculatus in quod Maldonatus incidit non eum esse tutum in Ecclesia trad. Igneus in l. 1. num. 3. ff. ad Syll anian.

Ad hæc in Ecclesia capi quis potest in omni delicto ob quod clericus deponitur, & traditur curiæ seculari, at clericus comittens falsitatem deponitur statim, & traditur curiæ seculari si de eo conuictus sit Marsil. l. 1. nu. 23. ff. ad l. Cornel. de fals. ergo Maldonatus qui libros publicos errarij publici corrupit, & vitiauit, vbique locorum capi potest ad not. in cap. ad falsarium de crimine falsi.

Hanc consequentiam post Didac. facit Farin. d. q. 28. nu. 18. vers. limita hanc; negari enim non potest quin hoc delictum sit atrocissimum, & licèt multi doctores velint à Farin. ad d. q. 28. nu. 75. vers. amplia 1. relati, posse Iudices laicos propria authoritate similes extrahere ab Ecclesia, ego tamen suadeo vt requiratur Iudex ordinarius, atque imprimis Illustrissimus Cardinalis Borromeus qui non solet suum assensum iusta petentibus denegare, Imò in hoc præsertim laudandus, sanè quod non patiuntur similes diuersorium in templis velut Asylum constituere, & in atrocissimis passim concedunt omnes de quibus apud Farin. sub num. 16. vers. limita hanc.

Et licèt Bulla Gregoriana aliquos casus exprimat qui-

bus

bus Ecclesia non prodest, non tamen tollit alios, quia inducta ad augendum non operantur diminutionem vulg. Iuribus, cum falsum connumeretur inter delicta grauissima.

His scriptis curauit Illustrissimus, & Excellentissimus Comes Fontanus eum detineri in Ecclesia, & adhuc in carceribus seruatur iam supra tres annos.

Subijcere mihi etiam visum est aliud meum responsum in simili quod adhuc pendet inter laicos, & seculares Iudices & adhuc sub incude lis est. Pro quodam de loco Busti maiorie.

Responsum §. Captura.

CVm supponatur homicidium patratum in personã Andreæ Milani fuisse, per Io. Baptistam Candianum cum sclopulo rotato appellato Terzarola animo deliberato cõmissum. Homicida non gaudet immunitate Ecclesiæ ex communi de qua apud Farin. q. 25. num. 23. vers. limita 1. tit. de carcer. post Clar. q. 30. vers. Punctus est, qui affert Senatus plura exempla, & de interficiente inimicum à tergo cum sclopo rotato vidẽda praxis Curiæ Archyep. Neapolit. cap. 77. Ex Bulla Ambros. de Immunit. Eccles. cap. 6.

Et licèt opponatur de Bulla Gregoriana 14. iuxtà Farin. qui pro ea consuluit cons. 76 col. pen. & fin. attamen illa minime vsu recepta est, imò in casu Farinaccij illi carcerati noluerũt expectare relationem Sanctissimi, sed corruptis custodibus aufugere.

Et verè homicidium hoc est proditorium cum sit cedes hominis nil tale suspicantis, cap. 1, de homicid. in 6. Caball. in tract. de omni genere homicid. nu. 399. vers. est autem Farin. q. 18. nu. 75. vers. licet ergo fol. 169. Plaza epit. delict. cap. 21. nu. 2. fol. 324. vbi multa ad rem Afflict. ad Constit. Neapol. Priuilegia Angel. de malef. in verbo, & partem facit insultum col. pen. Tiber. Decian. lib. 7. cap. 29. nu. 19. Vbi dicit, & pariter dicimus quem proditorie interfecisse quando incautum, & retro offendit: Cum enim homicidium fit sine disfida seu diffidatione est proditorium prout de communi attestatur Farin. vbi supra: Apparet enim ex processu quòd iste Candianus paulo ante homicidium

dium visus est in dicto loco cum exploratore eum obseruãs quem sciebat eo in loco tendere bombicinas ad solem exiciandas.

Quòd autem affuerit animus deliberatus id colligimus tum ex inimicitia graui, tum ex qualitate armorum, tum quia à tergo fuit offensus nullis dictis verbis, tum ex geminatis percussionibus in terra datis, quæ omnia animum deliberatum arguunt latè Menoch. cons. 361.

Rursus si dicatur Bullam Gregorianam loqui de proditorio homicida propriè qui fingit se amicum, & prodit, respondeo Bullam non se astingere ad eam speciem tantùm, cum id veniret ad derogationem iuris communis ex quo veniunt extrahendi ab Ecclesia non solùm homicidæ cum proditione, sed etiam sine cum animo deliberato vt supra dixi, alioquin Papa huic hominum generi videretur in sua Bulla fauere voluisse, & eos assecurasse in Ecclesijs quòd nullo modo dicendum est, ideò verba illa proditorie, ad omne genus proditionis referuntur cum interpretatio lata sit facienda per quam fit reuersio ad ius commune notatur in l. si verò §. de viro ff. sol. matrimonio...

His adhuc non acquiescunt dicti Iudices Ecclesiastici sed opponunt quod volunt quod testes examinati repetantur & suspensos retinent Fiscales quorum munus est respondere, prout confido responsuros, eos non posse sibijpsis vẽdicare hanc cognitionem ordinariam, sed tantùm an appareat de aliqua notoria laicorum captura in Ecclesia, aut peruentione iux. id quod faciunt Iudices secularès remisso ad eos delinquente iux. Tiber. Decian. lib. 5. cap. 28. tit. de Iudicibus tract. 1. fol. 258. vide latè. Respondeant DD. Fiscales cum ego non sim requisitus, designo tamen locum ex quo veritatem educere possiunt.

Pro Illustri Fermino.

Non potest Depositarius se iuuare beneficio sexagenariç ætatis, nã est Priuilegium quod attribuitur deposito ideò iure cõuenitur de dolo lata culpa iux. not. in l. culpa quod nerua ff. deposit. & contra eum datur iuramentum in litem si non restituat, & efficitur infamis l. 1. ff. his qui

qui not. infamia Plot. de in litem iuran. §. Deç. num. 3, & contrectans depositum tenetur actione furti l. 1. §. si rem depositam ff. depos. & in l. furtum ff. cond. furt. non enim caret dolo is qui sciens se esse sexagenarium sponte subijt onus depositi Alciat. cap. cum non ab homine num. 78. De Iudic, Et plus ille peccat qui sub venerabili maestate homines fallit, & similibus illationibus confirmat, Alciat. cui addo Castren. in l. etiam 2. licet nu. 3. fol. matrimonio vers. Item quid.

Simile legitur in statuto sub cap. 167. vbi licet nemo pro debito priuato possit capi, attamen fallit in deposito licet non fit sequuta condemnatio, & vnum statutum declarat aliud notatur in l. Qui filiabus ff. leg. primo.

Quare non obstat statutum sub cap. 243. nam cum declarat se, ne locum habeat vbi per præsentia statuta aliter reperiatur dispositum, & statutum sub cap. 167. specialiter disponat, ideò rectè depositarius sexagenarius detinebitur.

Nam ob quod dictum statutum sub cap. 167. vers. qui massarij exprimat casus in quibus sexagenaria ætas non prodest, inter quos non est depositarius ergo exceptio non confirmat regulam in casibus non exceptis, notatur in l. 1. ff. reg. iur. Quia respondetur, quòd illi casus excepti, non excludunt maiores expressos, & sic Depositarium imò etiã similes, & in quibus maior versatur ratio Crau. cons. 565. Venerabilis n. 3. lib. 3. Maius enim odium est contra Depositarium vti furem, quàm contra colonos, emphitheutas, & similes, qui non ita delinquunt.

Additur vltimo ꝙ ætas non excusat in delictis, ideò cũ Depositarius contrectat depositũ cõmittit furtũ l. Qui fortuito ff. cond. furt. l. Qui sacculum ff. depofit. l. 3. C. eodem Decis. Tholos. 168. Tantomagis puniendus est iste Depositarius, qui cum esset Consul constituit se Depositarium, & sic deliquerit ratione officij, cum sit instar Antiani, & quottidie contra eos proceditur, & detinentur, prout & de præsenti detinentur Antiani Portæ Nouæ, & Portæ Tonsæ tam quàm depositarij.

Curia Prætoria curauit eum relaxari, vti sexagenarium sed Senatus Excellentissimus dictam ordinationem reuocauit; *Quandoque bonus dormitat Homerus.*

Do-

Doctor non poteſt detineri pro debito ſuæ Vniuerſitatis extat ordo Senatus anni 1595. diei 5. Maij vbi quòd fuit relaxatus abſque impenſa Doctor. Claudius Putheus. Inter ordines Senatus fol. 19.

§. De pœnis diuerſ. crimin.

TRigeſimo. Plagiarius vide Crau. conſ. 280. ſed ne ignotum ſit tibi nomen Plagij: Dicas quòd à plaga, ſeu dolore dicitur, qui infligitur parentibus, & Dominis ex ſuppreſſione filiorum, vel ſeruorum; Alio modo diffinitur à Petro Tholoſ. in Syntagmate iuris vniuerſi lib. 36. cap. 31. vbi plura ad rem conferentia, vide etiam ſupra vbi mentionem feci, ideo ſufficit remiſſio.

Trigeſimoprimo. Priuatum carcerem exercens. Plura ſcripſi ſupra.

Trigeſimoſecundo. Proditor. De hoc apud Farin. q. 18. n. 73. Afflic. Deciſ. 265. nu. 64. Tiber, Decian. lib. 5. crimin. cap. 29. tomo ſecundo, & cap. 31. vbi habes de pœnis proditorũ. Trigeſimotertio. Raptores mulierum. Vide Conſtitutionẽ. De Raptu mulieris. Vid. ad materiam Laderchij conſilium 183. fui quandoque vbi honeſtatem, vel inhoneſtationẽ an fiſcus, an Inquiſitus de raptu probare habeat, ſtante ſtatuto loquente de muliere honeſta; Iſta ſpeculatio ſuperflua eſt in caſu Decreti noſtri, ob ea quę habentur in verſ. Imputatos Plot. in ſuo Indice in littera Raptus Grani. conſ. 28. Farin. q. 145. Cioff conſ. 102. lib. 2. Tiber. Decian. lib. 8. De varijs Quæſt. circa Raptum mulieris honeſtæ Hieronymus Gabr. conſ. 173. lib. primo Peguerra cap. 42. q. primâ Mar. Anguiſſol. conſ. 33.

Trigeſimoquarto. Sacrilegi. Vide Decian. tomo 2. lib. 6. cap. 4. Plura apud Baiard. ad Clar. §. ſacrilegium.

Trigeſimoquinto. Seditionis auctor Clar. q. 67. & ibi Baiard. num. 108.

Trigeſimoſexto. Seipſum occidere conans. Idem Clar. q. 68. verſ. ſeipſum. De hoc ego in ſcholijs ad Ambroſin. Baiard. vbi ſupra num. 112. 113. Dixi ſupra.

Trigesimoseptimo. Sodomitæ Constitutio. De Pœnis §. Sodomitæ Menoch. casu 286. De arbitr. Iud. Farin. in casu singulari in cons. 25. Decis. Triuis. 13. lib. 2. causarum criminal Feder. Scot, tom. 2. lib. 4. Responso 32. Nec plura de hac fœtida materia.

Trigesimooctauo Transfugæ. Clar. q. 68. vers. Transfuga is enim dicitur, qui malo animo, & Proditoriè patriam relinquit, & in hostes transit Gramat. Decis 105. num. 29. Farin. q. 20. num. 154.

Trigesimonono. Turbator publicę pacis Farin. d. q. num 155. vers. Decimus est casus.

Quadragesimo. Tutor, qui propriam pupillam corrumpit, quod scelus frequens est. Clar. §. fornicatio vers. Cum pupilla Grill. De Pęn. omnifar. coitus cap. 11. nu. 7.

Quadragesimoprimo. Vastatores, & incisores vitium Clar. q. 68. vers. Vastatores Farin. q. 20. nu. 113.

Quadragesimosecondo. Venenum faciens de hoc Farin. q. 12. Constitutio. De Pœnis §. Modoque præmisso veneficos de hoc Caball. cons. 197. Rerum crimin & Farin. q. 122. Vbi plenè subijcio plenum responsum in hac materia pro Didaco sottomaiore, qui fuit condemnatus ad inhabitandum in quibusdam regionibus remotis, maiorem sanè pœnam luituro nisi Hispanus fuisset. Ponatur.

Fol. 79. vers. Aduente etiam debet.

Clar. q. 67, in principio.

Fol. 207. Ibi qui Dominus Index.

Forma sententiæ facendæ quādo ex tortura nil emersit.

Forma ordinationis capitalis sequendæ Clar. q. 99.

Ibi Manigoldus Vide statutum criminale 165.

Ibi Pro Remuneratione statutum sub cap. 164.

Fol. 90. Ibi omnes condemnationes. Statutum crim. cap. 32.

Fol 91. Ibi de condemnationibus. Statutum sub cap. 35.

Ibi cum autem criminalia. Constitutio de senator. §. cum autem vers. Constitutionnm tit. de mulctis.

De Pęnis variorum delictorum plura cumul. Marius Burgius benè doctus in suo tract. de modo procedendi ex abrup. in Indice in verbo Pœna.

Fol. 208. Ibi de condemnationibus. Statutum crimin. 34.

Ibi non possit. Appellatio prohibetur in criminalibus sed eius loco successerunt litteræ ad nouas defensiones Constit.

ſtit. Tit. de accuſat. §. A ſententia.

Extat ordo Senatus anni 1545. 26. Octobris in quo cenſuit eos qui ad nouas defenſiones admittuntur ex cauſa ciuili in qua conſtitutio perſonalis neceſſaria eſt, teneri ſe conſtituere perſonaliter infra decem dies à conceſſione nouarum defenſionum numerandos, quo tempore lapſo, & conſtitutione non facta ipſam conceſsionem nou. defenſionũ eſſe irritam, & nullius momenti, & qui ex condemnatione pecuniaria ad ſe defendendum admittuntur menſem ſtatuendum eſſe ad proſequendum ſuas defenſiones poſtquã admiſſi fuerint, quod ſi nõ fecerint lapſo menſe exequutionem contra eos non eſſe differendam. ſign. Franc. Petranigra ſecretarius.

Alius ordo Senatus 1580. die Ianuarij in hunc modum. Nouæ defenſiones non concedantur intra annum vbi petentes conuiſti ſint; de his litteris Clar. q. 44. verſ. facta. Sigiſmon. Scaccia cap. 97. in tract. iud. cauſ. ciuil. & crimin. Farin, latè q. 11. num. 86. 87.

Dubitatio exorta eſt an aduerſus lapſum temporis præſtituti ad petendum litteras admiſsioni ad nou. defenſiones. Detur reſtitutio in integrum ex capite legitimi impedimenti. Scripſi pro Io. Baptiſta Villa, ſed ille repulſam paſſus eſt, impreſſum eſt illud reſponſum in tract. meo de præſcript. delict. Quod incipit non eſt deneganda.

Fol. 209. Ibi in criminalibus. Expenſarum ratio eſt habenda iux. clar. q. 62. Verſ ſed nunquid Afin. in pract. §. 32. cap. 2. Amplia primo circa has expenſas extat Conſtit. Tit. de accuſ. §. ſi quis quempiam ad cuius intellectus Vid. Plot. conſ. 19. nu. 97. Coſta conſ. 42. nu. 2. Gorgiat. Patroc. 19. nu. 100. Menoch. caſ. 321. 322. de Arbitr. Iud. Vid. Gaſpar. Theſaur q. 45. victus.

Ibi ſi quis aliquem accuſauerit. Stat. ſub. cap. 160.

Pro Dominico Motio Cremonenſe.

QVæſtio eſt an condemnatus pro aliquo delicto in aliquã pœnã extraordinariam, attento quod non fuit plenè probatum delictum debeat etiam damnari ad intereſſe partis, quæ proceſſum inſtruxit. Hanc quæſtionem attingit Caball. reſol. crimin. 82. nu. 15. lib. primo. & uidetur reſidere ſuper opinione negatiua, & utitur hac ratione quia ille

ille non condemnatus vti reus, & delinquens sed vti suspectus, quæ suspicio quo ad interesse partis non habetur pro veritate, nec sufficit ad condemnationem; quia delictum requirit vel confessionem, vel probationem.

Ego non video aliquid pro hac sua opinione Caballum adducere substantiale, sed solùm quòd condemnari nõ potest versus partem quia non est cõuictus de delicto, sed ego non video cur magis sit subueniendum Fisco ad lucrum anhelanti erga quem reus vti vehementer suspectus condemnatur ad pęnam seu pecuniariam, seu corporalem, quàm erga partem offensam de damno euitando certantem cui iustius iure subueniri mandant l. fin. §. licentia C. Iur. delib. l. non puto ff. iure Fisci.

Nec obstat quòd Caballus dicat se non vidisse aliquem condemnari quia ego vidi aliter obseruatum in causa Martini Soresinæ Aromatarij contra quendam de Lucinis imputatum de Furto iocalium, & pecuniarum, item contra Orlandum Minolum hospitem in qua quod plus est eum absoluit à crimine furti, sed tamen eum condemnauit ad restitutionem rerum furto ablatarum, & ad damna, & interesse. Vlterius in causa furti torquis ad quærelam Isabellæ de Cribellis Senatus in anno 1590. die 10. Februarij cõdemnauit Matheum Pisam ad restitutionem torquis seu eius pretium vnà cum omnibus expensis, & vlterius quod exularet per semestre à præsenti Dominio. Signatur Poggius, & sic fuit tantùm condemnatus in pœnam extraordinariam ratione delicti sed Senatus adiecit partis interesse, nam verùm est quòd licèt præsumptiones non sufficiant ad pęnam corporalem pro delicto imponendam, cum requirantur plenæ, non tamen quo ad interesse ciuile expensarum, & damnorum, & iuramenti in litem ad formam l. si quando C. vnde vi. Remanet enim Iudex in ciuili, & Senatus quotti dieque prospicit ad euitanda litium dispendia, & circuitus, vt quis absoluatur pro crimine, & condemnetur versus partem pro interesse ciuili.

His non obstat si dicatur Iudicem non posse ciuiliter cõdemnare, & reum absoluere à iudicio criminali iux. Farin. q. 1. nu. 65. de Inquisit. lib. 1. nam loquuntur omnes authoritates ab eo citatæ quando quis in totum absoluitur, non

etiam

etiam quando imponitur pœna extraordinaria post purgationem cum tortura, cum adhuc extent vehementes illæ delicti præsumptiones, quæ si sufficiunt ad pœnam corporalem, vel ad mulctam Fisco inferendam, tanto magis ad interesse partis cum ex dicta pœna non dicatur in totum sanatu cicatrix quæ remanet defixa in corpore rei & clarum est quòd illæ delicti præsumptiones quo ad effectum ciuilem probant, & cum inditium ciuile veniat incidenter ad criminale de eo habenda est ratio in condemnatione faciẽda, nam tantum abest quòd torturam purgauerit, quòd imo remanet effectus quo ad persecutoriam rei familiaris.

Quinimo pugnare Iustitię videretur quòd accusator qui sustinet iudicij expensas, & pondus diei, & estus & sine cuius ope Fiscus nullum emolumentum sentiret, posthabeatur Fisco, cũ & Fiscus persepe constituat de proprio ærario prœmia ad hoc vt accusationibus assistãt, & eas tueãtur.

Cum ergo Dominicus Mocius Cremonensis senserit expensas, & damna facto Equitis Maximiliani Vgolani, ergo sequitur quòd qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur regula l. Qui occidit in fine ff. ad l. Aquil. l. Videamus §. fin. ff. loc. & qui author est delicti tenetur de omni delicto quod sequitur etiam præter intentioné not. in l. Quoniam multa facinora C. ad l. Iuliam de vi publica.

§. Adulterium.

EX processu formato contra Octauium Cusanũ ad querelam Camilli Confalonerij, & Hippolitæ Lampugnanæ Iugalium resultant nonnulla capita imputationum de quibus nunc diffinitiuè agendum est.

Primò quod cum dictus Octauius repulsam tulisset à dicta Hippolita suæ temerariæ petitionis, cum ausus fuisset eam sollicitare in adulterium cum eo committẽdum, multa in dedecus, & ignominiam suam attentauerit, vilipendia, & opprobria fecerit qualia sunt in subtrahendo è domo Rhedam in stabulo existentem extorto aureo vno pro eius restitutione. Secundò. Quòd è dolio in nocte fuerit vinum extractum, & per cellam vinariam exapnsum. Rursus in obseruando tempus quo absens erat dictis Camillus

in vagando eam adhibita ui in dictam Hippolitam vt eam carnaliter cognosceret itaut ea de causa coacti fuerint preceptum penale reportare à Domino Prætore Mediolani de non offendendo sub pena &c. quòd in contemptum dicti præcepti sub die 17. Februarij anni præsentis ausus est percutere grauiter ancillam dictorum Iugalium & cum de hac hominis arrogantia conquerentur iniurias in utrumq; conijcere. Postremò accusatus est de publico concubinatu in quo vitam agit turpem, cum scandalo viciniæ, de his singulis videndum est.

Quo ad vim illatam in attentanda eius pudicitia cum sit matrona honesta de qua omnes benè sentiunt, & honesto viro collocata, negari non potest quia hæc vis sit punibilis, nam licèt non puniatur affectus absq; effectu, attamē quia ad proximum actum ventum est violentiæ puniri omnes volunt conatum solùm, quia quo ad eum nihil defuit ad sceleris perfectionem, ideò de hoc, ac de delicto consumato iudicandum est Bald. l. Non eo minus nu. 10. C. accusat. relat. cum ceteris à Iacobo Menoch. cas. 260. De arbitr. Iudic. nu. 20. vers. septima cogitatio, & in puncto quòd alterius vxorem sollicitantes puniantur ratione solius conatus idem num. 50. vers. Sextus est casus ibidem & quo ad hoc cum agatur de actu gesto in domo testes domestici sunt idonei not. in l. consensu C. Repud. Sim. De Præt. cons. 113 nu. 12. 16. Vbi quòd ea probantur per socios criminis, & infames Ant. Gabr. de test. conclus. 10 num. 40. 41. Mascard. conclus. 124. num. 48, & 533. nu. 15, & magis ad rem in stupro Modoen. Roman. De Iudic. & tortura q. 55. num. 44. vers. & de stupro Onded. cons. 98, & 100. nu. 14. Caball. Resol. crimin. casu 200, n. 103, & seq. quare &c. Laus Deo &c.

Maritus qui semel remisit adulterium accepto pretio ab adultero, non potest secundo loco accusare cum factus sit indignus Gandin. de malefic. tit. qui accus. poss. num. 22. vbi quòd prohibetur accusare mores vxoris quos ipse approbauit art l. si vxori ff. adulter.

Non enim fuisse accipiendam accusationem huiusmodi mariti demonstro ex eo, quòd agatur de criminoso, & de authore omnium malorum, quia Iudex debet inquirere an maritus publicè viuens, mulieri quoque colendi bonos mores

res author fuerit,quia periniquum est ab vxore exigere n o res quos ipse maritus non habet, & caret Angel. De Malefic. in verbo. *Che hai adulterato* num 49.

Ad hæc repellitur ab accusando, quia remittendo non tantum mores,sed etiam futuros approbare videtur Salyc. in l Castitati col.pen.C eodem.

Facit quia remittendo per pecuniam videtur lenociniũ exercuisse vxoris,quod committitur quando maritus sciẽs retinet vxorem,tanquam eius pudicitiam venalem habeat tex.in l.2.§.lenocinij.ff eodem vbi Bart.nu.1.Dicitur enim occultus leno ex l.Mariti lenocinium.ff.eo tit Farin.q.145. nu.84.& 95.Nam nulli dubium est, quòd quæstus causa id ab eo factum est, ita nunc eadem vestigia calcans vellet à nob. Brugora pecunias extorquere iteratam faciendo remissionem.

De abductione etiam vxoris quæri non potest, cum de hac non appareat, nec consideretur in eo,qui olim eãdem mulierem cognouit Farin.q.145.num.161.

Rursus quòd quis cogatur exhibere mulierem haud id à iure alienum est,cum non doceatur potestas copiæ faciendæ toto tit.ff.ad exhibendum,tanto magis cessat omnis pęna,quia constat de seuitia viri ex vulneribus illatis ob quæ illa mortem metuens non facit copiam suiipsius.

Addatur quòd cum iste maritus sit accusatus ab vxore, & Inquisitus de vulneribus ei illatis lethaliter, & de Abortu ex causa d. vulnerum, de hac causa vti præiudiciali ad suam accusationem contra Adulterum formatam prius cognoscendum est, quia tunc sequuta declaratione, quod mulier non teneatur redire cessat omnis actio,& super hac exceptione prius cognoscendũ est iux.not.in c. Tuã de ord. cognit.Crau.conf.781.col.1.& 2.lib. 2. Expectandus ergo est exitus illius Iudicij, quod absorbet accusationem de Adulterio,

Et quòd nullum ius accusandi detur marito contra vxorem ex mala sua tractatione, & ex vulneribus ei illatis trad.in specie Anchar.conf.408.Probata & per alias authoritates additas à Tiraq. De ll.connub.in 1.l. Glos. prima Par.1 nu.25.vers.Nec otiosum est in fine.

Debet ergo Nob.Brugora absolui ab omni hac crimina-

li actione vti calumniosissima, &c.
Laus Deo.

§. *Vis Publica*.

PVnctus iudicij criminalis quo vrgetur signifer Iacobus Præalonus, quærelante Ceruto, licèt circumferatur sub nomine Robariæ, seu Rapinæ adstratam; attamen id erroneum est, cum proprium delictum sit vis publica compræhensa sub tit. ff. & C. Ad l. Iul. de vi pub. nam non animo lucrandi causa commissa est, sed sibi cauendi, assecurandi, indemnitatem parandi; adeoque hoc delictum cadit sub alio capite, nempe quòd non licet impunè creditori propria authoritate sibi Iusdicere, vim debitori adhibendo, iux. not. in l. extat ff. eo quòd met. causa, & Cridæ Principum idem disponunt, æditæ in anno 1598. die 22. Augusti cum adeundi sint Iudices & ab eis auxilium iudiciarium implorandum, non autem propria manu militari reposcendum ad ius suum consequendum, ibi contendere *Con le sue raggioni, & scritture, dimandi a i Giudici, & non alla campagna con l'armi, & con la forza*.

Verùm ad excusationem afferuntur plurimæ causæ iustæ quæ mouerunt dictum Prealonum, quæ etiam si leues forent, cum tamen sint vrgentes, sufficiunt ad euadendum omnem pœnam ex cumul. à Menoch. De Recuper. possess. remed. verbo nu. 50, & seqq. vers. Quero 14. vbi per multas illationes hoc confirmat, de furto, ergo, nec rapina est agendum, quia præsumitur Præalonus fecisse pro iure suo, vt sibi caueret de fideiussione per eum præstita prout vult per multas authoritates Bertazol. cons. 113. lib. 1. nu. 5. ex cons. Marsil. 21. num. 14, & 35. num. 9. de vi ergo tantùm quærendum est, vt ibi quòd Bertazol. nu. 6. vers. Quod maximè quæ vis opponitur Iustitiæ, & iuri, & Tyranidem sapit Tiber. Decian. lib. 8. cap. 1. fol. 192. 2. tract. crimin.

De hac vi quæ infertur in via publica idem cap. 16. nu. 8. vers. Item qui per vim; & cum in præsenti casu contra Prealonum nulla adsint doli vestigia, sed solùm violentia facti obijcitur, tutus esse debet ab omni pena Decian. cap. 20. tit. De excus. viol. nu. 10. vers. item excusabitur; Imò ad excluden-

cludendum delictum sufficit Prealono quòd putauerit sibi licere, vt per eundem ibi; & ita declarantur dictæ Cridæ si adsit dolus qui à latere seu accusatoris, seu Fisci, probandus est ex Ias. in l.1.§. Quòd Prætor nu.2. ff.neque eum qui in ius & cætera Decian. vbi supra nu. 14. verf. quòd si quis, & dolum cessare probat Farin. multis cons. 13.num 9 vers. Dolus cessat, vbi in terminis dicit, quòd si quis facit aliquid animo afficurandi se de aliquo suo credito: Quia non fecit animo lucrandi cessat delictum, & eius pœna, cum cesset illicitum, quia verè Prealonus cuius bona erant à Fisco apprehensa, erat creditor ex causa fideiussionis pro Doctore Marcono factæ cuius erant pecuniæ deferendæ ad Cameram Regiam creditricem ex sententia contra Marconum lata; Concurrebat iusta credulitas concepta de Cerruto paupere nil possidente, & quòd periculum erat in mora, & alia ordinatim accumulata, & prudenter à D.Magneto huius causæ causidico; ideò pluribus in re tam clara non laboro, &c. Laus Deo &c.

§. Læsæ Maestatis diuinæ, & humanæ.

PRoeo qui spontè confessus fuit se habuisse librum in quo scriptæ erant aliquæ superstitiones prohibitæ ad excitandos amores, & inueniendos thesauros, sed non legisse cum sit litterarum ignorus. Responsum:

Hunc articulum attingit Direct. Inquis. 3.par. Coment. 22. Postquam vers. Postremo, & dicit quòd si quis fatetur metu probationum, vt quando ad iudicium vocatus est, & cum eo mitius agendum est. Ad hæc Osten.cap., de hoc ex. de Simon. qui loquitur in confitente metu probationum: Et hanc opinionem sequitur Abbas in cap. Atsi Clerici de Iudic, nu.8. in fine, & ibi Imola, Anchar. Dec.num.4,& 6, vbi dicit hanc opinionem esse veram & ibi Mantua nu. 13, & dicit Bald. in l. eamque in 11. q. C. condic. indeb. quòd spontè dicitur confessus, etiam vocatus in inditio, modò antequàm testes examinentur, confiteatur, & amplius dicit Roman. conf. 59. in vltimo dubio ad materiam l fin. ff. rei vendicat. Bald. conf. 82.col.1.3. vol. Tiraq. de pœn. temper. caf. 30.num. 11. 12.

Cœterùm magis fauendum esse reor huic N. litterarum ignaro, & nullus callenti, in quo magis simplicitas quàm dolus elucet, & ideò magis iura subueniunt præsertim in foro pęnitentiali iux. C.de his verò l. Doct. Aug.Bero.cós. dicto cap. At si clerici nu. 88. 91. 92, & quòd ab eo præsumatur abesse dolus,& sine dolo deliquisse Bertaz.cons.193. nu 14. Bero. cons.78. num.2.

Neque omninò sola librorum inuentio suspectum aliquem facit, cum requiratur certa scientia quòd ille liber esset damnatus Bursat. cons. 90. num.11. lib. 1. quia requiruntur aliæ coniecturæ vehementissimæ, Multum enim in hoc tribuitur religioni iudicantis,prout scitè post Simanc. & alios differit Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 474. num. 12. Marsil. l. qui falsum nu. 106. ff. ad l. Cornel. de fals. & in §. Diligenter nu.91. Menoch. de præs. lib.5. præs.6. nu. 18. leuem autem suspicionem appellat Archan.& Felyn. relati à Decian. lib. 5. tit. de libris hęret. cap.46.num. 26. vers. sed Imo.

Cum igitur multæ coniecturæ stent pro innocentia huius equitis præsertim vita pia, & ortodoxa dignum eum puto, cum quo benignè agatur iux. laudabilem consuetudinem illius Religiosissimi tribunalis, cum nullæ aliæ coniecturæ vrgeant Gondisl. de Hęret. q. 13. Zanchin. de heret. cap.7. nu.7. ad quem confugias.

Concludo etiam ei non esse indicandam aliquam purgationem Canonicam ex hac leui suspicione quòd sit inuentus dictus liber, cum non agatur de homine vili, & abiecto, sed nobili, & honesto quod firmat Simanc.de Cathol. Instit.cap.50.n.29. vers. Hoc amplius inter vol.tract. tom.11. par. 2. secundùm impressionem Venetam fol. 190. Dirrect. Inquisit. 2. par. titu. 56. in hunc modum *periculosum est ob leues suspiciones tradere hominem ad indicia probum, & honestum, eumque interrogare de fide, ergo personarum ratio habenda est; nam ex leuibus suspicionibus probabilibus tamen aduersus viles, & improbos procedi poterit, vt intelligatur quid in pectore gestent, contra alios nequaquam.*

Laus Deo &c.

§. Bar-

In vna Placentina homicidij non banniti associantis bannitum.

OCciso hoc anno 1611. Iosepho Bossio toties è carceribus elapso Deo omnium scelerum iustissimo vindice; Insurgunt plurimæ dubitationes.

Prima an data à Principe, vel Senatu potestate aliquem offendendi possit is impunè occidi. Hanc quæstionem ponit Iaf. in l. in suis nu. 26. ff. liber. & posth. vers. Imo fortius & tenet affirmatiuam, Homicidium enim dicitur offensa cons. 188, statuto. Castr. Pleb. in principio vbi quòd offensio dicitur omnis actus ex quo pœna resultat, sed ex homicidio pęna resultat, ergo Homicidium est offensa: Hanc quæstionem disputant ad partes Alber. De Rosate in suo tract. De stat. in 4. & vltima parte q. 18 supposito, vbi residet in hac opinione a consuetudine recepta, nec conuenit quòd eius clipeo quis decipiatur, cum fecerit id quòd publicè licitum credebat cum hac transit Clar. §. Homicidium vers. est tamen Banniti enim habentur per hostibus, & transfugis, Alciat. cons. 6. lib. 2. tom. primo. Velpell. cons. 142. num. 7. Vbi quod etiam possunt bonis à priuatis spoliari.

Ad secundum. Quæsitum an possit impunè occidi associans comitansquè bannitum Dec. quod sic ex Alber. De stat. in 3. par. statuti q. 35. per text. cum Glos. in verbo socius in cap. Felicis de pęnis in 6. & in Clem. 1. eo tit. vbi socius associans criminosum tenetur eadem pœna cum delinquente vide Farin. q. 133. nu. 4. & 18. 19. 20. Hoc multis firmat Aug. Bero. cons. 197. In causa in 3. vol. Cæterum ex cridis 1611. 12. Martij, & 1603. 10. Martij satis prouisum est, vt non solùm banniti capi, sed & occidi queant; & etiam qui cum bannitis associantur, & ita censuit Senatus anno 1609. die 10. Iulij in casu qui sequitur.

Prætori Derthonæ.

VIsis inclusis precibus Caroli Ratti, ex feudatarijs Vallis Rattorum, & visis condemnationibus capitalibus contra Bartholomeum de Argenta appellatum Guerram sequutis pro atrocibus delictis vnà cum Proclamationibus

Ill. L. T. nostri publicatis contra bannitos die 12. Martii 1601. & die 10. Martij 1603. quibus permissum est non solũ bannitos capi, & occidi impunè posse, sed etiam eos qui cũ bannitis associati erunt, & visa etiam personali constitutione cum voto Fisci nostri superinde excitati, vobis mandamus, vt cum ipse supplicans cuius opera dictus Guerrà capitaliter bannitus occisus fuit, vnà cum Ioanne Faccioto appellato Muratore, qui de eius societate, & assecla erat eos occidi impunè potuerit, maximè cùm mandatum habe rent à Marchione Pet. Francisco Malaspina ab Illustri L. T. nostro delegato ad capiendos bannitos, & interficiendos, eum causa dictorum homicidiorum non molestetis, sed liberè dimittatis. Sign. Mendocia, & Maynoldus Sign. à Camillo Robio Secretarij Besutij Cancellario.

Hæc eadem quæstio fuit disputata in causa cuiusdam de Beretinis de loco Vogoniæ iurisdictionis DD. Borromeorum, qui occidit quendam non bannitum existentem de societate banniti, dum nocte ad eius domum iuissent vt pecunias ex Aedibus suis expilarent, & subtraherent, & Senatus prius voluit votum Fiscalium, qui vnanimes ita sententiam suam protulere.

Visis precibus Io. Antonij, & Iac. Antonij patris, & filij de Beretinis, Augustini Alegrannæ, & Io. Antonij Pagani imputatorum de homicidio in personam Bartholomei Salinæ appellati il Pigurro: priusquam quidquam deliberaremus, omnium Fiscalium votum intelligere voluimus, eo nunc intellecto ad uos litteras dedimus vt nobis rescribatijs si quid in contrarium habetis, cur stantibus expositis petita concedi non deberent; Visis postea ijs, quæ in executione dictarum litterarum rescripsisti, mandamus vobis vt eis sic stantibus imputatos vlterius non molestetis Dat. Mediolani die 8. Augusti 1609. Sign. Mendocia, & Maynoldus Prætori Vogoniæ; extant etiam litteræ eiusdem Prætoris Vogoniæ ad Senatum, in quibus monet eum tutius esse differre hanc exceptionem In tempus Relationis diffinitiuæ: Quibus Senatus repulsam dedit.

Quæritur tertio. An homicida teneatur sistere in carceribus, & allegare exceptionem banni, prout seruatur in Regno Neapolitano ex Carauita de Ritu 269. Clar q 32.

Que-

Quæstio hæc disputata fuit in eadem causa Beretini Vogoniensis,& alterius de Barbonis Soncinatis,quæ duo Responsa ad has considerationes reducuntur.

Ego censeo non teneri, quem ad se consignandum cum occidit virtute proclamationum, vel Constitutionis permittentis, quem posse impune offendi vt supra dixi in eo, qui occidit virtute proclamatis,quia si cogeretur se consignare perrari reperirentur; qui vellent occidere hoc metu carceris adducti,& fraudaretur finis ob quem fiunt eiusmodi proclamata,& ita videtur concludendum in dicto Ritu, & sic obseruatur Vincent.Franc.decis.314.nu 5.vers Quod si quis occidit aliquem comprehensum in banno, vel Constitutione,quæ dat Indulgentiam occidendi prout in casu isto in quo datur facultas offendendi; opponitur exceptio banni per Procuratorem,quia hæc oppositio vere est extra crimen.Quinimo in iisdem cridis anni 1599.23. Iulij tollitur facultas disputandi super nullitate banni, modò sit bannitus discriptus in Albo,& in contentis in vers. *Et perche nissuno*,cum his,quæ sequuntur,& in vers. *Dichiara* in meo libro cridarum fol.29. Ergo admittitur hæc exceptio per Procuratorem faciunt ad hæc adducta per Gars. De Abolit.Indul.23.nu 33.34.35.

Ne igitur frustra inuitentur homines ad occidendum,& offendendum,dicendum est hos non teneri sistere in carceribus postquam aut occiderint aut offendiderint. Ne permissio,quæ fauorabilis est, restringatur fauores enim sunt ampliandi,odia restringenda.

Quæstio ultima est an hi quoque qui occidi,aut offendi possunt,id fieri possit extra Territorium statuentium Conclusiue dico,quod sic ex Crau.cons 409 Quæritur an Princeps num.17.lib 3.col.pen. Quod responsum redditum est pro Duce Ferrariæ, vbi dicit quod offendens bannitum in alieno Territorio puniri non potest in Territorio bannientis,permittentis offensionem simpliciter, imò consequitur inquit ille,præmium ac si in Territorio permittentis offensus fuisset Marsil sing.124. Vidisti vbi cit.Bald.consil,397. Præmittendum est ad euidentiam lib.6 Singulare Responsum Rimin.Iun.cons.470.n.6.lib.4 Boss in tit.Banniti quid amittant, & hæc locum habent tantum quo ad Territorium

Domini

ille non condemnatus vti reus, & delinquens sed vti suspectus, quæ suspicio quo ad interesse partis non habetur pro veritate, nec sufficit ad condemnationem: quia delictum requirit vel confessionem, vel probationem.

Ego non video aliquid pro hac sua opinione Caballum adducere substantiale, sed solùm quòd condemnari nō potest versus partem quia non est cōuictus de delicto, sed ego non video cur magis sit subueniendum Fisco ad lucrum anhelanti erga quem reus vti vehementer suspectus condemnatur ad pęnam seu pecuniariam, seu corporalem, quàm erga partem offensam de damno euitando certantem cui iustius iure subueniri mandant l. fin. §. licentia C. Iur. deliber. l. non puto ff. iure Fisci.

Nec obstat quòd Caballus dicat se non vidisse aliquem condemnari quia ego vidi aliter obseruatum in causa Martini Sorefinæ Aromatarij contra quendam de Lucinis imputatum de Furto iocalium, & pecuniarum, item contra Orlandum Minolum hospitem in qua quod plus est eum absoluit à crimine furti, sed tamen eum condemnauit ad restitutionem rerum furto ablatarum, & ad damna, & interesse. Vlterius in causa furti torquis ad quærelam Isabellæ de Cribellis Senatus in anno 1590. die 10. Februarij cōdemnauit Matheum Pisam ad restitutionem torquis seu eius pretium vnà cum omnibus expensis, & vlterius quod exularet per semestre à præsenti Dominio. Signatur Poggius, & sic fuit tantùm condemnatus in pœnam extraordinariam ratione delicti sed Senatus adiecit partis interesse, nam verùm est quòd licèt præsumptiones non sufficiant ad pęnam corporalem pro delicto imponendam, cum requirantur plenæ, non tamen quo ad interesse ciuile expensarum, & damnorum, & iuramenti in litem ad formam l. si quando C. vnde ui. Remanet enim Iudex in ciuili, & Senatus quotti dieque prospicit ad euitanda litium dispendia, & circuitus, vt quis absoluatur pro crimine, & condemnetur versus partem pro interesse ciuili.

His non obstat si dicatur Iudicem non posse ciuiliter cōdemnare, & reum absoluere à iudicio criminali iux. Farin. q. 1. nu. 65. de Inquisit. lib. 1. nam loquuntur omnes authoritates ab eo citatæ quando quis in totum absoluitur, non

etiam

etiam quando imponitur pœna extraordinaria post purgationem cum tortura, cum adhuc extent vehementes illæ delicti præsumptiones, quæ si sufficiunt ad pœnam corporalem, vel ad mulctam Fisco inferendam, tanto magis ad interesse partis cum ex dicta pœna non dicatur in totum sanatu cicatrix quæ remanet defixa in corpore rei & clarum est quòd illæ delicti præsumptiones quo ad effectum ciuilem probant, & cùm inditium ciuile veniat incidenter ad criminale de eo habenda est ratio in condemnatione faciẽda, nam tantum abest quòd torturam purgauerit, quòd imo remanet effectus quo ad persecutoriam rei familiaris.

Quin imo pugnare Iustitię videretur quòd accusator qui sustinet iudicij expensas, & pondus diei, & æstus & sine cuius ope Fiscus nullum emolumentum sentiret, posthabeatur Fisco, cũ & Fiscus persepe constituat de proprio ærario prœmia ad hoc vt accusationibus assistãt, & eas tueãtur.

Cum ergo Dominicus Mocius Cremonensis senserit expensas, & damna facto Equitis Maximiliani Vgolani, ergo sequitur quòd qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur regula l. Qui occidit in fine ff. ad l. Aquil. l. Videamus §. fin. ff. loc. & qui author est delicti tenetur de omni delicto quod sequitur etiam præter intentionẽ not. in l. Quoniam multa facinora C. ad l. Iuliam de vi publica.

§. *Adulterium*.

EX processu formato contra Octauium Cusanũ ad querelam Camilli Confalonerij, & Hippolitæ Lampugnanæ Iugalium resultant nonnulla capita imputationum de quibus nunc diffinitiuè agendum est.

Primò quod cum dictus Octauius repulsam tulisset à dicta Hippolita suæ temerariæ petitionis, cum ausus fuisset eam sollicitare in adulterium cum eo committẽdum, multa in dedecus, & ignominiam suam attentauerit, vilipendia, & opprobria fecerit qualia sunt in subtrahendo è domo Rhedam in stabulo existentem extorto aureo vno pro eius restitutione. Secundò. Quòd è dolio in nocte fuerit vinum extractum, & per cellam vinariam exapnsum. Rursus in obseruando tempus quo absens erat dictis Camillus

in vagando eam adhibita ui in dictam Hippolitam vt eam carnaliter cognosceret itaut ea de causa coacti fuerint preceptum penale reportare à Domino Prætore Mediolani de non offendendo sub pena &c. quòd in contemptum dicti præcepti sub die 17. Februarij anni præsentis ausus est percutere grauiter ancillam dictorum Iugalium & cum de hac hominis arrogantia conquerentur iniurias in utrumq; conijcere. Postremò accusatus est de publico concubinatu in quo vitam agit turpem, cum scandalo viciniæ, de his singulis videndum est.

Quo ad vim illatam in attentanda eius pudicitia cum sit matrona honesta de qua omnes benè sentiunt, & honesto viro collocata, negari non potest quia hæc vis sit punibilis, nam licèt non puniatur affectus absq; effectu, attamē quia ad proximum actum ventum est violentiæ puniri omnes volunt conatum solùm, quia quo ad eum nihil defuit ad sceleris perfectionem, ideò de hoc, ac de delicto consumato iudicandum est Bald. l. Non eo minus nu. 10. C. accusat. relat. cum ceteris à Iacobo Menoch. cas. 260. De arbitr. Iudic. nu. 20. vers. septima cogitatio, & in puncto quòd alterius vxorem sollicitantes puniantur ratione solius conatus idem num. 50. vers. Sextus est casus ibidem & quo ad hoc cum agatur de actu gesto in domo testes domestici sunt idonei not. in l. consensu C. Repud. Sim. De Præt. cons. 113 nu. 12. 16. Vbi quòd ea probantur per socios criminis, & infames Ant. Gabr. de test. conclus. 10. num. 40. 41. Mascard. conclus. 124. num. 48, & 533. nu. 15, & magis ad rem in stupro Modoen. Roman. De Iudic. & tortura q. 55. num. 44. vers. & de stupro Onded. cons. 98, & 100. nu. 14. Caball. Resol. crimin. casu 200, n. 103, & seq. quare &c. Laus Deo &c.

Maritus qui semel remisit adulterium accepto pretio ab adultero, non potest secundo loco accusare cum factus sit indignus Gandin. de malefic. tit. qui accus. poss. num. 22. vbi quòd prohibetur accusare mores vxoris quos ipse approbauit art l. si vxori ff. adulter.

Non enim fuisse accipiendam accusationem huiusmodi mariti demonstro ex eo, quòd agatur de criminoso, & de authore omnium malorum, quia Iudex debet inquirere an maritus publicē viuens, mulieri quoque colendi bonos mo-

res

res author fuerit,quia periniquum est ab vxore exigere n o res quos ipse maritus non habet, & caret Angel. De Malefic. in verbo. *Che hai adulterato* num 49.

Ad hæc repellitur ab accusando, quia remittendo non tantum mores,sed etiam futuros approbare videtur Salyc. in l Castitati col.pen.C eodem.

Facit quia remittendo per pecuniam videtur lenocinium exercuisse vxoris,quod committitur quando maritus sciēs retinet vxorem,tanquam eius pudicitiam venalem habeat tex.in l.2.§.lenocinij.ff eodem vbi Bart.nu.1.Dicitur enim occultus leno ex l.Mariti lenocinium.ff.eo tit Farin.q.145. nu.84.& 95.Nam nulli dubium est, quòd quæstus causa id ab eo factum est, ita nunc eadem vestigia calcans vellet à nob. Brugora pecunias extorquere iteratam faciendo remissionem.

De abductione etiam vxoris quæri non potest, cum de hac non appareat, nec consideretur in eo,qui olim eādem mulierem cognouit Farin.q.145.num.161.

Rursus quòd quis cogatur exhibere mulierem haud id à iure alienum est,cum non doceatur potestas copiæ faciendæ toto tit.ff.ad exhibendum,tanto magis cessat omnis pœna,quia constat de seuitia viri ex vulneribus illatis ob quæ illa mortem metuens non facit copiam suiipsius.

Addatur quòd cum iste maritus sit accusatus ab vxore, & Inquisitus de vulneribus ei illatis lethaliter, & de Abortu ex causa d. vulnerum, de hac causa vti præiudiciali ad suam accusationem contra Adulterum formatam prius cognoscendum est, quia tunc sequuta declaratione, quod mulier non teneatur redire cessat omnis actio,& super hac exceptione prius cognoscendū est iux.not.in c. Tuā de ord. cognit.Crau.consf.781.col.1.& 2.lib. 2. Expectandus ergo est exitus illius Iudicij, quod absorbet accusationem de Adulterio,

Et quòd nullum ius accusandi detur marito contra vxorem ex mala sua tractatione, & ex vulneribus ei illatis trad.in specie Anchar.consf.408.Probata & per alias autho ritates additas à Tiraq. De ll.connub. in 1. l. Glos. prima Par.1 nu.25.vers.Nec otiosum est in fine.

Debet ergo Nob.Brugora absolui ab omni hac crimina-

li actione vti calumniosissima,&c.

Laus Deo.

§. Vis Publica.

PVnctus iudicij criminalis quo vrgetur signifer Iacobus Præalonus, quærelante Ceruto, licèt circumferatur sub nomine Robariæ, seu Rapinæ adstratam; attamen id erroneum est, cum proprium delictum sit vis publica compræhensa sub tit. ff. & C. Ad l. Iul. de vi pub. nam non animo lucrandi causa commissa est, sed sibi cauendi, assecurandi, indemnitatem parandi; adeoque hoc delictum cadit sub alio capite, nempe quòd non licet impunè creditori propria authoritate sibi Iusdicere, vim debitori adhibendo, iux. not. in l. extat ff. eo quòd met. causa,& Cridæ Principum idem disponunt, æditæ in anno 1598. die 22. Augusti cum adeundi sint Iudices & ab eis auxilium iudiciarium implorandum, non autem propria manu militari reposcendum ad ius suum consequendum, ibi contendere *Con le sue raggiori, & scritture, dimandi a i Giudici, & non alla campagna con l'armi, & con la forza.*

Verùm ad excusationem afferuntur plurimæ causæ iustæ quæ mouerunt dictum Prealonum, quæ etiam si leues forent, cum tamen sint vrgentes, sufficiunt ad euadendum omnem pœnam ex cumul. à Menoch. De Recuper. possess. remed. verbo nu. 50, & seqq. vers. Quero 14. vbi per multas illationes hoc confirmat, de furto, ergo, nec rapina est agendum, quia pra sumitur Præalonus fecisse pro iure suo, vt sibi caueret de fideiussione per eum præstita prout vult per multas authoritates Bertazol. conf. 113. lib. 1. nu. 5. ex conf. Marsil. 21. num. 14, & 35. num. 9. de vi ergo tantùm quærendum est, vt ibi quòd Bertazol. nu. 6. vers. Quod maximè quæ vis opponitur Iustitiæ, & iuri, & Tyranidem sapit Tiber. Decian. lib. 8. cap. 1. fol. 192. 2. tract. crimin.

De hac vi quæ infertur in via publica idem cap. 16. nu. 8. vers. Item qui per vim;& cum in præsenti casu contra Prealonum nulla adsint doli vestigia, sed solùm violentia facti obijcitur, tutus esse debet ab omni pena Decian. cap. 20. tit. De excus. viol. nu. 10. vers. item excusabitur; Imò ad excluden-

cludendum delictum sufficit Prealono quòd putauerit sibi licere, vt per eundem ibi, & ita declarantur dictæ Criæ si adsit dolus qui à latere seu accusatoris, seu Fisci, probandus est ex Ias. in l. 1. §. Quòd Prætor nu. 2. ff. neque enim qui in ius & cætera Decian. vbi supra nu. 14. vers. quòd si quis, & dolum cessare probat Farin. multis cons. 13. num 9 vers. Dolus cessat, vbi in terminis dicit, quòd si quis facit aliquid animo assicurandi se de aliquo suo credito: Quia non fecit animo lucrandi cessat delictum, & eius pœna, cum cesset illicitum, quia verè Prealonus cuius bona erant à Fisco apprehensa, erat creditor ex causa fideiussionis pro Doctore Marcono factæ cuius erant pecuniæ deferendæ ad Cameram Regiam creditricem ex sententia contra Marconum lata; Concurrebat iusta credulitas concepta de Cerruto paupere nil possidente, & quòd periculum erat in mora, & alia ordinatim accumulata, & prudenter à D. Magneto huius causæ causidico; ideò pluribus in re tam clara non laboro, &c. Laus Deo &c.

§. Læsæ Maestatis diuinæ, & humanæ.

PRo eo qui spontè confessus fuit se habuisse librum in quo scriptæ erant aliquæ superstitiones prohibitæ ad excitandos amores, & inueniendos thesauros, sed non legisse cum sit litterarum ignorus. Responsum:

Hunc articulum attingit Direct. Inquis. 3. par. Coment. 22. Postquam vers. Postremo, & dicit quòd si quis fatetur metu probationum, vt quando ad iudicium vocatus est, & cum eo mitius agendum est. Ad hæc Osten. cap. de hoc ex. de Simon. qui loquitur in confitente metu probationum: Et hanc opinionem sequitur Abbas in cap. Atsi Clerici de Iudic. nu. 8. in fine, & ibi Imola, Anchar. Dec. num. 4, & 6, vbi dicit hanc opinionem esse veram & ibi Mantua nu. 53, & dicit Bald. in l. eamque in 11. q. C. condic. indeb. quòd spontè dicitur confessus, etiam vocatus in inditio, modò antequàm testes examinentur, confiteatur, & amplius dicit Roman. cons. 59. in vltimo dubio ad materiam l. fin. ff. rei vendicat. Bald. cons. 82. col. 1. 3. vol. Tiraq. de pœn. temper. cas. 30. num. 11. 12.

Cæterùm magis fauendum esse reor huic N. litterarum ignaro, & nullius callenti, in quo magis simplicitas quàm dolus elucet, & ideò magis iura subueniunt præsertim in foro pęnitentiali iux. C. de his verò l. Doct. Aug. Bero. cōs. dicto cap. At si clerici nu. 88. 91. 92, & quòd ab eo præsumatur abesse dolus, & sine dolo deliquisse Bertaz. cons. 193. nu 14. Bero. cons. 78. num. 2.

Neque omninò sola librorum inuentio suspectum aliquem facit, cum requiratur certa scientia quòd ille liber esset damnatus Bursat. cons. 90. num. 11. lib. 1. quia requiruntur aliæ coniecturæ vehementissimæ, Multum enim in hoc tribuitur religioni iudicantis, prout scitè post Simanc. & alios differit Menoch. de Arbitr. Iud. cas. 474. num. 12. Marsil. l. qui falsum nu. 106. ff. ad l. Cornel. de fals. & in §. Diligenter nu. 91. Menoch. de præs. lib. 5. præs. 6. nu. 18. leuem autem suspicionem appellat Archan. & Felyn. relati à Decian. lib. 5. tit. de libris hęret. cap. 46. num. 26. vers. sed Imo.

Cum igitur multæ coniecturæ stent pro innocentia huius equitis præsertim vita pia, & ortodoxa dignum eum puto, cum quo benignè agatur iux. laudabilem consuetudinem illius Religiosissimi tribunalis, cum nullæ aliæ coniecturæ vrgeant Gondisl. de Hęret. q. 13. Zanchin. de heret. cap. 7. nu. 7. ad quem confugias.

Concludo etiam ei non esse indicandam aliquam purgationem Canonicam ex hac leui suspicione quòd fit inuentus dictus liber, cum non agatur de homine vili, & abiecto, sed nobili, & honesto quod firmat Simanc. de Cathol. Instit. cap. 50. n. 29. vers. Hoc amplius inter vol. tract. tom. 11. par. 2. secundùm impressionem Venetam fol. 190. Dirrect. Inquisit. 2. par. titu. 56. in hunc modum *periculosum est ob leues suspiciones tradere hominem ad indicia probum, & honestum, eumque interrogare de fide, ergo personarum ratio habenda est; nam ex leuibus suspicionibus probabilibus tamen aduersus viles, & improbos procedi poterit, vt intelligatur quid in pectore gestent, contra alios nequaquam.*

Laus Deo &c.

§. Bar-

In vna Placentina homicidij non banniti associantis bannitum.

OCcifo hoc anno 1611. Iosepho Bossio toties è carceribus elapso Deo omnium scelerum iustissimo vindice; Insurgunt plurimæ dubitationes.

Prima an data à Principe, vel Senatu potestate aliquem offendendi possit is impunè occidi. Hanc quæstionem ponit Iaf. in l. in suis nu. 26. ff. liber. & posth. vers. Imo fortius & tenet affirmatiuam, Homicidium enim dicitur offensa conf. 188, statuto. Castr. Pleb. in principio vbi quòd offensio dicitur omnis actus ex quo pœna resultat, sed ex homicidio pęna resultat, ergo Homicidium est offensa: Hanc quæstionem disputant ad partes Alber. De Rosate in suo tract. De stat. in 4. & vltima parte q. 18 supposito, vbi residet in hac opinione a consuetudine recepta, nec conuenit quòd eius clipeo quis decipiatur, cum fecerit id quòd publicè licitum credebat cum hac transit Clar. §. Homicidium vers. est tamen Banniti enim habentur per hostibus, & transfugis, Alciat. conf. 6. lib. 2. tom. primo. Velpell. conf. 142. num. 7. Vbi quod etiam possunt bonis à priuatis spoliari.

Ad secundum. Quæsitum an possit impunè occidi associans comitansquè bannitum Dec. quod sic ex Alber. De stat. in 3. par. statuti q. 35. per text. cum Glos. in verbo socius in cap. Felicis de pęnis in 6. & in Clem. 1. eo tit. vbi socius associans criminosum tenetur eadem pœna cum delinquente vide Farin. q. 133. nu. 4. & 18. 19. 20. Hoc multis firmat Aug. Bero. conf. 197. In causa in 3. vol. Cæterum ex cridis 1611. 12. Martij, & 1603. 10. Martij satis prouisum est, vt non solùm banniti capi, sed & occidi queant; & etiam qui cum bannitis associantur, & ita censuit Senatus anno 1609. die 10. Iulij in casu qui sequitur.

Pretori Derthonæ.

VIsis inclusis precibus Caroli Ratti, ex feudatarijs Vallis Rattorum, & visis condemnationibus capitalibus contra Bartholomeum de Argenta appellatum Guerram sequutis pro atrocibus delictis vnà cum Proclamationibus

Quæstio hæc disputata fuit in eadem causa Beretini Vogo niensis,& alterius de Barbonis Soncinatis,quæ duo Respo n sa ad has considerationes reducuntur.

Ego censeo non teneri, quem ad se consignandum cum occidit virtute proclamationum, vel Constitutionis permittentis, quem posse impunè offendi vtsuprà dixi in eo, qui occidit virtute proclamatis,quia si cogeretur se consignare perrari reperirentur, qui vellent occidere hoc metu carceris adducti,& fraudaretur finis ob quem fiunt eiusmodi proclamata,& ita videtur concludendum in dicto Ritu, & sic obseruatur Vincent.Franc.decis.314.nu 5.vers.Quod si quis occidit aliquem comprehensum in banno, vel Constitutione,quæ dat Indulgentiam occidendi prout in casu isto in quo datur facultas offendendi, opponitur exceptio banni per Procuratorem,quia hæc oppositio verè est extra crimen.Quinimo in ijsdem cridis anni 1599.23. Iulij tollitur facultas disputandi super nullitate banni, modò sit bănitus descriptus in Albo,& in contentis in vers. *Et perche nissuno*,cum his,quæ sequuntur,& in vers. *Dichiara* in meo libro cridarum fol.29. Ergò admittitur hæc exceptio per Procuratorem faciunt ad hæc adducta per Garf. De Abolit.Indul.23.nu 33.34.35.

Ne igitur frustra inuitentur homines ad occidendum,& offendendum,dicendum est hos non teneri sistere in carceribus postquam aut occiderint,aut offenderint. Ne permissio,quæ fauorabilis est, restringatur fauores enim sunt ampliandi,odia restringenda.

Quæstio vltima est an hi quoque qui occidi,aut offendi possunt,id fieri possit extra Territorium statuentium Conclusiue dico,quod sicex Crau.cons 409 Quæritur an Princeps num.17.lib.3.col.pen. Quod responsum redditum est pro Duce Ferrariæ, vbi dicit quod offendens bannitum in alieno Territorio puniri non potest in Territorio bannientis,permittentis offensionem simpliciter, imò consequitur inquit ille,præmium ac si in Territorio permittentis offensus fuisset Marsil sing.124. Vidisti vbi cit.Bald.consil,397. Præmittendum est ad euidentiam lib.6 Singulare Responsum Rimin.Iun.cons.470.n.8.lib.4 Boss in tit.Banniti quid amittant, & hæc locum habent tantùm quo ad Territoriũ

Domini

Domini permittentis, non autem respectu Domini loci in quo occiditur. Et ita sentio. Laus Deo.

An Iudex inferior possit statuere terminum bannito ad recedendum, & ad seruandum exilium.

NOn video quomodo Dominus Prætor Alexandriæ potuerit concedere terminum ad recedendum Gattamoliæ,& componendum sarcinas, cum esset merus executor ordinationis Senatus Excellentissimi Ideò omnia quæ fuerunt facta in exequutione dictæ ordinationis Prætoriæ videlicet stipulatio fideiussoria vti accessoria sunt nulla ad notata in cap.cum principalis de Reg.iuris vbi Dec. Et de executore,quòd nihil possit nisi exequi notatur in l. executorem.C.exec.Rei Iud.Bart.in l.A Diuo Pio.ff. Re iudicata. Bald.in l.si non cognitio.C.si contra ius,vel vtil. pub.

Quare remittendus erat ad Senatum, qui iudicauit, qui solet cum causæ cognitione dare contra bannum, & prorogare terminos statutos ad recedendum, & ad seruandum exilium notatur in cap.De cætero de re iudic.Andr. Gayll. lib.pract.obseruat.113 quæstione incip. Postquam sententia num.8. Sic igitur stipulatio super actu nullo interposita nullum operatur effectum l.4.§.condemnatum.ff. Re iudicata cap. Non præstat impedimentum de reg.iur.in sexto. Et qui non potest facere actum non potest eum prorogare; Prorogatio conceditur vti pars actus, alioquin si Iudices inferiores possent prorogare terminum ad recedendum interuertere possent bannum sæpius prorogando, & ab eorū potestate penderet, quòd exilium exequutioni mitteretur ad not in l.is potest.ff acquir. hæred.& ad Regulam is potest absoluere qui & condemnare, & faciunt quæ de prorogatione disserit Andr.Tiraq.De Rettr.municipal. §.primo Glos.10.Dedans lan.nu 26.27 Nec obligatur fideiussor plus quam principalis l.Grece.§.Illud.ff. fideius.

Ex his fideiussor ex actu prorogato coram Iudice incompetente non tenetur toto titu. C.si non compet.& ita &c.

Laus Deo.

Pro

Pro nobilibus fratribus: Seßis super receptatione fratris banniti.

SVpponitur in facto capitaliter fuisse bannitum Io. Antonium Sessani qui cum fratribus habebat communem, & indiuisam domum: Modò ille post bannum domum venit militari ascriptus uexillo sub Illustri Don Alonso Idiaquez, ostenditque eius licentiam habitam à dicto eius Duce habitandi cui tamen non acquieuerunt dicti fratres, sed post reprehensum fratrem, cum monitiones, & eorum preces non prodessent, veriti ne in aliquam pœnam inciderent ob rigorem cridarum illum denunciarunt ad officium Prætoris Varisij vti Iudicem maioris Magistratus, ille haud metuens per multos post dies dicitur in ædibus communibus perseuerasse.

Accusati fuerunt prædicti fratres de receptatione, seu conuersatione cum dicto fratre bannito, qui excipiunt se satisfecisse cridis ex eo quòd denunciarunt & fidem retulerunt ab officio Varisij dictæ denunciationis; at replicat Egr. Capitaneus Iustitiæ quod dicti fratres post denunciationem per multum tempus comercium cum dicto fratre bannito habuisse, nec excusandos ex dicta denunciatione secundo replicant quòd eorum alter examinatus nihil opposuit de dicta denunciatione, vnde infertur quod si denũciatio facta esset, quòd contenti in iudicio opposuissent: at respondent fratres quòd standum est instrumento denũciationis, quod probat rem ita gestam esse not. in l. 2. C. eden. Mascard. de probat. littera acta, & licèt alter non opposuerit, id fuit quia denunciatio ab vno tantùm facta fuit nomine communi, quod sufficit in causa communi iux. tit. C. si vnus ex consu. appell. Cram. cons. 206. in proposito col. 1 & 2. Sic & restitutio minori concessa extenditur ad maiorem virtute Indiuiduitatis causæ iux. add. à Sfor. Odd. q. 46 art. 2, & 4. Non debet igitur cogi frater qui non denunciauit aut non opposuit ad sistendum in carceribus, nam ex cridis oritur ius definitionis scilicet nisi denunciatio facta fuerit, & quando exceptio oritur ex eodem fonte, semper potest opponi l. 1. § Quod parui ff. quod vi aut clam. Vid. Bart. nu. 5, & habet locum etiam quòd statutũ taxatiuè

ille non condemnatus vti reus, & delinquens sed vti suspectus, quæ suspicio quo ad interesse partis non habetur pro veritate, nec sufficit ad condemnationem: quia delictum requirit vel confessionem, vel probationem.

Ego non video aliquid pro hac sua opinione Caballum adducere substantiale, sed solùm quòd condemnari nó potest versus partem quia non est conuictus de delicto, sed ego non video cur magis sit subueniendum Fisco ad lucrum anhelanti erga quem reus vti vehementer suspectus condemnatur ad pęnam seu pecuniariam, seu corporalem, quàm erga partem offensam de damno euitando certantem cui iustius iure subueniri mandant l. fin. §. licentia C. Iur. delib. l. non puto ff. iure Fisci.

Nec obstat quòd Caballus dicat se non vidisse aliquem condemnari quia ego vidi aliter obseruatum in causa Martini Soresinæ Aromatarij contra quendam de Lucinis imputatum de Furto iocalium, & pecuniarum, item contra Orlandum Minolum hospitem in qua quod plus est eum absoluit à crimine furti, sed tamen eum condemnauit ad restitutionem rerum furto ablatarum, & ad damna, & interesse. Vlterius in causa furti torquis ad quærelam Isabellæ de Cribellis Senatus in anno 1590. die 10. Februarij cōdemnauit Matheum Pisam ad restitutionem torquis seu eius pretium vnà cum omnibus expensis, & vlterius quod exularet per semestre à præsenti Dominio. Signatur Poggius, & sic fuit tantùm condemnatus in pœnam extraordinariam ratione delicti sed Senatus adiecit partis interesse, nam verùm est quòd licèt præsumptiones non sufficiant ad pęnam corporalem pro delicto imponendam, cum requirantur plenæ, non tamen quo ad interesse ciuile expensarum, & damnorum, & iuramenti in litem ad formam l. si quando C. vnde ui. Remanet enim Iudex in ciuili, & Senatus quotidieque prospicit ad euitanda litium dispendia, & circuitus, vt quis absoluatur pro crimine, & condemnetur versus partem pro interesse ciuili.

His non obstat si dicatur Iudicem non posse ciuiliter cōdemnare, & reum absoluere à iudicio criminali iux. Farin. q. 1. nu. 65. de Inquisit. lib. 1. nam loquuntur omnes authoritates ab eo citatæ quando quis in totum absoluitur, non

etiam

etiam quando imponitur pœna extraordinaria post purgationem cum tortura, cum adhuc extent vehementes illæ delicti præsumptiones, quæ si sufficiunt ad pœnam corporalem, vel ad mulctam Fisco inferendam, tanto magis ad intereſſe partis cum ex dicta pœna non dicatur in totum sanatu cicatrix quæ remanet defixa in corpore rei & clarum est quòd illæ delicti præsumptiones quo ad effectum ciuilem probant, & cum inditium ciuile veniat incidenter ad criminale de eo habenda est ratio in condemnatione faciéda, nam tantum abest quòd torturam purgauerit, quòd imo remanet effectus quo ad persecutoriam rei familiaris.

Quinimo pugnare Iustitię videretur quòd accusator qui sustinet iudicij expensas, & pondus diei, & æstus & sine cuius ope Fiscus nullum emolumentum sentiret, posthabeatur Fisco, cũ & Fiscus persepe constituat de proprio ærario prçmia ad hoc vt accusationibus assistãt, & eas tueãtur.

Cum ergo Dominicus Mocius Cremonensis senserit expensas, & damna facto Equitis Maximiliani Vgolani, ergo sequitur quòd qui occasionem damni dat, damnum dedisse videtur regula l. Qui occidit in fine ff. ad l. Aquil. l. Videamus §. fin. ff. loc. & qui author est delicti tenetur de omni delicto quod sequitur etiam præter intentioné not. in l. Quoniam multa facinora C. ad l. Iuliam de vi publica.

§. *Adulterium*.

Ex processu formato contra Octauium Cusanũ ad querelam Camilli Confalonerij, & Hippolitæ Lampugnanæ Iugalium resultant nonnulla capita imputationum de quibus nunc diffinitiuè agendum est.

Primò quod cum dictus Octauius repulsam tulisset à dicta Hippolita suæ temerariæ petitionis, cum ausus fuisset eam sollicitare in adulterium cum eo committédum, multa in dedecus, & ignominiam suam attentauerit, vilipendia, & opprobria fecerit qualia sunt in subtrahendo è domo Rhedam in stabulo existentem extorto aureo vno pro eius restitutione. Secundò. Quòd è dolio in nocte fuerit vinum extractum, & per cellam vinariam exapnsum. Rursus in obseruando tempus quo absens erat dictis Camillus

in vagando eam adhibita ui in dictam Hippolitam vt eam carnaliter cognosceret itaut ea de causa coacti fuerint preceptum pęnale reportare à Domino Prætore Mediolani de non offendendo sub pęna &c. quòd in contemptum dicti præcepti sub die 17. Februarij anni præsentis ausus est percutere grauiter ancillam dictorum Iugalium & cum de hac hominis arrogantia conquerentur iniurias in utrumq; conijcere. Postremò accusatus est de publico concubinatu in quo vitam agit turpem, cum scandalo viciniæ, de his singulis videndum est.

Quo ad vim illatam in attentanda eius pudicitia cum sit matrona honesta de qua omnes benè sentiunt, & honesto viro collocata, negari non potest quia hæc vis sit punibilis, nam licèt non puniatur affectus absq; effectu, attamē quia ad proximum actum ventum est violentiæ puniri omnes volunt conatum solùm, quia quo ad eum nihil defuit ad sceleris perfectionem, ideò de hoc, ac de delicto consumato iudicandum est Bald. l. Non eo minus nu. 10. C. accusat. relat. cum cęteris à Iacobo Menoch. cas. 260. De arbitr. Iudic. nu. 20. vers. septima cogitatio, & in puncto quòd alterius vxorem sollicitantes puniantur ratione solius conatus idem num. 50. vers. Sextus est casus ibidem & quo ad hoc cum agatur de actu gesto in domo testes domestici sunt idonei not. in l. consensu C. Repud. Sim. De Præt. cons. 113 nu. 12. 16. Vbi quòd ea probantur per socios criminis, & infames Ant. Gabr. de test. conclus. 10. num. 40. 41. Mascard. conclus. 124. num. 48, & 533. nu. 15, & magis ad rem in stupro Modoen. Roman. De Iudic. & tortura q. 55. num. 44. vers. & de stupro Onded. cons. 98, & 100. nu. 14. Caball. Resol. crimin. casu 200, n. 103, & seq. quare &c. Laus Deo &c.

Maritus qui semel remisit adulterium accepto pretio ab adultero, non potest secundo loco accusare cum factus sit indignus Gandin. de malefic. tit. qui accus. poss. num. 22. vbi quòd prohibetur accusare mores vxoris quos ipse approbauit art l. si vxori ff. adulter.

Non enim fuisse accipiendam accusationem huiusmodi mariti demonstro ex eo, quòd agatur de criminoso, & de authore omnium malorum, quia Iudex debet inquirere an maritus publicē viuens, mulieri quoque colendi bonos mo-

res

res author fuerit,quia periniquum est ab vxore exigere n o res quos ipse maritus non habet, & caret Angel. De Malefic.in verbo.*Che hai adulterato* num 49.

Ad hæc repellitur ab accusando, quia remittendo non tantum mores,sed etiam futuros approbare videtur Salyc. in l Castitati col.pen.C eodem.

Facit quia remittendo per pecuniam videtur lenocinij exercuisse vxoris,quod committitur quando maritus sciēs retinet vxorem,tanquam eius pudicitiam venalem habeat tex.in l.2.§.lenocinij.ff eodem vbi Bart.nu.1.Dicitur enim occultus leno ex l.Mariti lenocinium.ff.eo tit Farin.q.145. nu.84.& 95.Nam nulli dubium est, quòd quæstus causa id ab eo factum est, ita nunc eadem vestigia calcans vellet à nob. Brugora pecunias extorquere iteratam faciendo remissionem.

De abductione etiam vxoris quæri non potest, cum de hac non appareat, nec consideretur in eo,qui olim eādem mulierem cognouit Farin.q.145.num.161.

Rursus quòd quis cogatur exhibere mulierem haud id à iure alienum est,cum non doceatur potestas copiæ faciendæ toto tit.ff.ad exhibendum,tanto magis cessat omnis pęna,quia constat de seuitia viri ex vulneribus illatis ob quæ illa mortem metuens non facit copiam suiipsius.

Addatur quòd cum iste maritus sit accusatus ab vxore, & Inquisitus de vulneribus ei illatis lethaliter, & de Abortu ex causa d. vulnerum, de hac causa vti præiudiciali ad suam accusationem contra Adulterum formatam prius cognoscendum est, quia tunc sequuta declaratione, quod mulier non teneatur redire cessat omnis actio,& super hac exceptione prius cognoscendū est iux.not.in c. Tuā de ord. cognit.Crau.consf.781.col.1.& 2.lib. 2. Expectandus ergo est exitus illius Iudicij, quod absorbet accusationem de Adulterio,

Et quòd nullum ius accusandi detur marito contra vxorem ex mala sua tractatione, & ex vulneribus ei illatis trad.in specie Anchar.cons.408.Probata & per alias authoritates additas à Tiraq. De ll.connub.in 1.l. Glos. prima Par.1 nu.25.vers.Nec otiosum est in fine.

Debet ergo Nob.Brugora absolui ab omni hac crimina-

li actione vti calumniosissima, &c.

Laus Deo.

§. Vis Publica.

PVnctus iudicij criminalis quo vrgetur signifer Iacobus Prælonus, quærelante Ceruto, licèt circumferatur sub nomine Robariæ, seu Rapinæ adstratam; attamen id erroneum est, cum proprium delictum sit vis publica compræhensa sub tit. ff. & C. Ad l. Iul. de vi pub. nam non animo lucrandi causa commissa est, sed sibi cauendi, assecurandi, indemnitatem parandi; adeoque hoc delictum cadit sub alio capite, nempe quòd non licet impunè creditori propria authoritate sibi Iusdicere, vim debitori adhibendo, iux. not. in l. extat ff. eo quòd met. causa, & Cridæ Principum idem disponunt, æditæ in anno 1598. die 22. Augusti cum adeundi sint Iudices & ab eis auxilium iudiciarium implorandum, non autem propria manu militari reposcendum ad ius suum consequendum, ibi contendere *Con le sue raggiori, & scritture, dimandi a i Giudici, & non alla campagna con l'armi, & con la forza.*

Verùm ad excusationem afferuntur plurimæ causæ iustæ quæ mouerunt dictum Prealonum, quæ etiam si leues forent, cum tamen sint vrgentes, sufficiunt ad euadendum omnem pœnam ex cumul. à Menoch. De Recuper. possess. remed. verbo nu. 50, & seqq. vers. Quero 14. vbi per multas illationes hoc confirmat, de furtò, ergo, nec rapina est agendum, quia præsumitur Prælonus fecisse pro iure suo, vt sibi caueret de fideiussione per eum præstita prout vult per multas authoritates Bertazol. cons. 113. lib. 1. nu. 5. ex cons. Marsil. 21. num. 14, & 35. num. 9. de vi ergo tantùm quærendum est, vt ibi quòd Bertazol. nu. 6. vers. Quod maximè quæ vis opponitur Iustitiæ, & iuri, & Tyranidem sapit Tiber. Decian. lib. 8. cap. 1. fol. 192. 2. tract. crimin.

De hac vi quæ infertur in via publica idem cap. 16. nu. 8. vers. Item qui per vim; & cum in præsenti casu contra Prealonum nulla adsint doli vestigia, sed solùm violentia facti obijcitur, tutus esse debet ab omni pœna Decian. cap. 20. tit. De excus. viol. nu. 10. vers. item excusabitur; Imò ad excluden-

cludendum delictum sufficit Prealono quòd putauerit sibi licere, vt per eundem ibi; & ita declarantur dictæ Cridæ si adsit dolus qui à latere seu accusatoris, seu Fisci, probandus est ex Ias. in l.1.§. Quòd Prætor nu.2. ff. neque eum qui in ius & cætera Decian. vbi supra nu. 14. vers. quòd si quis, & dolum cessare probat Farin. multis cons. 13. num 9 vers. Dolus cessat, vbi in terminis dicit, quòd si quis facit aliquid animo afficurandi se de aliquo suo credito: Quia non fecit animo lucrandi cessat delictum, & eius pena, cum cesset illicitum, quia verè Prealonus cuius bona erant à Fisco apprehensa, erat creditor ex causa fideiussionis pro Doctore Marcono factæ cuius erant pecuniæ deferendæ ad Cameram Regiam creditricem ex sententia contra Marconum lata; Concurrebat iusta credulitas concepta de Cerruto paupere nil possidente, & quòd periculum erat in mora, & alia ordinatim accumulata, & prudenter à D. Magneto huius causæ causidico; ideò pluribus in re tam clara non laboro, &c. Laus Deo &c.

§. Læsæ Maestatis diuinæ, & humanæ.

PRoeo qui spontè confessus fuit se habuisse librum in quo scriptæ erant aliquæ superstitiones prohibitæ ad excitandos amores, & inueniendos thesauros, sed non legisse cum sit litterarum ignorus. Responsum:

Hunc articulum attingit Direct. Inquis. 3. par. Coment. 22. Postquam vers. Postremo, & dicit quòd si quis fatetur metu probationum, vt quando ad iudicium vocatus est, & cum eo mitius agendum est. Ad hæc Osten. cap. de hoc ex. de Simon. qui loquitur in confitente metu probationum: Et hanc opinionem sequitur Abbas in cap. Atsi Clerici de Iudic. nu.8. in fine, & ibi Imola, Anchar. Dec. num. 4, & 6. vbi dicit hanc opinionem esse veram & ibi Mantua nu. 13, & dicit Bald. in l. eamque in 11. q. C. condic. indeb. quòd spontè dicitur confessus, etiam vocatus in inditio, modò antequàm testes examinentur, confiteatur, & amplius dicit Roman. conf. 59. in vltimo dubio ad materiam l. fin. ff. rei vendicat. Bald. conf. 82. col. 1. 3. vol. Tiraq. de pœn. temper. caf. 30. num. 11. 12.

Cæterùm magis fauendum esse reor huic N. litterarum ignaro, & nullus callenti, in quo magis simplicitas quàm dolus elucet, & ideò magis iura subueniunt præsertim in foro pęnitentiali iux. C. de his verò l. Doct. Aug. Berò cóſ. dicto cap. At si clerici nu. 88. 91. 92, & quòd ab eo præsumatur abesse dolus, & sine dolo deliquisse Bertaz. conſ. 193. nu 14. Bero. conſ. 78. num. 2.

Neque omninò sola librorum inuentio suspectum aliquem facit, cum requiratur certa scientia quòd ille liber esset damnatus Bursat. conſ. 90. num. 11. lib. 1. quia requiruntur aliæ coniecturæ vehementissimæ, Multum enim in hoc tribuitur religioni iudicantis, prout scitè post Simanc. & alios differit Menoch. de Arbitr. Iud. caſ. 474. num. 12. Marsil. l. qui falsum nu. 106. ff. ad l. Cornel. de falſ. & in §. Diligenter nu. 91. Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 6. nu. 18. leuem autem suspicionem appellat Archan. & Felyn. relati à Decian. lib. 5. tit. de libris hęret. cap. 46. num. 26. verſ. ſed Imo.

Cum igitur multæ coniecturæ stent pro innocentia huius equitis præsertim vita pia, & ortodoxa dignum eum puto, cum quo benignè agatur iux. laudabilem consuetudinem illius Religiosissimi tribunalis, cum nullæ aliæ coniecturæ vrgeant Gondisl. de Hęret. q. 13. Zanchin. de heret. cap. 7. nu. 7. ad quem confugias.

Concludo etiam ei non esse indicandam aliquam purgationem Canonicam ex hac leui suspicione quòd sit inuentus dictus liber, cum non agatur de homine vili, & abiecto, sed nobili, & honesto quod firmat Simanc. de Cathol. Instit. cap. 50. n. 29. verſ. Hoc amplius inter vol. tract. tom. 11. par. 2. secundùm impressionem Venetam fol. 190. Dirrect. Inquisit. 2. par. titu. 56. in hunc modum *periculosum est ob leues suspiciones tradere hominem ad indicia probum, & honestum, eumque interrogare de fide, ergo personarum ratio habenda est; nam ex leuibus suspicionibus probabilibus tamen aduersus viles, & improbos procedi poterit, vt intelligatur quid in pectore gestent, contra alios nequaquam.*

Laus Deo &c.

§. Ban-

In Vna Placentina homicidij non banniti associantis bannitum.

OCcifo hoc anno 1611. Iosepho Bossio toties è carceribus elapso Deo omnium scelerum iustissimo vindice; Insurgunt plurimæ dubitationes.

Prima an data à Principe, vel Senatu potestate aliquem offendendi possit is impunè occidi. Hanc quæstionem ponit Iaf. in l. in suis nu. 26. ff. liber. & posth. vers. Imo fortius & tenet affirmatiuam, Homicidium enim dicitur offensa conf. 188, statuto. Castr. Pleb. in principio vbi quòd offensio dicitur omnis actus ex quo pœna resultat, sed ex homicidio pęna resultat, ergo Homicidium est offensa: Hanc quæstionem disputant ad partes Alber. De Rosate in suo tract. De stat. in 4. & vltima parte q. 18 supposito, vbi residet in hac opinione a consuetudine recepta, nec conuenit quòd eius clipeo quis decipiatur, cum fecerit id quòd publicè licitum credebat cum hac transit Clar. §. Homicidium vers. est tamen Banniti enim habentur per hostibus, & transfugis, Alciat. conf. 6. lib. 2. tom. primo. Velpell. conf. 142. num. 7. Vbi quod etiam possunt bonis à priuatis spoliari.

Ad secundum. Quæsitum an possit impunè occidi associans comitansquè bannitum Dec. quod sic ex Alber. De stat. in 3. par. statuti q. 35. per text. cum Glos. in verbo socius in cap. Felicis de pęnis in 6. & in Clem. 1. eo tit. vbi socius associans criminosum tenetur eadem pœna cum delinquente vide Farin. q. 133. nu. 4. & 18. 19. 20. Hoc multis firmat Aug. Bero. conf. 197. In causa in 3. vol. Cæterum ex cridis 1611. 12. Martij, & 1603. 10. Martij satis prouisum est, vt non solùm banniti capi, sed & occidi queant; & etiam qui cum bannitis associantur, & ita censuit Senatus anno 1609. die 10. Iulij in casu qui sequitur.

Prætori Derthonæ.

VIsis inclusis precibus Caroli Ratti, ex feudatarijs Vallis Rattorum, & visis condemnationibus capitalibus contra Bartholomeum de Argenta appellatum Guerram sequutis pro atrocibus delictis vnà cum Proclamationibus

Quæstio hæc disputata fuit in eadem causa Beretini Vogo niensis,& alterius de Barbouis Soncinatis,quæ duo Respo n sa ad has considerationes reducuntur.

Ego censeo non teneri, quem ad se consignandum cum occidit virtute proclamationum, vel Constitutionis permittentis, quem posse impunè offendi vt supra dixi in eo, qui occidit virtute proclamatis,quia si cogeretur se consignare perrarì reperirentur; qui vellent occidere hoc metu carceris adducti,& fraudaretur finis ob quem fiunt eiusmo di proclamata,& ita videtur concludendum in dicto Ritu, & sic obseruatur Vincent.Franc.decis.314.nu 5.vers Quòd si quis occidit aliquem comprehensum in banno, vel Constitutione,quæ dat Indulgentiam occidendi prout in casu isto in quo datur facultas offendendi; opponitur exceptio banni per Procuratorem,quia hæc oppositio verè est extra crimen.Quinimmo in iisdem cridis anni 1599.23. Iulij tollitur facultas disputandi super nullitate banni, modò sit bà-nitus descriptus in Albo,& in contentis in vers. *Et perche nissuno*,cum his,quæ sequuntur,& in vers. *Dichiara* in meo libro cridarum fol.29. Ergò admittitur hæc exceptio per Procuratorem faciunt ad hæc adducta per Gars. De Abolit.Indul.23.nu.33.34.35.

Ne igitur frustra inuitentur homines ad occidendum,& offendendum,dicendum est hos non teneri sistere in carceribus postquam aut occiderint aut offendiderint. Nè permissio,quæ fauorabilis est, restringatur fauores enim sunt ampliandi,odia restringenda.

Quæstio ultima est an hi quoque qui occidi,aut offendi possunt,id fieri possit extra Territorium statuentium Conclusiue dico,quod sic ex Crau.cons 409 Quæritur an Princeps num.17.lib.3.col.pen. Quod responsum redditum est pro Duce Ferrariæ, vbi dicit quod offendens bannitum in alieno Territorio puniri non potest in Territorio bannientis,permittentis offensionem simpliciter, imò consequitur inquit ille,præmium ac si in Territorio permittentis offensus fuisset Marsil sing.124. Vidisti vbi cit.Bald.consil.397. Præmittendum est ad euidentiam lib.6 Singulare Responsum Rimin.Iun.cons.470.n.6.lib.4 Boss in tit.Banniti quid amittant, & hæc locum habent tantum quo ad Territoriū

Domini

Pro nobilibus fratribus Sessis super receptatione fratris banniti.

SVpponitur in facto capitaliter fuisse bannitum Io. Antonium Sessani qui cum fratribus habebat communem, & indiuisam domum: Modò ille post bannum domum venit militari ascriptus uexillo sub Illustri Don Alonso Idiaquez, ostenditque eius licentiam habitam à dicto eius Duce habitandi cui tamen non acquieuerunt dicti fratres, sed post reprehensum fratrem, cum moniti ones, & eorum preces non prodessent, veriti ne in aliquam pœnam inciderent ob rigorem cridarum illum denuntiarunt ad officium Prætoris Varisij vti Iudicem maioris Magistratus, ille haud metuens per multos post dies dicitur in ædibus communibus perseuerasse.

Accusati fuerunt prædicti fratres de receptatione, seu conuersatione cum dicto fratre bannito, qui excipiunt se satisfecisse cridis ex eo quòd denunciarunt & fidem retulerunt ab officio Varisij dictæ denunciationis; at replicat Egr. Capitaneus Iustitiæ quod dicti fratres post denunciationem per multum tempus comercium cum dicto fratre bannito habuisse, nec excusandos ex dicta denunciatione secundo replicant quòd eorum alter examinatus nihil opposuit de dicta denunciatione, vnde infertur quod si denũciatio facta esset, quòd conuenti in iudicio opposuissent: at respondent fratres quòd standum est instrumento denũciationis, quod probat rem ita gestam esse not. in l. 2. C. eden. Mascard. de probat. litterá acta, & licèt alter non opposuerit, id fuit quia denunciatio ab vno tantùm facta fuit nomine communi, quod sufficit in causa communi iux. tit. C. si vnus ex consu. appell. Crau. cons 206. in proposito col. 1 & 2. Sic & restitutio minori concessa extenditur ad maiorem virtute Indiuiduitatis causæ iux. add. à Sfor. Odd. q. 46 art. 2, & 4. Non debet igitur cogi frater qui non denunciauit aut non opposuit ad sistendum in carceribus, nam ex cridis oritur ius definitionis scilicet nisi denunciatio facta fuerit, & quando exceptio oritur ex eodem fonte, semper potest opponi l. 1. § Quod parui ff. quod vi aut clam. Vid. Bart. nu. 5, & habet locum etiam quòd statutũ

taxatiuè

taxatiuè loquatur, quòd nulla exceptio opponi possit Crass. de except. in 3. except. quæ prouenit ex capite eiusdem, vel alterius statuti.

Parum igitur obstat quòd Bartholomeus examinatus olim super receptatione dicti fratris banniti reticuerit dictam denunciationem: nam respondetur quòd ius excipiendi meta temporis non clauditur, & natura examinis est vt sit perpetua l. 2. §. purè ff. doli, mali, except. & annalia ad agendū, seu perpetua ad excipiendum, sciebat enim ius suum vbique durare. Secundo. Illa denunciatio fuit facta Bartholomeo absente.

Debent etiam Iudices in hanc partem inclinare, cū agatur de Cridis quæ fieri solent ad terrendum non vt pœna exigatur ad vnguem, & repugnante iure communi, & Constit. tit. de Recept. bannit. §. fin. Crau. cons. 309. Fiscus Caramaniæ.

Omni in casu apparet ab his fratribus abesse dolum quia hic non fuit receptatus, sed in domum suam se contulit, & vt de receptatione procedatur debet esse ad malum Farin. q. 133. nu. 51. vers. lim. septimo, & debet plenè probari dolus in receptante & in dubio non præsumitur dolus præsertim in receptando fratrem naturali vinculo vinctum ibidem nu. 58. vers. Ratio est.

Pudeat vocari in ius fratrem ratione huius hospitationis id abhorret pietas, & Religio Christiane, quando nullum delictum successit. Laus Deo &c.

Pro Domino Villa.

Tritius vigore facultatis datæ per cridas Principis cum esset bannitus nominauit se ipsum liberandum ex presentatione banniti, mox eum pœnituit suæ nominationis, & alteri hoc ius cessit: quæritur an post nominationem de se factam potuerit variare, & ab eâ recedere.

Videtur dicendum quòd cum per primum actum nominationis non sit alteri ius quæsitum, potuerit variare cap. Bone el 2. de Postul. prælat. Tiraq. l. Bonæ §. Hoc sermone limit. 23. ff. verb. signific idem in 1. limit. num. 38. Illæ enim cridæ considerant effectum suum, ideò in actu inuti-

li fa-

li facultas nominandi non consumatur iux. l. 4. §. conductum ff. re iudic. Est enim eadem ratio in 2. nominatione quæ in prima Tiraq. limit. 10. versamur etiam in materia fauorabili cum tendat ad publicam vtilitatem, & inuitentur homines ad purgandam prouinciam facinorosis, proponendo præmia liberationis, quo casu succedunt dicta per eundem in 3. limitatione.

Ex integro ergo nominatio fiet, & is admittetur cap. si electio de elect. in 6. Plura de variatione re integra facienda apud Osasc. decis. Pedem. 131. nume. 5. 6. ex his &c.

Laus Deo.

Quòd expensæ factæ pro detentione bannitorum, ac latronum pertineant ad Fiscum, non autem ad Communitates extat ordo Senatus anni 1595. die 6. Octobris. Vide Caball. Resol. crimin. casu 201. lib. 2.

§. *Fornicatio*.

In vna Clerici de stupro accusati.

CVm agatur de stupro attentato in personam Dominicæ puellæ annorum nouem, seu decem, & sic haud viri potentis per Clericum, cum facta visitatione per tres obstetrices, duæ excludant actus Venerei consumationem; Altera verò deponat deflorationem & maior numerus vincat minorem fauore præsertim inquisiti not. l. vbi numerus ff. test. Dec. l. qui accusare nu. 16. C. eden. pro Roman. l. merito ff. pro socio. Gabriel. de Test. conclus. 10. num. 21. Franc. Burs. cons. 126. nu. 35. vers. 2. Deponunt & cons. 70. num. 4.

Omissa disputatione an puniatur quis æque de attentato, ac de consumato quãdo ventum est ad exteriores actus, prout hic immissionis panis calidi in furnum, de quo apud Felyn. in suo insigni tract. conatus qui positus est sub tit. de senten. excommunic. cuius pœnam prosequitur Clar. in §. stuprum in fine in sua Praxi, Fachin. controuers. iuris lib. 9. cap. 101.

Minime hoc delictum videtur probatum ex dicto ipsius Puellæ deponẽtis se vi primo fuisse cognitã postea sine vi p

binas

binas vices, quibus dicit se ad eius domum missam ab Isabella ad accipiendũ quædam quę dicto Clerico mutuo dederat Crau. conf. 41. lib. 1. vbi consuluit ad defensam cuiusdam Reuer. Sacerdotis Grat. conf. 57. nu. 28. lib. 2. Grã. conf. 45. Marsil. conf. 28. nu. 18. Paris. conf. 163. nu. 8. lib. 4. Rimin. Iun. conf. 290. nu 9. lib. 3. Claud. ad Bertaz. cõs. 71. nu. 66. lib. 1. littera I. & non facere indicium ad torturam stante huius minori ætate pluribus firmat Farin. q. 43. nu. 94. cum seq. Caball. Resol. crimin. cas. 200. num. 113. Honded. cons. 98, & 100. nu. 14.

Neque enim video aliqua adminiculà hic afferri ob quæ torturæ hic sit subijciendus, nam potius contraria prædominantur qualia, qualitas matris vitæ deploratæ, ac alterius Isabellæ testis, quæ ambę notæ sunt impudicitiæ in postribulo habitantium rursus optima qualitas huius Clerici abundè probata, & corroborata à personis Religiosis.

Inuerisimile quoque quòd si hæc puella fuisset vi compressa non toties ad eum spontè redijsset.

Ego verò sic opinor impurissimam hanc matrem ad turpissima loca filiam suam destinauerit, nulli pudori parcens, & ad exhauriendas pecunias è manu Clerici hanc in eum criminationem reiecerit, quæ & paratam se obtulit paruo pretio accusationem componere, quam renuit Clericus suæ innocentiæ confisus.

Quare dignum eum absolutione existimo, saluo iudicio melius sentientis. Laus Deo.

Pro Reuer. Io. Baptista Ronchalio.

QVod attinet ad stuprum, seu coitum cum Barbara Serbellona illud non videtur probari solet per DD. in ca. litteris, & cap. 3. loco, De præsumpt. iunctis accumulatis à Mascard conclus. 1338. littera stuprum lib. 3. Non visus in lecto cum muliere. Non nocturna, aut furtiua accessio ad mulierem, non oscula, mamillarumque impudicos tactus, & licèt in medium afferatur depositio Polissenæ sororis Barbaræ stupratæ, attamen illa multis elisa remanet, seu quia soror stupratæ, seu quia vltrò se obtulit ad testificandum iux. l. post leg. ff. His qui ut indignis l. Quæ omnia. §. 1.

vbi

vbi Glos. in verbo suspectus. ff. procur. l. scire. §. fin. ff. Tutor. & Curator. dat. ab his. Vbi Bart. Crau cons. 47. nu. 36. lib. 4. Omitto quòd sit soror, conscia, Particeps, seu iniuria affecta ex sororis infamia.

Secundo. Quæritur qua pœna sit puniendus dictus Reuerendus Ronchalins, qui cũ a Iudice Ecclesiastico fuisset damnatus vt exularet per quinquennium sub pœna Remi pendente hoc tempore fuit in hac Vrbe captus.

Nisi esset certa pœna præfixa in casu contrauentionis bãni, locus esset duplicationi banni ex l. Aut damnum. §. Quis quis. ff. pœnis vbi Bart. §. Tẽporales instit. De except. Clar. §. fin. q 61. vers. Quæro qua pœna Iac. Menoch. cas. 530. nu. 28. Verum est quod dicit Clar. quod Senatus iubet quandoque non solùm duplicari bannum, sed etiam duobus tribusuè ictibus funis publicè affici.

Cęterùm in hoc Reuer. militant hæ considerationes ob quas recedendum est ab hoc rigore, & pęnæ asperitate.

Primò. Quia excessum fuit in pœna, quæ erat delicto, de quo imputabatur commensuranda iux. not. in cap. Non afferamus 24. q. 1. cap. felicis. §. Cœterùm de Pęnis in 6. l. Respiciendum ff. Pęnis. Marsil. l. 1. n. 256. C. Rapt. Virgin.

Sic etiam mulcta non potest imponi vltra ualorem causæ Ioann. dę Neuiz. cons. 61. per totum Berta4. cons. 353. Multa & quòd Iudices debeant cessare ab excessiua mulctą. & sentẽtia est nulla absque onere appellationis Natta cõs. 544. nu. 4. Cagnol. l. 1. nu. 21. ff. si quis Iud. non obtemper. Claud. ad Patrem cons. 354. Mulctam videant D. Iudices Ecclesiastici an à dicto Sacerdote ad inopiam prolapso sit exigenda tam seuera mulcta qui credidit sibi licere venire in hanc Vrbem errore facti adductus tamquam lapso suo tempore quæ credulitas excusat à pęna Farin. q. 103. num. 257. & q. 90. nu. 50. Additur quòd ex parua mora non incurritur pœna Tiraq. de Iud. in Reb. exig. n. 177. vers 68. Nec dicitur venisse is qui statim recessurus est. Ex his &c.

Quid factum sit nescio. Hoc vnum scio quod Apostauit à Religione peregrè proficiscens cum formosa puella pretio eam alienæ libidini exponens, qui cum esset virtutibus ornatus, delapsus est in profundum omnium maiorum &c. Laus Deo.

§. Ho-

§. Homicidium.

Pro Illustre Sfortiâ Speciano .

ACcusatus fuit,& Reus constitutus Dominus Specianus sub fol. processus offensiui 323. ex ordine Curiæ Papiensis . Quòd cum accessisset ad locum Spissiæ Nicolaus Putheus à Dominio Mediolani bannitus animo abducendi vxorem suam Magdalenam animo se benè cum ea habendi, & tractandi dictus Specianus eum in Ecclesia conuenerit, pluries significãdo ei Impudicos mores dictæ vxoris, instigando eum ad occidendũ eam ob Zelotopiam quam de eo conceperat, quod homicidium sequutum est .

Videamus quibus indicijs nitatur hic reatus, cum indicia debeant esse legitima,& in genere suo probata per duos testes, nisi de propinquis agatur l fin vbi Bart.n.7.ff. quæst. Mascard. conclus. 894. littera indicium lib. 2. de propinquo non est agendum, cum non habeatur in processu, & illud dicitur quod respicit veritatem & delicti immediatè per sensum visus, vel auditus iux. subiectam materiam, sed tantùm quæ adducuntur contra Specianum respiciunt circumstantias, nec tangunt substantiam negotij de quibus differit Farin. q 57.num.42. Quæ qualia sint nunc percurramus .

Primò adducitur fama quod hortatu Speciani Nicolaus maritus abduxit vxorem vt occideret verùm hæc fama non est probata, & desunt requisita de quibus per Bart. in l. De minore §. si plurium ff. qq. nec certum authorem habet.

Secũdò indicium procedendi contra specianum ductum fuit à depositione Innocentij Verdinæ patris occisi cui credendum non est, quia pater occisæ , tum querelans , & sic dupplici respectu repellitur . Hic tamen hæc adducit Primo se vidisse in Curia Parochi dicti loci loquentem Specianum cum Nicolao, verùm hoc indicium in nihilo grauat, quia non concurrunt illa tria de quibus in l. Vnica C. ser. fugit. . af ibi. Neque video quòd ex simplici colloquio præsumatur datum malum consilium,aut instigatio ad malum ex Mascard. de Probat. concl. 419. num. 19. lib. 1. Nam

nullæ

nulla est causa cur Specianus moneri debuerit ad instigandum ad dictum maleficium, nam aut consuetudinem veneream cum ea habebat, cum appareat ex processu quòd dicta Magdalena diuertebat ad domum dicti Speciani, & tunc non est verisimile quòd inseuierit in eam cuius complexus sustinuit, quæ recedebat cum marito; aut Zelotopyæ furrore incensus cupiebat de ea vlcisci, quòd amorem sororij sui amori præferret suo, & tunc cum illa cum marito recederet, non erat quòd amplius de ea curaret, sed cum hæc imaginaria sint, & ventosa, imo indigna quæ de nobili, prudente qualis est Specianus certè sunt negligenda. Secundò obijcitur quòd res, & Mobilia Magdalenæ sint abducta super nauicula quæ erat Speciani quam proinde requisiuit sibi tradi à Georgio Marisio; nã respondetur quòd esto quòd Specianus dictam nauiculam aut dederit, aut mutuò habuerit non video quòd faciat ad causam, cum Nicolaus maritus eò venerit animo abducendi vxorem cum ipse vti bannitus ibi morari non posset, cum debuisset demonstrari, inter Nicolaum, & Specianum præcessisse aut tractatum, aut instigationem, aut similia, sed cum non appareant de his aliqua vestigia, meritò cõtra eum nulliter processum fuit, nec suspicio aliqua oritur contra eum qui mutuat equum, nisi ad euitandam capturam post delictum, & vt ille euadat incolumis. Tertiò dictus Pater adducit quòd cum Gulielmus Macellarius conquestus fuisset de equo cõmodato Iosepho Bruzano apud dictũ Specianum, & quòd equus ei non restitueretur, respondisse eum ne dubitaret, quia pretium equi soluisset: quia respondetur quòd ego ex hoc non colligo aliquod indicium. Omni in casu probauit in defensionibus Specianus quòd equus erat destinatus ad accipiendum pro quodam amico suo Bergomense socio in venatione. Postremò nil ad rem quòd Specianus commodauerit equum ad discessum Magdalenæ, nam si illam amabat credendum est quòd in eam esset officiosus tam in nauicula, quàm equo commodandis, sed hæc futilia.

Præterea demus quod Specianus monuisset Nicolaum dè moribus vxoris, ad hoc vt ille diligentius eam seruaret, & ille hoc commotus eam occiderit, non tamen Specianus de hoc funesto exitu in aliquo tenetur, cum eius culpa non

esset ad homicidium ordinata: in dubio enim non præsumitur culpa in eo. Alex. cons. 183. col. fin. lib 7. l. Exceptione vbi Bart. ff. fideiuss. & dicitur culpa ordinata ad casum quando principaliter respicit ipsum casum Dec. cap. Quæ in Ecclesiarum col. pen. post med. de Constit. Crau cons. 247. col. antepen. Neque obstat l. Nihil interest ff. ad l. Cornel. de Siccar. & Marsil. ibi in principio vbi qui causam damni dat, damnum dedisse videtur, quia illa lex & similes locum habent quando ille qui præstitit causam morti, id fecerit animo, & intentione occidendi, aliàs secus, Puta si quis præstet domum vt ibi fiant colloquia, & tractatus ad occidendum iux. l. qui domum & l. & si amicis ff. ad l. Iul. de adulter. sed contra Specianum hoc non adducitur, nec ex processu resultat, vnde liber est ab omni culpa & eius pęna: quę enim casualiter accidunt nō reputantur ad pęnam. Et dicit Abbas cons. 62. In controuersia in 4. col. 2. Vol. vbi quod ea quæ casualiter fiunt, & non ex proposito, non sunt in consideratione, & per consequens non puniuntur.

Cæterùm plurimum prodest Speciano quòd probatum est dictum Nicolaum antequam dictus Sfortia ingrederetur curiam dicti Reuer. Rectoris iam ille vendiderat, & distraxerat omnia mobilia dictæ vxoris, id quod ostendit præcogitationem dicti homicidij, antequàm alloqueretur dictum Specianum, Iamque vxor fuerat admonita ne accederet cum dicto marito, nam olim fuerat ab eodem in gutture vulnerata; Iamque de hoc fama præcrebuerat in loco, tractatumque fuisse in domo cuiusdam appellati il Guadagno agri Placentini de occidenda vxore, & vèdendis ijs quæ habebat in loco Spissiæ.

Excludit omnem delicti pręsumptionem, optima fama, nobilitas in hac vrbe primaria eius Speciani. Quare &c.

Laus Deo.

§. Insultus.

Pro Nobilibus Fratribus Ciconijs.

NObiles Fratres Ciconiæ cum verbis contendissent cum Io. Baptista Caccia Incola oppidi Trecati factum est

quòd

quòd eodem die fuit percussus à famulo, seu stabulario, qui fertur ei dixisse *Impara à portar rispetto alli gentilhuomini*. Inquisitus fuit Franciscus quod apostatè cum baculo percusserit, & pœnam seueram per cridas impositam incurrerit; excipit non esse locum dictæ pœnæ, sed pœnæ insultus, quæ est secundum statuta criminalia pœna pecuniaria; nam eodem die successit baculatio quo successit rixa verborum cum Domino: Quæritur quid iuris.

Ego puto aliud esse censendum de eo qui commotus recente dolore offensæ acceptæ ceu per impulsionem percussit ligno; aliud in eo qui ex interuallo, præcedente deliberatione, & ratiocinatione quem insultat, & baculo percutit, nam cum primo mitius agitur, cum secundo seuerius, & grauius Bertazol. cons. 85. nu. 10. Primum appellatur *A sangue caldo*. Secundum *A Sangue freddo* Bald. in l. Respiciunt § Delinquunt nu 1, & 2. ff. pœn. Menoch. de arbitr. Iudic. cas. 381. nu. 4. vers. sciendum est, & nu. 6. Farin. q. 126. nu. 6. vers. Homicidium: In primo consideratur impetus, seu Impulsio quibus quis concitatur, seu fertur. seu impellitur ad delictum in secundo consideratur Præmeditatio quæ executioni mittitur per interuallum ad actum, & illud verbum in Cridis positum APPOSTATE intelligitur idest deliberatè, & præmeditatè; rursus aliud est quod agatur, de deliberatione, & præmeditatione in actu rixæ in calore tragediæ, aliud quod agatur de deliberatione & præmeditatione, quando ex interuallo ad actum offensæ fuit ventum; his nominibus propositum, appensamentum, Præmeditatum, & deliberatum promiscuè vtimur ex Boss. de Homicid. nu. 53 Nec cridæ alium sensum salua interpretatione iusta recipere possunt, nam aliter eadem pena imponeretur his qui delinquunt in rixa, & qui delinquunt ex deliberatione præcedente. quod non est dicendum quia in peccatis puniendis regula debet adesse vt grauius puniatur ille, qui grauius peccat ex his &c. Laus Deo &c.

Pro Iacobo Canzolo Triuiliense.

I Nquisitus fuit anno 1610. 8. Iulij per Prætorem Triuilij Iacobus Canzolus Incola Triuilij ad querelam Ioannis

 Ponti-

Pontiroli, quod cum die Dominico proximè præterito esset in via Verrenis ante domũ illhuc accesserit Canzolus, & ira, ac odio commotus insultauit iniurijs mox pugnis in capite, & humeris, & dum se defenderet eduxerit ensem, vt offenderet, quod contigisset, nisi amici se interposuissent; fuit etiam Inquisitus de percussione cum baculo in personam biruarij super limine apothecæ eiusdẽ Canzolij.

Sciendum est primo non præsumi Insultum factum ex causa officij sed ex priuata inimicitia Farin.q.17.num. 40. Capyc.decis. 170. Rol. à valle cons. 5.nu.36.lib.3. adeo vt delictum hoc sit reducendum ad pœnam pecuniariam pro insultu.

Secundo. Quòd licet de facto resistere Biruario exequenti, vel conanti exequi absque mandato Iudicis Paris.de Puth.in tract.De syndic.in verbo resistentia Farin.q.32.num. 29.vers.limita primo. Quare cum non doceatur hunc habuisse aliquam capturam exequendam contra Canzolium pariter aut dicendum est vt supra, quòd percussio ei facta fuit vti personæ priuatæ aut quòd licitè potuit se vendicare de dicta iniuria.

Nec dicatur agi de bastonatis appostatè, & animo deliberato datis, prout cantat inquisitio ipsa; Nam repugnat omnis verisimilitudo, quod ille diuinaret eum transiturũ prope apothecam suam, quare potius præsumitur id euenisse ex iusto dolore concepto, & per quandam impulsionem ex Menoch.de Arbitr.cas.361.nu. 8. & coniecturæ deliberationis debent probari plenè, & perfectè, & debent esse plures Cepol.cons.31.nu.3.vers. Et verum est Casson.de indic.& tortura cap.5.nu.2. Et præualet coniectura excludens animum deliberatum Franc.Burs.cons.171.num.2. Et contra fiscum in dubio pronunciamus l. fauorabiliore. ff. Reg.iuris.

Adhuc secundo loco non est molestandus, qui demens est in quo nullus est consensus in delicto l.furiosum.C.Qui test.fac.poss.post Farin.q.94.nu.29. At quod sit talis probatur per acta publica scilicet sententiam Iudicis Ecclesiastici post diuturnam carcerationem in eo foro, & sententia super statu hominis facit ius contra omnes l. Ingenuum ff. stat.homin.notatur in l.sepe.ff.Re Iudiciaria. Ex his &c.

Laus Deo.

§. Ho-

§. Homicidium.

Pro Pet. Francisco Ciresio, & alijs.

MOrtuo Francisco Crasso in capite vulnerato super strata Castri Ripaltæ in qua ducebātur publicæ chorreæ in rixa subito cohorta ex causa dictorum tripudiorum cum Alexander Chiocarius primum locum sibi vendicaret ex promissione facta per Præpositum dictis chorreis Alexandrum Morettum,& cum sibi videri n se præponi Albertano,& Crasso contenderet. fuerunt hi coram Prætore Mediolani accusati, & molestati Alexander Chiocarius qui,& capitaliter fuit condemnatus in contumaciam Pet. Franciscus Ciresius publicus Notarius. Iac.Philippus Granedona Magister saltationum, & Io. Baptista Patellanus sponte illi se præsentarunt, rei constituti sunt in hunc modum videlicet. Quòd ad rumorem in choreis sequutū acurrerunt dicti Constituti ense armati quos eduxerunt ictus vibrantes contra dictum Albertanum, & Crassum qui remansit vulneratus tribus vulneribus, vno super capite à parte posteriore; Altero super capite à parte finistra, altero in fronte,& duobus alijs punctim in humeris; Altero in latere dextro, ex quibus dictus Crassus inde ad aliquot dies, obijt

Ex hoc Themate sequitur agi de homicidio commisso per personas incertas de certis, quo casu attenta incertitudine omnes veniunt absoluendi à pœna ordinaria iuxta. Clar.infra citandum.

Secundo. Quòd constat ex dictis vulneribus vnicum tantùm fuisse lethale,& pro eo est condemnatus dictus Alexāder Chiocarius', ergo quo ad alios locus est pœnæ extraordinariæ Clar.§.Homicidium vers. Alia etiam est differentia,& merito ipse solus debuit pęna ordinaria puniri, cum ipse fuerit principalis in rixa, & ille qui se in choreis præferri prætendebat.

Tertio. Quòd iste Crassus superuixit post vulnera per menses tres ambulando per locum Ripaltæ vitam inordinatam ducendo, Popinas frequentando cum consueta meretrice pernoctando, cum sclopo aucupando, offas, & vinū in

in gugitando, more Helluonum, & Deuoratorum. Hoc probatur per integros testes super cap. primo. Defensionum: Subintrat etiam consideratio tanti internalli temporis à die quo fuit vulneratus à die quarto Maij usque ad tempus mortis, quæ fuit sub die 15. Augusti eiusdem sic enim nõ ex vulnere, sed ex malo regimine decessisse præsumitur ex cõgestis per Farinac. q. 127. nu 87. cum seqq. Nullus enim lethaliter vulneratus superuiuit post quadraginta dies Clar. dicto. §. Homicidium vers. Cœterùm si vulneratus, omni in casu hoc tempus attento dissoluto eius victu, magni est momenti ad excludẽdum homicidium idem Farin. q. 127. nu. 46. vers. Aliqui.

Porrò ad excludendum omnem suspicionem delicti prodest quòd cum eis nulla erat rixa, non interuenerant à principio rumoris, sed superuenerunt cœpta altercatione, & congressu inter Alex. ex vna, & alios ex altera: qualitas armorum persuadet ne ibi fuerint animo aliquem offendẽdi, cum essent solis ensibus accinti. illi vero armati sclopis rotatis quos etiam disploserunt, & hos constitutos vulnerarunt, quare potius dicendum est eos ibi fuisse vti mediatores ad sedandum rixam, & quid quid ab eis factum est, id dicitur factum ad necessariam defensam, cum illi essent & validiores, & fortiores inspecta qualitate armorum, & ex eorum latere homicidium dicitur impunitum Bologn. l. vt vim nume. 77. ff. iust. & iure vers. ex quibus. Ex genere enim armorum colligitur quis fuerit aggressor. Farin. q. 125. nu. 455. Tum quia illi dabant operam rei illicitæ dictũ Alexandrum saltare præsipiẽdo ei locum primum de more tripudiorum sibi debitum iux. Farin. d. q. 125. num. 521. vers. amplia decimo ideo quicquid ab his qui superuenerunt actum est id omne vt supra ad defensam factum est, siuè argumentis, siuè probationibus locus sit, & qualitas facti id libenter admittit, nam audito armorum conflictu hi tunc erant ad pilam ludentes prodierunt, nec erat causa cur hi se mortis periculo exponerent, cum nulla inter eos esset societas, aut intima amicitia: Mitius saltem agendum est, quia res agitur cum Fisco, non cum parte quæ remisit, & protestata est. Etsi fuerunt absoluti cum leui tortura, &c.

Laus Deo &c.

Non

NOn dicitur vrtasse, seu impulisse Florindus Mantegati a Desiderii Mantegatiã in Ecclesia dum tenderent ad lauacrum, seu alueum aquæ sanctæ non data opera sed casualiter, nam locus ille non patitur vrtationem, & irreuerentiam, sed ab accidente casu, cum dictus accusatus esset solo pugione armatus, aduersarius ense, & pugione vnà cum alio socio. Quare ex qualitate armorum cognoscitur an quis fuerit aggressor, seu insultans, & is dicitur causam dedisse qui est magis altero armatus, & magis aptus ad offendendum l. 1. §. cum arietes ff. si quadrup. pauper. fec. dicatur l. si ex plagis §. tabernaculus ff. ad l. Aquil. Felyn. c. dilecti filij nu 14. de except. Bertazol. conf. 1. nu. 11. lib. 1. Farin q. 125. per totum, vt enim dicatur aliquid dolosè, aut casualiter factum recurritur ad coniecturas Cap. sicut dignum el 2. de Homicid. Bertaz. conf. 105. nume. 6. lib. 1. Sicut enim insultus probatur coniecturis, ita contrarijs excluditur, non enim præsumitur quod quis voluerit eum paruo pugione exponere se euidenti periculo contra armatum vt supra & associatum; remansit etiam Florindus vulneratus super capite, ideò præsumitur insultatus Ioann. de amicis conf. 23. per totum Farin. q. 125. per totum.

Accedat quod pœna cridarum cõtra violatores Templi habet locum in ijs qui studiosè, & data opera delinquunt in Ecclesia non qui casualiter not. in l. In lege Cornel. ff. de Siccar. & alij de quibus per Farin. q. 124 nu. 50. Ias. l. Non dubium num. 37. C. leg. & in l. 1. ff. de legi.

Concludo &c. Laus Deo &c.

§. Vulnus.

Pro Nob. Feliciano Bossio.

PRoceditur per Curiam Archiepiscopalem contra Nob. Felicianum Bossium sub prætextu quod die martis 25. Septembris anni præsentis anni 1612 propria authoritate detineri fecerit filium suum Clericum, & in ipsa captura ense ennudato eum vulnerauerit in capite cesim à parte sinistra cum sanguinis effusione, & citatur ad dicendum causam quare lapso termino non debeat declarari incidisse in

Canonem si quis suadente diabolo ob manuum iniectionẽ violentam in dictum filium, & successiuè affigi Codulonos.

Ex parte patris excipitur non animo offendendi percussisse filium cum ense lato, qui præter eius intentionem in vulnus se resoluit, & iustissimo dolori condonandum cum filium vti furem iocalium maternorum persequeretur, & ideò ad emẽdationem, & correctionem coegit filium malleum habentem sistere, & pati quod vinciretur à satellitibus laicis ex potestate quàm habet pater in filium iux. not. in l. 1. C. emend. propinq. Alex. cons. 76. nu. 1. lib. 3. Socin. sen. cap. cum contingat col. 3. de foro comp. vers. circa principalem articulum Signorol. de Homod. cons. 63. nu. 2. 6. 7. verum est quod pro excessu tenetur, sed tamen videndum est in quo consistat hic excessus, quando scilicet aliquis iusto dolore irritatus aliquid quod præter eius intẽtionem in excessum resoluitur. Hunc articulum attingit Domin. a Soto de Iust. & iure q. 2. art. 2. si dubitatiuè, dum corripiendo pater excedit teneatur Canone, si quis suadente respondet quòd quamuis aliquo modo excedat, etiam vsque ad effusionem sanguinis, dum tamen id præter intentionem suam accidat. Dedit enim operam rei licitæ, neque potest homo tam attentus esse quominus virtutis limites transgrediatur. Quòd si pater odio haberet filium, & moueretur, vt ita dixerim, indiscretè ad vulnerandum tunc aliud statuendum foret: Cæterùm de iusta causa præcedente, nempe furti subsequuti apparet, ergò de excessu non debet reputari ad pęnam; excusat enim intrinsicus ille dolor à pęna excommunicationis vt supra iuxtà id quod dam de occidente clericum casualiter inuentum cum vxore, nam cum id impetu faciat excusatur ab excommunicatione, secus si ex præcedente maturo consilio, sic Nauarra cons. 41. an vero tit. de senten. excommunic. & facit quia pęna dicti cap. si quis 17. quæst. 4. nunquam incurritur nisi dolo accedente probatur per verba illius Canonis si quis suadente diabolo, vt habetur apud Abb. & Dec. in cap. cum non ab homine de Iudic. & licèt etiam laico, & impedire Clericum ne delicta committat, & ne locus sit scandalis, & proxima ad rem affertur quando agitur vtrum quis per insidiam aliquid fecerit, & dubium oriatur vtrùm maligno

animo,

animo, & peruerso fecerit excommunicari non debet Borgnin. decis. 33. nu. 3. par. 2, nec nisi de graui excommunicatur ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. Didac. Couar. lib. 1. §. 9. in tertia relect. Quod si hæc habent locum in leuiter per iniuriam offendente, & percutiente clericum ne sit excommunicandus ex Nauarra, & alijs vt trad. ibidem Didac. Quanto fortius dicendum est in patre à filio magna iniuria affecto ex furto, & malleo ad offensam parato.

His ad Coronidem adijcio tria requiri vt quis teneatur vti percussor Clerici. Primo affectus iniuriosè illatus. Secundo quod fuerit animo iniuriandi Clericum, vel eum offendendi. Tertio. Quod effectus iniuriosus sit notabilis pęnes animum inferêtis, itaque sit peccatum mortale Ara, de Pęnit. & remission. in Rep. cap. si quis suadente num. 7. Inter vol. Repet. Canon. tom. 4. fol. 430. cum simil.

Ex his &c. Laus Deo &c.

De pœna insultus sine vulnere noctis tempore præcedente inimicitia vide decretum Senatus redditum in anno 1596. Vbi censuit Senatus quód Iacobus Blancus sisteret sub pœna remi triennalis, & in eam pœnam contumax condemnaretur, &c.

§. De Pœnis.

Pro Carolo Fossa Cremonense.

Constitutionibus huius status tit. De Pœnis. §. Aduocati prohibitum est Causidicis, sollicitatoribus Notarijs facere pactum de quota litis sub pœna &c. & in §. Præmissi cum clente disponitur quod hi per mensem vnum, antequã patrocinium litis summatur hoc durante lite nec post eam finitam per semestre contrahant sine licentia Principis, vel Senatus sub pęna &c.

Modò cum dictus Carolus esset creditor Iosephi Bossij tiam ex causa alimentorum, & expensarum litis, procurauit sibi obligationem fieri de quadam pecuniaria summa nunc impugnatur obligatio tamquam sequuta inter clientem, & causidicum: quæritur quid iuris.

Reperio adesse aliud statutum Mediolani sub cap. 430. in 1. vol. simile dictis Constitutionibus. Dico

Dico hanc obligationem sequutam non venire appellatione contractus, cum non sit vltro citroque obligatorius quia nisi vnus obligetur ad soluendum debitum & is cui promittitur, nihil se daturum aut facturum spondet l. labeon. §. contractum ff. verb. signific. & impropriè quando vnus tantùm obligatur Andr. Barul. in 3. lib. Cod. in l. Qui in contractibus. Tit. de iure Fisci lib. 10, & dicit Burs. d. §. contractum notandum esse ad stat. Carol. Ruyn. cons. 195. in primo Vol.

Secundo. Dicta Constitutio, & statutum recipit interpretationem legis passiuam quando scilicet contrahitur sub nomine quotæ puta si paciscatur de quota litis parte, puta dimidia, tertia, seu quarta, vel alia minima parte litis, seu rerum in litem deductarum, vt habeant rem particularem in litem deductam, at in casu isto nihil horum intercedit, ergo &c. Ita declarat Plot. l. si quando num. 539. vers. & dicitur C. vnde vi. Quamobrem licèt Constitutio dicat Præmissi cum cliente per mensem vnum antequam patrocinium litis sumant, nec durante lite, nec finitam litem per semestre contrahant sine licentia Principis vel Senatus; attamen distinguenda est ad contractum per viam quotę, cum veniat continuatiuè ad dictum si aduocati loquentem de solo pacto quotæ litis, non videntur ius nouum prohibitiuum diuersum à prima inducere contra omnes iuris terminos, nam licitum est pro labore mercedem pacisci l. 1. §. si vero ff. var. & extraord. cognit. Marcabr. cons. 45. nu. 7. solùm enim attenditur an promissio sit excessiua d. l. 1. §. & si nomina palmarij.

Eodem modo intelligitur statutum sub cap. 430 vt prohibitio contractus accipiatur habita ratione ad rem super qua contrahitur, ibi incurrat pęnam pretij rei contractæ, excluditur igitur casus nō in quo Bossius simpliciter promittit soluere certum quid non respectu rei, sed respectu mercedis laboris, & aliorum vt supra quod non est prohibitum vt dixi, & hoc eo magis quia statutum est positum sub Rubr. de Pęna Procuratoris &c. quæ declarat Nigrum iux. not. in Rubr. si cert. pet. & confirmatur à statuto sequente cap. 43. sub Rubr. de non paciscente sub spe victoriæ, quo casu semper habetur respectus ad rem, in quo tamen

men corrigitur ius commune ex Marcabr. cons. 45. num. 7. Menoch. de Arbitr. Iudic. casu 5. 2. nu. 10. vers. Præterea in nouissimis.

Suadetur hoc ex dictione item quæ est repetitiua casuū similium l. in repetendis ff. leg. 3. Paris. cons. 18. nu. 23. 24. lib. 2, & repetit, & copulat qualitates præcedentes.

Cum igitur versemur in materia restringibili, ideo intrepidè teneo dictum Carolum nihil contra prohibitionē egisse, & iusta petere saluo &c. Laus Deo.

§. Interrogatio.

INterrogationi criminosæ, quis non tenetur respondere Bart. in l. Qui intere sse §. si Pater. ff. iureiurando num. 4. Vbi dicit non teneri, quem respondere interrogationi per quam detegitur periurium, imò non dicitur periurus si delicta negat Maranta in Specul. Par. 6. In verbo, & quandoque fiunt interrogationes nu. 7. cum seqq. vbi declarat hoc ideo etiam testis interrogari non potest, an bona, vel mala fide possideat iux Bald. in l. mala fide C. condit. ex lege Osasc. decis. Pedemont. 65. num. 9. vers. non obstant Scacc. lib. 2. Prax. Iud. cap. 8. lib. 2. nu. 880. quare nullo iure defendi potest interrogatio facta nomine Francisci Bossij Io. Baptistæ Caluenzano, si vult vti relatione, cum intendat arguere de falsæ relationis vsu, & dolosè, & fraudulenter in actis delatæ in graue damnum, & præiudicium Regij Fisci neque enim tend t ad alium effectum hæc interrogatio, quàm vt fateatur se dolosè fieri fecisse dictam relationem, vt ex hac responsione incidat in pœnam l. Cornel. de falsis: nullum enim in hoc priuilegium datur Fisco, cum vtatur tamquam priuatus iure communi, ex communibus regulis de quibus in l. idem ff. compens. l. cum vitiose. ff. pignor. l. De contract. C. rescinden. uend. Peregrin. De iure Fisci lib. 6. titu. De Fisci Priuil. nu. primo cum seqq.

Secūdò. Hæc interrogatio superflua est; nam etiam absque ea si appareat quem vsum fuisse aliqua relatione scienter, & dolose potest de falso accusari ex Boss. tit De falsit. num. 118. Appostill. ad stat. 2c8. Ad Declarationem vol. 2. Ideò superfluæ interrogationi non debet esse locus.

Vanum

Vanum est autem dicere, quod statutum quo prohibetur ne quis uti possit interrogatione aduersus relationem factam non ligat Fiscum quia respondetur, quod nos nō versamur in casu statuti, sed iuris communis quod ligat tam priuatum, quàm Fiscum, & uis tota in hoc consistit quod nemo tenetur se prodere ut supra dixi.

Minus obstat, quòd interrogatus ut supra teenatur respondere ex forma Nouarū. Constitutionum sub tit. De Pœnis §. si quis falsum vers. Poterintque interrogari. Nam respondetur, quod ea Praxis inducta est ad inducendam scientiam falsitatis, & ad remouendam allegationem ignorantiæ iux. deducta à Bart. in l. Diuus, ff. fals. Morot. consil. 84. n. 9. 10. Boss. de fals. n. 194. Ant. Gabr. titu. De crimin. conclus. 7. Farin. q. 159. Par. 4. Incip. Ad effectū, Clar. §. falsum. vers. Vtens. Aliud est igitur, quod quis interrogetur super eo an velit vti testibus ad effectum inducendæ scientiæ, an verò quis cogatur respondere criminosæ interrogationi, ex qua post responsionem fatendo delictum de quo interrogatur ex confessione propria veniat puniedus; in primo post responsionem est falsitas probanda. In secundo ex Responsione statim pœna manat, quia non est, confessi pœna tuenda rei. Ideò discat de cætero prudentius agere, qui hāc interrogationis formulam concepit.

Laus Deo.

§. Arma.

Abusus non dicitur tormento rotato Iulius Lonatus miles custodiæ Suæ Excellentiæ in eo quod dum Io. Dominicus de Giorgina reperiretur super ianua domus suæ contiguę domui dicti Iulij, & eo tempore in strata publica proiectæ essent nōnullæ aquæ ex quibus madefactus remāsisset dictus Ioan. Dominicus dixerit versus fenestras dicti Iulij, *mi parete hauer del coglione à buttarmi l'acqua adosso*, quibus verbis auditis dixit dictus Iulius, *se gl'haueua detto coglione per fargli incarico*, eo statim in strata prodeunte, & dicente *sono soldato honorato, & adesso te lo farò conoscere*, sicque domū ingressus statim domum exijt cum veru hastato, ac Terzarola quam displosit in dictum eius aduersarium licèt inoffensus

sensus extiterit.

Negari enim non potest quin contumeliosa verba *mi parete hauer del Coglione* dederint causam huic rixæ, tanto magis, cum dixerit Iulius *se gl'haueua datodel coglione per farli carico*, quibus verbis percunctatorijs tenebatur respondere, & verbis se excusare, non autem contendere, tanquã haud pęniteret effudisse dictas iniurias, cum debuisset statim recantare, & palinodiam canere, quæ pertinacia maiorem affectum ostendit iniuriando est enim in milite magna socordia, & verecundia iniurias tollerare Farin. q. 125. num. 126. & seq. & dicitur procurator, quia protulit verba iniuriosa imo etiam superba, & elata. Idem in q. prędicta num. 510. & seq. Rimin. iun. conf. 359. num. 31. lib. 4.

Cridę autẽ Principis contra Abutentes Armis non habẽt locum contra eum qui cum aliqua iusta causa mouetur ad aliquid faciendum, cum abusus sonet in malam partem C. Perniciosus de celebr. missæ. Sic dicimus Priuilegium perdi per abusum l. 1. vbi notatur ff. de nund. Abusus clausum. 9. q. 3. Ipse, & cap. Plerumque, cap. vbi 74. distinctione Bellin. De re milit. tit. 9. nu. 8. Prohibitio igitur pœnalis abutentibus imposita recipit hanc interpretationem, & merito, quia Priuilegium amittit is, qui priuilegio abutitur. l. Qui sine. ff. negot. gest. Crau. cons. 488. nu. 18. lib. 3. Sic data causa non dicitur miles hic abusus fuisse licentia deferendi tormenta hæc, &c.

Laus Deo.

§. *Adulterium.*

Pro Cantono, & Bonafìcala.

Cantonius accusatur quòd lenocinium committeret ad prostituendam uxorem, & Bonoficala vti Adulter.

PRoceditur contra eos indebitè: nam trita est iuris conclusio quòd ex lenocinio non tenetur quando maritus arguitur de præsumpta scientia, nam expressè requiritur, & Quæstus ex corpore, quòd si absit Quæstus Leno maritus dici non potest, vel si etiam accedat negligentia, vel cul

pa eo patiente vxorem committere Adulterium, quia solus dolus punitur non autem culpa Iac.Menoch.De Arbitr. Iud.caſ.594.In Addition.nouiſſimis num.27.verſ. Verùm ſi maritus.

Quare ſatis abſurdum eſt obijcere Lenocinium Cantono reſpectu Bonaficalis pauperis, qui nihil præſtare poterat pro mercede Lenocinij, adeò vt magis dicendum ſit maritum paſſum fuiſſe gratis vxorem cognoſci, quo caſu maritus nulli pœnæ eſt obnoxius, cum remoto lucro ceſſet pœna Lenocinij Tex in l. Mariti lenocinium. §. Plectitur ubi Gloſ.in verbo Gratis.ff.ad l. Iul. De Adult. Ad idem tex.in Auth. De lenon.§.Præconizamus in princ.coll.3. Vbi pœna componitur quando ipſius fornicationis pœna defertur. Pract.Berber par.prima Rubr.2. nu.19. De Adulter.& ſtupro,& licèt hæc opinio habeat plures contradicentes, Attamen vel verum eſt agi de minore delicto; vel hanc ré adeò eſſe inueriſimilem quod quis ſine lucro patiatur uxorem adulterari, vt hac in re deſiderentur ad conuincendum aliquem vti lenonem, probationes per teſtes omni exceptione maiores Crau.conſ.158.num 3.

Videant modo Iudices quid de eis ſit deliberandum.

His additur quod patientia mariti in ſuſtinendo, & retinendo vxorem Adulteram tunc demum punibilis eſt, quando concurrit certa ſcientia, quod ſi adſit aliqua contraria credulitas, aut etiam fatuitas mariti, tunc ceſſat delictum, & pœna Farin.in tract. De delict.carnis.q.135 num.40.fol. 147. Imò etiam ſi Cantonus habuiſſet in ſuſpectum Bonaſiglam,& alios de conuerſatione inhoneſta cum yxore, non diceretur Leno retinendo vxorem idem Farin. d.q. nu.92. verſ.3.limita.

Poſtremò cum Conſtitutionibus huius ſtatus cautum ſit quòd nemo puniatur corporaliter niſi ea Conſtitutionibus,& ſtatutis caueatur, nec extra illos caſus quis puniri poſsit corporaliter inconſulto Principe, vel Senatu ideo &c.Huius Conſtitutionis meminit Iac.Menoch.De Arbitr. caſ.276.num.24. At Conſtitutionibus huius ſtatus titu. De meretr §.Qui publicè, puniuntur tantum hi qui lenoniam artem exercerēt, adeò ut hanc qualitatem deſideret ſine qua delictum conſiſtere non poteſt, ideo quatuor requiri dicit

Farin.

Farin.q.144.num.23.verſ.Amplia quinto. Quod igitur maritus conſentiat Adulterio vxoris, hoc non facit eum lenonem publicum, ſed ſi paſſim omnibus eius clunes ſupponat, non ſi diſſimulet, aut dormiat, aut dormire ſe fingat, donec adulter venereum opus abſoluat.

Non etiam uideo aliquam copulam probatam aut ſimile ad formam eorum, quę notātur in cap.In litteris de præſumpt.& per Maſcard.concluſ.452.littera Copula lib.1.

Attenta horum mala qualitate, & quòd ocioſi forent, & Teſtimonia falſa uendentes fuerunt ambo fuſtigati, & ad remum ad tempus miſſi.

Laus Deo.

§. *Vis publica.*

EMit Hieronymus Beſutius à Ceſare Gallarato domum in loco Gorlæ cum petia terræ annexa quem eodem contextu inueſtiuit ficti ſimplicis nomine Inſtrumento rogato per Io. Antonium Pinotinum anno 1612. die 13. Septembris. Et hoc attento Inſtrumento antecedente facto à Io. Stephano, & Io. Baptiſta fratribus dicti Cæſaris rogato per Aurelium Reuertam publicum Notarium ſub die 12 eiuſdem menſis, & anni, qui fratres ſuo, & nomine alterius fratris abſentis proteſtati fuerunt nullum habere intereſſe in dictis bonis, & ea eſſe propria dicti Cæſaris venditoris, & ad omnem bonum finem renunciarunt omni iuri quod ſuper dictis bonis habere poſſent.

Cumque Cæſar grauatus ære alieno præſertim verſus Reg.Cameram ſe retraxiſſet, & præſertim ob debitum Priſtini Roſæ, quod à dicta Camera Reg. in conductum habet appræhenſis bonis per d. Reg. Cam. & publicatis de more cridis dictis Hieronymus Beſutius eis contradixit ſententiamque reportauit à Magiſtratu Ordinario in qua declaratum eſt bona relaxanda vti dicto Hieronymo ſpectantia virtute Dominij, ſatisfacta tamen prius dicta Camera de credito ſuo anteriore prout ſatisfacta fuit, libereque relaxa uit dicta bona eidem Hieronymo præcipiendo quibuſcumque detentoribus dictorũ bonorum, ne moleſtarent prout apparet ex præcepto ſubſignato ſub die 9. Septembris,

&

& delatione facta sub die 13. eiusdem mensis quod pariter fuit intimatum Io. Baptistæ dicti Cæsaris fratri, & alijs.

Cumque dictis Hieronymus Besutius esset in quieta possessione dictorũ bonorum, eccè quòd dictus Io. Baptista, & famulus eius fuerè scienter, & dolosè die 23. mensis accedere ad d. domum armati, & defacto clusis existentibus hostijs d. locorum frangere pesulos ferrarum, & Hostia aperire, aufferendo dictas ferras, & vestes expensis dicti Hieronymi appositas, & alia, committentes furtum, & turbationem possessionis, hæc de facto committendo, cum appareat de Instrumento de quo supra quòd dictus Io. Baptista nullum in dictis bonis ius habet, & vbi aliquid prætenderet iuribus suis coram Iudicibus experiri tenebatur non autem viam facti ingredi.

Summa huius accusationis consistit super Instrumento uenditionis ratificato a dicto Io. Baptista, qui omne ius suum remisit, & super sententia Magistratus Ordinarii lata ad fauorem dicti Hieronymi, qui cridis Magistralibus contradixit, & obtinuit, & super relaxatione bonorum eidem facta.

Iuditium huius turbationis totum consistit an Hieronymus turbetur ab eo, qui possidet, nam si Io. Baptista prætendit pro sua parte possidere, cessat actio de turbata possessione Bart. in l. 1. §. Huius autem in primo. ff. vti possid. & in l. 1. C. eo tit. pract. pap. in forma lib. pro Turb. possess. super verbo ac principaliter turbat Rol. à Valle cons. 9. Negari nu. 28. vers. 2. est conclusio lib. 3. Virg. Boccus de Interd. vti possid. cap. 9. nu. 41. vers. turb. possessionis dicit autem dictus Io. Baptista qui possedit hæc bona cum ceteris fratribus in communione existentibus, ideò auditur. & hoc est commodum possessionis §. Commodum Iun. de Interd. l. in pari vbi Dec. ff. Reg. iuris. Verùm videtur hæc obstare quòd frater emit nomine proprio, & de pecunijs proprijs, & fratres assensere, & ius suum remissere; & remittentibus ius suum amplius non datur regressus tex. in l. stipulatio ista §. si quis fortè ff. verb. oblig. vbi Ang. l. si quis iniur. C. Reb. cred. l. quoniam §. si venditor ff. ædun. ed. l. 1. §. qui semel ff. success. edicto; verùm respondetur de nullitate renũciationis ex capite minoris ætatis l. non om

nia

nia ff. minor. Odd. de minor. q. 85. art. 1. ideò ætas erit probanda sola enim ætas est iusta causa restitutionis idem q. 2. art. primo.

Nec dicatur Cesarē Fratrem emisse de pecunijs propriis & suo nomine tantùm, non etiam fratrum, & ita in dubio præsumi ex Bart. in l. 2. ff. pro socio l. Titium §. altero nu. 2. vers. si verò dubitatur. ff. administr. tut. Bald. l. vlt. n. 2. C. pignor. Crau. conf. 191 nu. 8, & 244. nu. 6. lib. 2.

Quia respondetur quòd cum fratres essent in communione acquisitio præsumitur sequuta ex pecunijs communibus Bald. l. si patruus num. 4. C. bon. tit. Iud. idque clarius demonstratur ex stat. Mediolani 383. inter fratres lib. 2. diuisio .n. non præsumitur nisi probetur Io. Bapt. Ferret. cons. 120. nu 6. vers. nec obst Mascard. de probat. conclus. 128. nu. 6. per tex. in l. si maior C. famil. ercis. & l. non ideò C. com. diuid. Vid. Glos. & DD.

Sequitur ergo quòd cum Cæsar haberet in bonis venditis nisi quartam partem, cum sint quatuor fratres, quód nō possunt dici turbasse, cum iure suo id fecerint, & pro tuenda possessione sua l. factum cuique ff. re iudic. Abb. cap. cum Ecclef. nu. 4 elect. Bero. conf. 20. nu. 15. 16. lib. 1. facit Rubr. l. merito ff. pro socio, & quia hæc exceptio læsionis proponitur excipiendo durat etiam post quadriennium Bal. l. si ex falsa nu. 11. vers. vel melius. Et ibi Castr. num. 7. & Alex. nu. 7, & data enormissima læsione qualis hic intercessit in remittendo pro reus ius suum, non est locus quadriennio ex Oddo. de minor. q. 19. nu. 66. Surd. conf. 520. in fine lib. 4.

Excludit etiam hanc accusationem mala fides Cæsaris authoris, quæ impedit omnem præscriptionem etiam immemorabilem Natta cons. 636. nu. 110. lib. 3. Crau. conf. 146. num. 2.

Et cum vt supra dixi is qui agit ad pœnam turbationis debeat docere se fuisse in possessione non videtur Hieronymus esse in possessione primo ex venditione iuncta in eodem Instrumento locatione facta in venditorem iux. tex. in cap. inter dilectos de fide Instrum. ratio est quia locatio fieri potest de re aliena, & ab alio possessa l. Nemo C. locat. minus probat possessionem in præiuditium tertij possi-

Hh dentis

dentis latè Mascard. de Prob. lib.3. conclus. 1181. num. 15. fol. 92. Nec confessio quòd possideat alicuius nomine alijs præiudicat Bald. in l. vlt. col. 12. nu.47. vers. 8. quæritur C. ed. Diui. Adr. toll.

Cæterùm si deducatur possessio ex appensione facta anthore Magistratu ordinario respondetur adhuc ab ea interpositam esse appellationem nomine dictorum fratrum Gallaratorum, & ea pendente nihil innouandum est, ideò aliunde possessio deducenda est: appellatio enim extinguit iudicatum l. 1. ff. ad turpell. de attent. appell. pend. 2. par. cap. 12. nu. 208. fol. 203.

Iustè ergò fuere hi admissi ad probandum rem habere originem à contractu, pro quibus etiam stat. restitutio mobilium facta à Magistratu.

Et ad fruendum beneficio decreti quibus cas. crimin. proced. non potest sufficit allegare quòd super dominio, seu possessione pendet controuersia, prout Senatum ita declarasse testatur Boss. eodem tit. de decreto Mediolani nu. 10. vers. & ideò.

Cum igitur hi fratres allegent possessionem suam, & sententia Magistralis eis non obsit, quia pendet appellatio, meritò cessat contra eos omne iuditium criminale intentatum, quia de appellatione constat, & de inhibitione; & appellatio intra congruum tempus interposita præsumitur, & appellationi fauendum est Mascard. conclus. 117, & 120. nu. 1. Menoch. de præs. lib. 2. præs. 96, & ita intrepidè teneo saluo &c. L. D.

In vna falsi. §. *Falsum*.

Vtrùm testis qui reuocauit primum dictum in tormentis puniatur.

EX consuetudine huius status non punitur testis de falso licèt reuocauerit suã depositionẽ, quia sufficit quòd torqueatur Synidar. de test. cap. 11. nu. 2. in fine vbi quòd statur 2. dicto, nec testis punitur de falso.

Hanc disputationem habui cum M. Reuer. Alexandro Ambrosino Vicario criminali in Curia Archiepiscopali Mediolani, qui acquieuit huic consuetudini cuius fidem ei

fecit

fecit Illustris Senator Papirius Cattanius vir scientissimus, & fuerunt relaxati testes in causa Illustris Com. Ioannis Viceconitis, & consuetudini inherendum est arg. l. minimè ff. leg. minimè mutanda sunt quæ certam hactenus interpretationem habuere.

Ita respondi Curiæ Egr. Capitanei Iustitiæ cui nunc præest Illustris Io. Baptista Arconatus I. C. Collegiatus vir timoratæ conscientiæ, ac alter eius similis Vicarius I. C. Collegiatus Ioseph Lattuada anno 1618.

§. *Falsitas*.

Index legitur in fine.

DE anno 1604. Bernardus de Basilica petri accusauit Io. Baptistam Falchettum coram Prætore Mediolani de Scacho notabilis, quantitatis mercium quas dictus Basilicapetri asserebat se dedisse dicto Falchetto conducendas ad nundinas Lincij quæ causa post dispēdiosos labores fuit remissa ad Iudicem ciuilem cognoscendam ciuiliter ex ordine Senatus.

Quam ordinationem egrè ferēs dictus de Basilica petri animum aduertit ad nouam imposturam, & falsitatem cōmittendo ad præiuditium dicti Falchetti: quare coram Abbatibus Mercatorum Mediolani superioribus diebus iuditium instituit pro consecutione dictarum mercium, seu eius pretij, & valoris; cumque sciret se nullum in eis fouere ius, cupiens tamen per phas, & nephas indebitum ab eo extorquere, inuenta ab eo scriptura subscripta manu dicti Io. Baptistæ Falchetti iux. stilum mercantilem, ex qua apparet quod dictus Basilica petri conficiendi, & fabricandi quandam facturam, & opus dicto Falchetto, cuius copia cum interlineationibus inter acta exhibita est corripitque & vitiauit dictam scripturam vt sub eius nomine falsò exigerit libras mille centum quinquaginta licèt verè earum non sit creditor, & ad hunc finem, & effectum falsificauit scripturam illam illius facturæ scriptæ à dicto Falchetto addendo primæ lineæ verba hæc sequentia.

Robbe riceuute da Bernardo Basgapè, quæ verba constat

non esse manu propria dicti Falchetti sed aliena manu cõscripta, seu interlineata, & cum diuersitate atramenti.

Vis totius falsitatis in hoc consistit, quòd ea verba addita operãtur quòd Falchettus fateatur recepisse dictas merces, id quòd contrariatur verbis appositis in prima linea quæ in hunc modum stant, & iacent.

Fattura per fare per il primo di d'Agosto 1602. Id quod magis probat falsificationem dictę scripturę quia Falchettus dicit *fattura per fare*, & in Interlineatura dicitur. *Rob be ricepute dal Basgapè* quæ uerba nullo modo possunt conciliari, cum manifestè sint contraria.

Altera etiam falsitas inuenitur in quatuor vltimis lineis, quæ sunt diuersę manus, & diuersi atramenti, & post stabilitam, & conclusã summam pretij quod debebat solui, dum consignata fuisset dicta factura.

Quibus ita constitutis interrogauit dictum Falchettum an scripserit, seu subscripserit d. scripturam intendens, & protestans se velle consequi ab eo summam pecuniarum quas dicit deberi ex causa dictarum mercium receptarum licèt verum non sit, quòd in aliquo sit creditor vtendo dicta scriptura falsificata; & eam dimittendo inter acta d. Abbatum Mercatorum.

Ad fundandam hanc falsitatis probationem plura concurrunt.

Primo commodum, & vtilitas quæ ad dictum Bernardum resultat, itaut ab eo præsumatur falsitas commissa Bart. in l. fin. in quinta q. ff. quæstion. & ideò lucrum in
1 falsitate aduersus lucrantem inducit falsitatis suspicionem l. 1. §. furtum ff. furtis Roman. conf. 304. num. 2.
2 Præsumitur etiam dicta falsitas ab eo commissa, quia scriptura pœnes eum fuit not. in l. maiorem C. fals. & per productionem, quia producens scripturam vituperatam, seu interlineatam præsumitur falsarius, nisi per contrarias probationes se purget l. Iubemus C. probat. Natta cõs. 132. nu. 1. vol. 1. Alba conf. 99. nu. 2, & 10. Merenda conf. 8. nu.
3 13. 14. Et in scriptura diuersæ aut manus, aut atramenti quòd inducatur falsitas notoria Curt. Senior. conf. 82. in fine Crau. conf. 134. nu. 27. Franc. de March. q. 151. nu. 1, & 699. per totum vol. 1, Ceph. conf. 287. vol. 2. Rum. conf.

215.

215. vol. 1. Mar. Nepos cons. 41. vol. 1. Alex cons. 175. vol. 7.
Cumque falsitas probetur per duas coniecturas iux. cõs. Crau. 134. nu. 39. Decian. cons. 109. nu. 76. lib. 2. Ceph. cons. 287. nu. 40. Mascard. 740. nu. 35. suarum conclusionum in casu isto saltem quando agitur vt corporaliter quis non puniatur, concurrunt plura quæ comprobant d. falsitatem. 4

Quibus addo inuerisimilitudinis vis, cum credendum nõ sit quòd si dictus Bernardus de Basilicapetri fuisset creditor Falchetti alicuius summæ pecuniarum tandiu distulisset executionem ab anno 1602. vsque in hoc tempus, cum sit fortunæ infimæ homo egens pecunijs in dies quæ coniecturæ plurimùm faciunt vt per Mascard. de probat. conclus. 983. num. 15. vers. septimo saltem, & in conclus. 1319. nu. 27. lib. 3. argumento l. si quis fortè §. 1. ff. pœnis. 5

Et multum ad rem dicit Bettazol. in cons. 118. in ciuil. nu. 14, & 15. quòd creditor vir diligens non præsumitur differre per lungum tempus petere debitum, & hoc quando creditor non ignorabat debitum Afflict. decis. 13. nu. 11, & 19. Hæ enim plures præsumptiones facilius coniunguntur, quàm plures probationes Bertazol. dicto loco nume. 3. qui multum singulariter loquitur, neque enim vnquàm comperietur quòd dictus de Basilica petri aliquid aut vendiderit, aut tradiderit dicto Falchetto habita fide de pretio, vt minus sit credendum tam magnam pecuniarum quantitatem eius fidei commisisse.

Nec leuis suspicio inducitur ex minis præcedētibus paulò ante interrogationem transmissam Falchetto, vtrum scripserit vel subscripserit d. scripturam nam cum reperirentur ambo in Collegio Notarij Mediolani litigantes in ea causa accusationis quæ ad Iudicem ciuilem remissa est, & de hoc concepisset dictus Bernardus magnam indignationem in hæc verba prorupisse fertur, *Tanto è ò da dritto, ò da resspegone voglio esser pagato*, cum intenderet hanc imposturam componere, & texere, vt hac obliqua via interciperet, id quod per viam dictæ innectæ crimi nalis actionis consequi non potuit: Minę enim plurimum indicium faciunt, concurrentibus adminiculis latè Doct. in l. vnica C. ser. fugit. Clar. §. fin. q. 2. vers. Minæ. 6

De falsitate autem in parte substantiali scripturæ non est

tandum cum de ea attestentur duo Periti electi à Iudice
7 Hieronymus Richinus & Io. Paulus Figinus quibus standũ est l. 1. ff. ver. inspect. cap. Proposuisti de prob. Mascard. littera peritis lib. 3. Probat.

Non obstat quòd dictus Bernardus renunciauerit dictæ Cedulæ, seu scripturæ reseruato iure probandi quæcumque eius credita, & quomodolibet agendi contra Falchettum criminaliter, & ciuiliter. Quia respondetur agi non vt teneatur ratione solius productionis, sed vt teneatur ratione fabricationis Gandin. de Falsar. nu. 11. latè Paschas. cons.
8 77. nu. 4. Honded. latè cons. 109, & ad hoc est præcissus tex. in l. si falsos Codicillos C. fals. & licèt ex nõ vsu productionis falsç nemini damnum, aut præiuditium afferatur, sufficit tamen quòd potuerit dare diffusè. Caball. var. resol. crimin. cas. 144. Incip. Producens scienter, Baiard. ad Clar.
9 §. falsum nu. 137. Imò ex hoc quòd respondit nolle vti redditur suspectus, & hæc suspicio alijs additur, & numerum earum auget.

Etsi ageretur ad rescisionem Instrumenti, seu illius scri-
10 pturæ istæ suspiciones satis sufficerent Alber. dicto consil. 90. Ioseph. Ludou. in decis. Lucen. 15. nu. 65.

Quinimò cum scriptura illa sit, vsus eam producendo in
11 iudicio, præsumitur commisisse d. falsitatem, aut procurasse eam fieri, nisi ostendat illius auctorem Onded. latissime cons. 109. Nobilis Dominus nu. 7. 8. & tenetur pęna falsi: & punitur officio Iudicis nemine accusante tamquam falsarius Alex. Stiatic. in pract. cap. 22. fol. 111. Crau. cons. 315. col. prima. lib. 2. Hier. Gab. cons. 169. nu. 62. lib. primo. Franc. Burs. cons. 311. nu. 12. lib. 3. Nam in iure clarum est, quòd qui renunciat vsui Instrumenti suspecti, videtur fa-
12 teri tacitè Instrumentum falsum l. 3. C. fid. Instrum. Vbi Bald. in l. si falsos. C. fals. Crau. cons. 315. 2. colum. vers. Non obstant modo.

Quamobrem rectè fuit ordinatum auditis vtrinque iuribus per Curiam Prætoriam contra eum esse procedendum
13 de falsificatione, qui captus, & examinatus, fuit Reus constitutus attenta etiam eius confessione in suo examine in hunc modum videlicet.

Monitus ad dicendam veritatem, *Perche confessando lui come*

me confessa che detta lista è stata aggionta, & giosata da suo figliolo alla presenza di lui Constituto, & apparendo dalla detta. Interrogatione de qua supra mentio facta est, *mandata ad instanza sua al detto Falchetto, che detta Interrogatione gl'la mandaua con intentione di ricuperare da esso le dette lire mille cento cinquanta, & non per dimostrar, che tra lui Constituto, & detto Falchetto era contratto per queste cose, perche anch'esso Constituto rinunciò alla detta lista, & suo effetto. Di ordine della Curia si fa Reo, che habbi falsificato essa lista in pregiudicio d'esso Falchetto.*

Et licet ipse respondeat d. Interrogationem fuisse factã per eius procuratorem, cum illa appositione verborum, quòd intendit consequi summam d. lib. mille centum quinquaginta ipso inscio; attamen cum illa interrogatio ad nullum alium effectum referatur, hæc excusatio facti contraria non operatur l. Non solùm. §. Morte. ff. oper. nou. nunc vbi Bart. not. in cap. Cum M. Ferrar. De const. quia effectus iuris immutari non potest. ff. leg. primo. nec pendet à facultate, & potestate partium.

In causa ista concludo eum vti conuictum, & simul confessum teneri pena Constitutionis sub tit. De Pœnis. §. Quicumque fecerit, præter damna, & expensas iuramento in litem Falchetti in hoc Iuditio Actoris iux. terminos l. si quando C. vnde vi, & ita, &c.

Laus Deo.

Index.

Suspiciones falsi sufficiunt ad rescisionem instrumenti nu. 10.
Producens scripturam falsam in Iudicio punitur num. 11.
Renuncians usui instrumenti, videtur tacitè fateri illud esse falsum num. 12. &c.

§. Confiscationis bonorum.

SVpposito quòd filio bannito in ære, & in persona non debeatur legitima, nec etiam eius nomine Fiscus possit eam petere vt per Bald. in l. si qua in vers. Quæro an filio bannito. ff. his qui sunt sui iur. quem refert, & sequitur Decian. consf. 438. Acuratè num. 8. Peregr. de iure Fisci lib. 3. tit. De bann. lib. 7. nu. 31. vers. Horum autem.

Sequitur quòd remansit ius deducendæ legitimæ, & Trebellianicæ pœnes fratres, qui non deliquerunt, & qui patri communi defuncto successerunt citra onus eam restituendi fratri bannito, cum ille peruenisset in gratiam Principis, nam Fiscus per vulgarem substitutionem factam de fratribus remansit exclusus à legitima, ut apud Carol. Ruyn. cōs. 129. lib. 2. n. 7. Guid. Pancirol. consf. 181. Magnificus num. 2. qui præclarè in hac materia loquitur.

Quare in eam incidimus quæstionem an hæredes grauati restituere sub conditione ea adueniente possint deducere legitimam, & Trebellianicam sub prætextu quod Testator iusserit restitui omnia bona sua, & hæreditatem, seu tertiam partem hæreditatis, difficultatem facere videntur verba illa virtute sibi omnia, quæ nihil excludunt, & sic videntur includere quoque legitimam si verborum, cùm attendamus iuxta id quod de detratione Trebellianicæ trad. Menoch. lib. 4. De præs. 198. præsumptione nū. 15. Quartum est exemplum, & nū. 20. vers. octauum multorum auctoritatibus accumulatis, Quamuis de contraria veriore attestetur Petra de fideicommiss. q. 15. nu. 197. vers. Contrarium, & nu. 198. Vt non censeatur prohibita.

Contrarium est verius, vt vtraque detrahi possit in restitutione huius fideicommissi, & de legitima non est ambigē dum, quia in indiuiduo non est prohibita, imò cum legis beneficio detur non potest prohiberi cum sit naturale debitū Cuch. in tract. legit. in Rubr. legitima, nullum grauamē admittit

mittit nu.15.Crass.in lib.2.in art.officium Iudicis q.23.nu. primo.Nam etiam quòd tota hæreditas sit relicta cum onere restituendi quantum ad legitimam onus hoc reijcitur etiam quòd onus esset inter filios vicissitudinarium,& reciprocum,de receptiore attestatur Ant. Gabr.lib.2.commun. opin.tit.De legit.conclus.1 nu.6. Post Alexandrum consil. 43.lib.2.Attenta,& considerata 3 Quodque per verba illa omnino bona non censentur prohibita detractio Trebellianicę.De communiore,& quæ seruatur dicit idem Gabr. titu.Ad Trebellianum conclus.3. Quærunt Doctores, imò nec per illa verba restituas pleno iure,vt per eundem conclus.quarta successiuè quæritur,idem per verba integra bona idem conclus.4. Est etiam viua ratio, quia verbis quantumuis generalibus, non excluditur legitimæ petitio. l. si quando,§.& Generaliter.C.Inofficioso testamento.§. Cæterùm Auth.vt cum de appell.cognos.

Et in specie quando pater instituit filium etiam in maiore portione,quàm sit eius legitima,& grauauit filium ad restituendum totam hæreditatem,quàm deinde filius adiuit, non teneri filium restituere legitimam, cum non præsumatur patrem de ea sensisse,contra Calcan.& Ceph. Menoch. De Præs.lib.4.Præs.196.nu.20.uers.Extenditur quarto præter Mantic.à me adductum.

Verùm supposito quòd pater eum expresse non possit grauare in legitima etiam per fideicommissum inter filios reciprocum ex Bart.in l.Qui Romæ.§. Duo fratres ante n. 11.ff.verb,obligat.& ibi Ripa nu.38.& can.communiter in cap.Raynutius,& Rainaldus de testam. Res est indubitata quòd dictus filius d. legitimâ potest detrahere Mich. Cras. lib. sentent.§.legitima q.38.num.19.Ex quo enim commodum est incertum non potest,nisi quòd sit onus respectu futuri euentus.

Difficultas in eo residere videtur quòd filij capaces,sunt substituti dicto fratri incapaci vulgariter, quo casu non valente filio capere legitimam grauari poterit, quia hic alia persona est, l.cum patronus.ff.leg.2.& ibi Bald. & Bart.in vtraque lectura.Alex.ad Bart.in l. Quoniam in prioribus. C.inofficioso test. Ias.in l.si arroganter nu. 32.ff. adoptio. Cuch.de legitima vers.Nec vsufructu,& vers.alius casus est.

Verum

Verùm respondetur quòd præmissa procedunt quando substitutus vulgaris est talis cui legitima non debetur, aliàs substitutus, de hac quoque quæ per vulgarem sibi accessit detraheret legitimam, & de communi contra Ruyn. trad. Marc. Ant. Peregr. De fideicom. Art. 8. num. 6. vers. Hinc infero, vbi dicit quod portio, quæ per vulgarem ad fratrem deuoluta fuit restituitur absque detractione legitimæ quã do deuoluitur ad alium coheredem cui non esset debita legitima, nam hic totum restitueret nulla detracta legitima at hic versamur in eo cui legitima debetur, quare portio legitimæ vnius filij accrescens alteri filio non venit in restitutionem fideicommissi, prout nec portio ipsius filii restituentis, quia portio portioni accrescit, & eius naturam assumit vt per eum sub nu. 5. vers. & portio.

Concludo, & legitimam, & trebellianicam deduci posse per heredem grauatum iux. not. in dicto cap. Raynutius & plenè apud Fachin. lib. 5. controuers. Iur. cap. 2. Mantica in tract. de coniectur. lib. 7. tit. 8. nu. 7, & 8, & in dubio pronunciandum est patrem noluisse includere legitimam in fideicom. ita vt detrahi non possit Angel. cons. 161. nu. 2. in fine, Mantica supra citatus num. 7. vers. quarto. Et ita &c. saluo &c. Laus Deo &c.

Pro Illustribus Bottis

In vna confiscationis bonorum, & restitutionis gratiosæ.

Vis tota cõsultationis deducitur an stante amplo fideicomisso facto per quon. Bergontium Bottam in casu delicti ne bona transirent ad Fiscum, & quę transierunt ad Aloysium Bottam, seu eius filios, Ludouico delinquente, & in gratiam restituto, sint restituenda, & vtrum irreuocabiliter ea sint acquisita ita ne ab eis auocari possint ab hoc restituto.

In quo articulo Consulẽtes figunt pedes super vi, & energia verbi restitutionis quod est aptum ad compræhendendum omnem casum sequuta restitutione gratiosa, non secus ac testator illa habebat, proinde ac si nunquam subsequuta fuisset aliqua cõdemnatio, & omnia essent in eo statu

tu in quo erant tempore conditi testamenti: nulla enim securior interpretatio quàm ea quæ deducitur ex propria significatione verbi: hæc enim restitutio fit ex voluntate testatoris fideicomitentis iux. consilium Crau. citatum 925. nu. 21, & cons. 941. Est enim hoc ponderando quod erat in facultate testatoris, tertio cui ius medio tempore quæsitum fuisset præiudicare quia bona erant in dominio suo; ideoque non est opus in controuersiam adducere, vtrum potuerit testator id facere, ideo non expedit dubitare de iure amittendo ex voluntate testatoris cuius bona erant. Peruenerunt enim bona ad eum, ea lege vt secuta restitutione Principis restituantur, Bertazol. cons. ciuil. 20. n. 39, & seqq. idem in cons. 163 nu. 18. Dec. cons. 425. nu. 7.

In terminis nostris stringit cōsilium Rol. à Valle 45. lib. 4. nu. 32. vers. Pariter non obstat, vbi vim facit super clausula volumus fore, & esse perinde ac si nunquam fuisset bānitus, & nunquam confiscata bona, quia dictio illa Perinde præbet omnimodam similitudinem, & reducit nos ad terminos, tanquàm non secuto banno, citatur Iac. Philipp. Port. cons. 48. nu. 7. quod consilium est subscriptum à Marco Mantua sub cons. 49. & licèt loquatur in Principe, quando apparet de eius voluntate, attamen idem est in testatore ita mandante, eius voluntas est obseruanda pro lege § Disponat in Authen. de nuptijs Crau. cons. 925. ante numerum vndecimum.

Nec negotium facessunt contrariæ considerationes Iac. Menoch. cons. 603. nu. 21. vers. non etiam, quia non loquitur in casu in quo testator hanc legem imponit rebus suis vti Dominus, nec loquitur in casu Princeps hoc expresse mandat, ideo non sunt confundendi iuris termini; sentit etiam hoc clarè Menoch. in cons. 769. nu. 8. vers. Verùm respondetur lib. 8. Rimin. Iun. cons. 397. lib. 4, Cassan. de Constit. Burgund. tit. des iustices Rub. 1 §. 5. Glos. 13. nu. 145, & 226. faciunt etiam adducta ab Andr. Fachin. lib. 1. controuers. iur. cap. 39. incip. restitutus circa finem.

Sicuti ergo is qui restituitur à Principe, cum clausula vt quis cēseatur restitutus ad sua bona, vel ad bona amissa ob bannum non recuperat hæreditatem, alteri tempore banni quæsitam propter eius incapacitatem, nisi expresse fuerit

rit dictum, vt censeatur restitutus ad bona non quæsita, vt per Boss. de restit. quæ fiunt à Principe nu. 15. de quo etiam apud Farin. q. 6. tit. de Inquis. nu. 32. Ita cum testator cauerit expresse vt hæc bona restituantur, eius voluntas seruanda est, cum potuerit vti Princeps Rei suę addere hanc legem.

Postremò his addo Card. Alban. cons. 1. nu. 18, & 20. vbi dicit quòd restitutus in gratiam ex indulgentia Principis, recuperat ex mente testatoris bona prohibita alienari, vt conseruarentur in familia quę propter publicationem peruenerint ad illos de familia, etiam quòd Princeps dicat in gratia ad bona sine alterius præiuditio & hoc consilium est in terminis consultationis nostræ quem casum non video excussum à neotericis Oddo, Peregrino, & alijs.

Transeo in sententiam aliorum dominorum, qui solidis rationibus moti sunt ad ita consulendum quorum dictis nihil addi potest &c. Laus Deo.

§. Furtum.

CVm contra N. declaratum sit procedi non posse criminaliter ratione emptionis rei furtiuæ cum nullam in furto societatem habeat, & omnis culpæ sit expers, pro eo quòd res furtiua pœnes eum fuerit, conueniri ciuiliter non potest, nisi quatenus res pœnes eum extaret, vel locupletior ex re factus foret; cùm enim appareat de authore qui fuit ob dictum furtum capitaliter códemnatus tunc omnis mala præsumptio tollitur contra dictum N. ergò cessat omnis actio, Menoch. de præs. 25. nu. 3. latè Farin. de furtis conclus. 177. par. 1. fol 107; Gramat, Theormate 24. Quibus in locis habetur, quod quando res furata empta ab aliquo non reperitur, quia bona fide consumpta est, emptor licèt teneatur illius valorem restituere domino, hoc tamen procedit quando ipse rei furatæ emptor fuit factus locupletior aliàs secus, Farin. in cit. loco sub nu. 49. vers. limita quinto fol. vltimo vbi cit. Menoch. de Præs. lib. 5. Præs. 29. n. 18. 19.

Cumque eiusmodi causa incidisset coram Illustre Magistratu ibi existente Præside Iacobo Menochio, ita fuit iudicatum &c. Laus Deo, &c.

§. De-

§. Decretum gratiosum.

In termino Decreti gratiosi, vtrum officialium appellatione comprahendat Biruarios.

DEcretum gratiosum anni M. D. C. excipit ab eius beneficio nonnullos casus inter quos Officiales in hæc verba neque eos qui dum officiales essent in eorum officijs deliquerunt.

Quæritur quid iuris de Biruario qui deliquit in officio, an sit exceptus, & an veniat in exceptione officialium.

Videtur dicendum quòd non sint compræhensi satellites inter officiales ex consilio Cornei 76. Præsens consultatio col. fin. lib. 3. vbi quod officium est nomé generale, & equiuocum, ac strictè sumptum dicitur illud quod caret iurisdictione vel omni artificio, ponendo exempla vt ibi, nisi appareat aliquid ex vsu communi loquendi.

Contrarium quòd intelligatur tantùm de officialibus habentibus administrationé, & iurisdictionem trad. Alex. in l. 1. ff. Iur. omn. Iud. nu. 1, & 2. vbi officium in dicta lege accipitur pro exercitio iurisdictionis in Iudice residentis, licèt quandoque accipiatur pro nudo ministerio sine iurisdictione, vt officium Custodis.

Facit ad hoc quia dictum decretum post officiales excipit notarios qui falsitatem aliquam commisserunt, nam cum appellatione officialium veniant etiam notarij, & Procuratores vt dicit Corn. per multa quæ citat in dicto conf. 76. nu. 9. Dec. conf. 40. per totum superflua foret notariorum expressio nam sufficeret dixisse officiales, Ideò benè dicit Alex. supra citatus quòd vbi ex præcedentibus & sequentibus verbis statuti aliud apparet, illud sequendum est, ideò hæc pars de notarijs delinquentibus in officio loquens declarare, videtur non compræhendi eos in prima parte, nam eadem ratione etiam includeret Notarios.

Cum ergo Decretum sit fauorabile, & latè interpretandum quatenus fauet delinquentibus, dum eos liberat ab omnibus delictis, præterquam specialiter exceptis ergò includuntur Biruarij, & exceptiones à regula Decreti sunt stri-

ctò

ctè interpretandæ, quia agitur de exclusione beneffici j cõcessi à Cæsare ad not. in l. fin. de Constit. Princip. in cap. decet indultum de Reg. iur. in 6.

His expeditis superest altera dubitatio, quod Senatus in sua declaratione diei primi Iulij 1600. declarauerit appellatione Officialium non venire Ancianos, nec Consules, quæ exceptio à Senatu Excellentissimo ostendit de cætero non esse dubitandum quin appellatione Officialium ueniant Argumento cap. Nonne benè dicimus nos de Præs. & l. Maritus C. Procur.

Verùm respondetur quod hæc exceptio Senatus, quæ nõ fuit facta per verba taxatiua non excludit casus similes, nam declaratio non restringit, ita enim passim habetur apud interpretes iuris, ideoque in casibus similibus, idem obseruandum est, quod in ca sibus inclusis Dec. ca. 2. Requiris nu. 2. De appell. Surd cons. 25. n. 34. vers. secundo. Respondeo, vbi aliæ summuntur declarationes, & limitationes ad l. cum Prætor. ff. Iudic. idem habetur apud Crau. cons. 896. & cons. 987. vol. 6.

Ex præmissis sequitur satellites pœnes quos nulla est iurisdictio, sed tantùm nuda executio, non venire in hoc Decreto appellatione Officialium, verùm illos quoque gaudere debere generali hoc indulto; & ita &c. Cum enim in Officialibus habentibus administratione exuberare debeat fides, & vitæ sinceritas refulgere, ideo acrius quàm alij, si in officio delinquant puniuntur: quod de vilissimis Biruariis non est dicendum, &c.

Laus Deo.

Summarium.

Officialis appellatione qui veniant in Indulto gratioso nu. 1.
An veniant Notarij, Procuratores, Biruarij ibidem.
Beneficium concessum à Cæsare latè interpretandum nu. 3.
Anciani, & Consules an veniant appellatione Officialium.

I*n Decreto Gratioso num.*4.
Extensio fit de similibus ad similia num. 5.

§. *Ve-*

§. *Veneficium*.

In vna Venefici cum morte Bartholomei Bartiroli.

VIx mihi allatus est processus mortis Bartholomei Batiroli qui eadē die qua Venenum hausit,eadem fato sinistro occubuit, de qua nece arguuntur Margaritæ de Christianis honestæ pulchritudinis mulier,& Io. Maria Valdata maritus Sororis dictæ Margaritæ, de participatione, & consilio,quòd quæsiui an causa veneni posset ascribi alicui comercio carnali,quod inter hos duos affines esse posset,Responsumque fuit quòd incestus causam huic delicto dedit, cum Hercules maritus dictæ margaritæ defunctus esset frater eiusdem Bartholomei qui moriens pinguem reliquerat vsumfructum bonorum suorum dictæ vxori suæ, quæ statim eo mortuo sentiens laxatas habenas nodi coniugalis, suffecit in locum demortui viuentem, & benè neruosum sororium suum. Patebatque ei die nocteque domus sub colorato prætextu gerendi negotia sua iuxtà illud virgilianum. *Hoc prætexit nomine culpam*. Et in eadem domo pernoctabat, itaut facile fuerit stipulæ aridæ ignem admouere, cum amoris faces sint ardore prægnantes, quod maxime locum habet in muliere opum luxuria affluente., quæ facilè in libidinem despumat, Cæterùm data impudicitia pœnes est Veneficium ex congestis à Tiraquello de leg.conub. l. 8.nu.22.vers. Eam ergo. Cum igitur impudicitia sit præambula ad Veneficium de hac imprimis quærendum est; nam video ambos esse inter cœtera reos constitutos de incestu. ac Abortu.

Reatus datus Margaritæ stat in hunc mòdum.

Ex processu resultare dictum Valdatum continuam cum ea habere consuetudinem,nec ab eius latere discedere,dormiendo,& comedendo simul, & quòd circa annum fecit secare ei venam ab altero brachiorum & circa duos mōtes eundem Valdatam requisiuisse barbitonsorem ad secādam venam eiusdem, & etiam per notulas medicorum. & Aromatariorum habuisse potiones, pulueres, ac morsella, seu

Pastillos,

Pastillos, & attento quòd illa est grauida, creditur id fecisse ad abortum, ideoque constituitur rea de incestu, & attentato Abortu, & pariter rea de veneno prędicto.

Alter reatus datus dicto Valdato in hunc modum conceptus est.

Quòd comedebat cum dicta Margarita, & dormiebat cum ea in eius domo, & continuò illi assistebat, nec sine eius consilio quicquam gerebat, & iuit ad perquirendum medicos, pharmaca, potiones, & barbitonsorem pro secanda vena Margaritę prægnanti, crediturque Margaritā nullum sine eo commisisse delictum & de omnibus scilicet incestu, abortu, auxilio ad veneandum Bartholomeum dato sit reus.

De incestu agi probant DD. nam qui cognoscit sororem vxoris is dicitur incestum commisisse Clar.§. Incestus nu. 3.vers.Sed quæro Modern.Romā,q.149.nu.94. De hoc Iac, Menoch.De Arbitr.Iud.casu 357.In Addit. nouissimis Andr.Fachin.controuers.iur.lib.9.cap.102.

Probatur per duos testes contestes deponentes se vidisse hos duos simul in eodem lecto iacentes, & sufficere tanquàm in occulto crimine leuiores probationes famam publicam, tot alia adminicula, hic Incestus dicitur plenè probatus, iuncto Lenocinio matris, quę passa est condemnationem contumacialem, & iuncta fuga illius famuli, quem illi Incestuosi dispendi curarunt, ne conuinceretur de mendacio, dum illa cum non posset amplius negare se esse grauidam reiecit culpam in famulum, qui verisimiliter compareret, eam in vxorem suam asse[r]eret, attenta promissione mutui matrimonij.

Adduntur tot mendacia amborum, responsiones inuerisimiles, & nugatoriæ, quibus omnibus plenus est totus processus. Publicæ reprahensiones eis factę de hac scelesta vita vtriusque sectiones venæ, emptis ad id remedijs ad abortum filiæ quam in carceribus peperisse liquet: Quicumque enim dubitat quin contra vtrumque constet de hoc incestu expers est omnis indicij, cum omnia tendant ad plenam huius delicti probationem Alexander conf. 24. num.42. lib.2. Modern.Rom. De delict.carnis d.q.149.nu.86.post Caball. cas.200.nu.15.& 16.ubi in finę citati.

Venio

Venio ad Veneficium de quo vterque accusatur, alter scilicet Margarita de præbito veneno inter Orizam in die Paschatis quo tempore ipsa domi remansit absque quòd audiret rem sacram fieri, vt opportunitatem haberet miscendi Aconita ferculo, cum eo tempore sciret tam Bartholomeum quàm cęteros absfuturos ob illius diei religionem, quo omnes in Ecclesia conuenire solent; & Sanctissimam Eucharistiam piè summere.

De corpore delicti apparet ex relatione Peritorum Alexandri Plesæ medici qui vocatus accessit ad domum dicti Bartholomei, vbi reperijt Bartholomeum Blancam eius vxorem, Bernardinum, & Pasquinam dicti Bartholomei filios, & Io. Franciscum Valdatum famulum dicti Bartholomei ex improuiso, & inopinato accidenti, & periculosa infirmitate in lecto iacentes, qui recésuerunt propter Orizam ab eis manducatam dubitabant ne veneno imbuta foret. Periculo facto in duobus canibus quibus ex dicta Oriza ad vescendum, qui statim euomuerunt dictā Orizam, & quasi intestina, & altero cane qui statim mortuus est, & concordat Marcus Valens Medicus, & ambo iudicarunt fuisse venenum potentissimum, & mortuo dicto Bartholomeo visa sunt signa denotantia venenum ex iudicio eiusdē Valensis Medici; & licèt fecerit iudicium hoc cum protestatione melius iudicium suum in scriptis referendi habito studio; tamen hoc non nocet cum signa particularia quæ adducuntur sint satis efficacissima ad dictum iudicium reddendum nam dicit Boss. tit. de delicto nu. 6. quòd quando post assumptionem cibi immediatè, quis incidit in maximam mutationem status sui, denotatur Veneficium, tunc fit iudicium fuisse introductum, & immissum, non per sortàm; Cęterùm in casu isto apparet eodem tempore post sumptum cibum quinque ex eis incidisse in morbum, & adhibitis pharmacis euomuisse venenum, dempto Bartholomeo cui medicamenta non proffuere, & hoc experientia fuit cōfirmata in cane vno Locūtenētis ibi adducto qui statim mortuus est; Et de signis visis in cadauere Bartholomei plura apud Moscatell. in pract. crimin. tit. de cognit. delict. num. 14. cum seqq.

Quòd autem fuerit hęc mulier quę dictum venenum im-

miſſerit in Orizam ſatis ex pluribus elici poteſt. Primò quod abſentibus dictis Iugalibus relictis domi Eliſabeth filia Bartholomeo ac Francìſco famulo, quo tempore præter conſuetudinem ingreſſa eſt dicta Margarita; cum enim ſtatim ſequutus fuerit exitus toxici, vtique contra illã præſumitur iux illud viſus in loco delicti. Paris de Put. in tract. Sindic. in verbo tortura cap. 2. latè Farin. q. 52, nu. 133. verſ. 11. indiciam. Hunc ingreſſum in domum deponit d. Eliſabeth. & Franciſcus famulus qui dicit quòd nunquam vidit Margaritam ingredi in d. domum prout fecit hoc mane, quare iure merito circa hæc fuit rea conſtituta, quòd ipſa in actu quo poſuit oua, eo iubente, in iure quod brodium appellamus poſuit toxium, & quòd ante impoſitionẽ ouorum dicta Eliſabeth, & Margarita comederant offam conflatam ex dicto brodio, & nullum damnum ſenſere, & cæteri omnes videlicet Paſquina, Blanca, Bernardus, & Bartholomeus qui ex dicta Oriza comedere in repetinam infirmitatem incidere, ipſa etiam perfricta fronte hoc negãte, ficuti & cætera quæ eam grauant, ficuti etiam negat litem habuiſſe cum dicto Bartholomeo de quo cõuicta eſt, ea quoque fingente ſe neſcire quid ſit toxicum cum illius commemoratio moleſta foret.

De attentato abortu per ſectionem venæ dep. Octauius de Imbres barbitonſor videlicet ſe requiſitum à Margarita dicente ſe habuiſſe licentiam à medico, vt ſecaret venam in brachio, cum tunc in lecto non iaceret.

Excuſatio delicti non petita, quæ accuſatio altera eſt; nam deponit Franciſcus Chriſtianus barbitonſor quod die illius Veneficij Margarita dixit ei, *Pouerina me ho dato vn'ouo benedetto ad vna di quelle figliuole di Bartholomeo, & ne ho datto ancor vno crudo per vna, ma che non dichino che ſia quella ch'habbia attoſſicato Bartholomeo & ſua famiglia, io non vorrei mai hauerli dato.*

Et contra Io. Mariam Valdatam deponit idem barbitonſor ſe fuiſſe requiſitum ab eo de menſe Septembris ad ſecandam venam dictæ Margaritæ, quod facere recuſauit quia medicus ei præcepit ne id faceret, quia publicè dicebatur eam eſſe grauidam & plenius id dixit alter Corradinus Medicus qui illum recognouit inter alios exhibitum;

idem

idem deponit Alexander Plesa Medicus.

Familiaritas assidua inter hos, & suspecta, die, nocteque probatur ab Angela de Marchesetis, & reprahensio eisdem facta, vt nihil plenius desiderari possit.

Suspecta etiam veneni dicitur Margarita ex eo quòd repertum fuit super stora lecti dictæ Margaritæ vitrum contusum admixtum alteri compositioni quæ si comederetur posset in tempore intestina corrodere, & edentem interficere. Hoc deponit dictus Medicus Corradinus.

Negat hæc secatam sibi fuisse venam, & omnia contra eam per testes deposita.

Concludo quòd licèt ex præsumptionibus quis ad pœnã mortis non sit condemnandus Alex. cons. 115. num. 8. vers. vltimo lib. 3. Afflict. in Constit. Mala noxia num. 3. vers. & vbi, attamen in casu isto, cum incestus sit probatus, pro quo locus est pęnæ mortis, accedentibus tot præsumptionibus veneni, abortus, videtur quòd omnino hi laqueo sint digni, cum hæc delicta incestus, abortus, Veneficium complicatas in se habeant causas quæ Senatus Excellentissimus non negabit esse graui ponderis ad congesta per Iac. Albã cons. 72. Constat. Farin. q. 2. in fine, & ita &c. Laus Deo.

§. Barataria.

Pro Nob. Io. Petro Arrigono capitaliter condemnato cum confiscatione bonorum.

ANno 1616 die 12. Septẽbris per dominum Auditorem Illustris Tribunalis sanitatis status Mediolani vti delegatum lata est sententia in hunc modum, Io. Petrus Arrigonus olim Commissarius pro dicto tribunali in loco Gerę condemnatus in contumaciam in pęnam amputationis capitis, & confiscationis bonorum, eo quia ausus fuit in suo officio committere multas fraudes, & extorsiones & permisit merces è partibus vltramontanis peruenientes, introduci, & conduci in præsentem statum Mediolani absque licentia dicti tribunalis; qua de causa carceratus fuit in carceribus Grauedonæ, & ab eis fugam fecit.

Ad hanc sententiam ventum est virtute præcepti eidem

Arigono intimati effectus ad se consignandum, & se examini subjiciendum ob administrationem sui officij, & præcipuè eò quia dictus Arrigonus dum officium Commissarij gerebat in dicto loco Geræ pro dicto officio Sanitatis ausus fuit contra formam ordinum, & instructionis ei datę à dicto Tribunali Sanitatis committere multas fraudes, & extorsiones, & permissit merces à partibus vltramontanis prouenientes introduci, & conduci in præsentem statum Mediolani absque licētia dicti Tribunalis prout eidem delegato constat, & hoc sub pœna vitæ, & confiscationis bonorum.

Videtur tamen grauaminum suorum summa reduci ad id quòd ipse exegerit nonnulla honoraria à transeuntibus quorum etiam nulla reperitur in ordinibus ei præscriptis facta prohibitio in specie, & an hæc exactio quæ in totum ascendit ad summam vnius ongari in personam trium, cadat sub nomine, & incude extorsionis, & criminis l. Iul. repetund., cum etiam alij Cómissarij qui eum in officio præcesserunt, eandem, vel forsan maiorem etiam, loco cuiusdam recompensationis laborum consequuti fuerint, ideoque illa dicitur fuisse in bona fide, quia non occulto, sed palam, & publicè habuerit, & hoc modo excluditur delictum Bald. in cap. fin. nu. 11, de Appell. Socin. Reg. 53. vbi ita dicit fuisse iudicatum Bertazol. conf. 71. nu. 23. lib. 1, & plenè conf. 81. nu. 6. eodem lib. Consuetudo enim in recipiendis sportulis excusat, præter id quòd mihi satis indignum visū est pro tam leui pecuniæ quantitate, quem capitaliter puniri Clar. §. furtum vers. sed quęro quæ sit pęna furti, vbi refert aliquos sensisse quòd anima Federici Imperatoris ad infernum cruciatur ob legem ab eo passam contra fures rei modicæ, & quòd ministri qui eum sequuti sunt, non regnarunt super terram Caball. resol. crimin. cas. 19. lib. 1. quinimò quod longè grauius est, etiam ex Cōstitutionibus huius status §. si quis fecerit robariam Constitutionibus de Pęnis, debet robaria excedere quinque aureos, fortius id locum habere in casu isto, quia in primo casu interuenit violentia: in hoc secundo nulla vis.

Secunda est quæsitio an cum dicatur dictos arrigonus permisisse quasdam merces videlicet. Sex earum colles cō-

duci

duci in statum Mediolani contra ordines ei ab Illustri Tribunali præscriptos pro quibus habuit tãtùm scutum vnum cum dimidio, quos colles conduci permisit Commissarius visa prius fide quod locus ex quo vehebantur erat liber ab omni suspicione pestis, qua fide attenta dictus Tribunal solitam licentiam misit dicto Commissario, vt earum vectori cõcederet ingressum quæ licentia superuenit per duos post dies, quàm fuerunt merces introductæ: in qua quæstione sic dico, quod cum nullus dolus ei ascribatur non dicitur in officio deliquisse, quia cum sciret Magistratum solere his licentijs subscribere, visa vt supra eiusmodi fide, nõ videtur id fecisse animo contraueniendi ordinibus ei datis, nam putauit statim quod sequutum est, affuturam, & aduenturam licentiam, nec dignus quis est pęna contemptus, nisi quando quis facit aliquid animo resiliendi ab obedientia superioris. Calder. cons. 11. de verb. signific. Felyn. c. si quis. De maior. & obed. num. 7. Foller. de No. compon. nu. 22. cum seqq. Bertazol. cons. 421. nu. 16. lib. 2. Gram. decis. 40. num. 21. dicit quod leuiter arripiuntur. Caball. resol. 30. in fine.

Et faciunt multa ad excusationem de imprudenter, aut inconsulto, aut præcipitanter factis, tradit Andr. Tiraq. de Pœn. temper. caus. 13. ex quo loco hauriri potest defensio huius nõ tantùm ad pęnæ lenitatem, sed ad impunitatẽ.

Tertia. Est quæstio an ritè, & rectæ fuerit condemnatus virtute præcepti in quo in confuso, & in genere dicitur ob multas fraudes, & extorsiones, eis particulariter non expressis, aut designatis, ita quòd reus non debuerit deliberare. Quod genus procedendi terribile, & horrendum est, si versaremur in Inquisitione, dicerem liberè eam fuisse nullam cum debeat esse certa, specifica, & clara continens omnes delicti qualitates, & circumstantias, taliter ne reo auferatur defensio Boss. de Inquisit. num. 75. 76. vbi dicit non sufficere quod quis dicat commissa furta, sed debet dicere modum, & ita dicit se obtinuisse, & hoc esse verum, etiam parte non opponente vt ibi. De hoc latè apud Farin. q. 1. nu. 11. vers. tertium requisitum tit. de Inquisit. verùm hic processum fuit via pręcepti ex lata, & ampla potestate residente pœnes Magistratum Sanitatis per Consti-

tutiones huius status sub tit. de Praefect. Sanitatis §. hi absolutam, vbi eis datur potestas libera iudicandi, & quoscunque eorum mandatis, & ordinibus non obtemperantes puniendi seruatis, & non seruatis ordinibus, & Constitutionibus verum pro nullitate huius citationis quae fit in genere generalissima plura quomodo procedatur per praecepta Rol. à valle cons. 47. lib. 2. 44. Farin. q. 18. nu. 55. Natta. cons. 594. nu 13. lib. 2. Sigism. Scacc. de Iud. caus. ciuil. crimin. cap. 39. nu. 7. vers requiritur quinto. Vbi post Clar. in §. fin. q. 31. vers. quaero nunc, dicit esse necesse quòd in ipsa citatione inseratur tenor libelli, seu Inquisitionis vbi enim praecessisset inquisitio, tunc toleraretur huiusmodi citatio.

Nec obstat liberum arbitrium datum per Constitutiones Caesareas quia debet subiacere regulis iuris naturalis, & debet seruare equitatem, & nihil contra bonos mores faciendum est, quae, & alia adducit Menoch. de Arbitr. lib. 1. q. 13. Videat modo quicumque sapit, an haec pena conueniat imputationi datae, & an nimiam seueritatem praeseferat, &c.

Ex his &c. Laus Deo &c.

Capitulorum admissio.

CApitula non sunt admittenda fauore reorum praesentium, per quae contumaces, & absentes possunt instrui de indicijs contra eos existentibus, & testes subornari, postea comparere, Clar. q. 49. vers. Sed pone. vbi quòd contumacibus condemnatis fit publicatio processusquo ad praesentes, & datur eis copia deletis prius his quae ad eos pertinent, quatenus tamen quo ad praesentes per huiusmodi deletionem non tollatur vel in minimo facultas defensionis. Cartar. in tract. interrog. reorum. lib. 4. cap. 2. in fi. nu. 73. fol. 179. idem dicit Foller. in pract. 2. par. in ver. Detur copia capitulorum, nu. 52. allego

Marsil. cons. 49. 50. Farin. 2. lib. crim. q. 39. n. 155. cum duobus sequen.

Ambrosin. in suo proc. Infor. lib. 3. cap. 1. tit. de public. proc. nu. 56. quem ego schollijs meis illustraui, licet non bene purgatus me inscio bis impressus sit in verbe Veneta, quae

pro-

propediem nouo nitori restituendum curabo.

Punctus est, cum mandatarius Applanus sit condemnatus, vtrum admitti debeat capitulum quartum, super eo, quod dicitur, *Non fù Curtio, che diede causa di detto romore, mà fù il detto Giouannino*, cum sequentibus. cum hoc tendat ad eximendum in totum dictum Curtium à culpa homicidij, & à mandato per eum suscepto; & vbi dicatur, quòd hoc capitulum, etiam iuuat Vidalem, quia exceptiones quæ fauent mandatario, prosunt mandanti, attamen quia aliunde Vidalis potest mandatum excludere, quàm per dictam probationem, illud reijciendum est.

Non enim prohibetur Vidalis omnes considerationes in medium afferre ad demonstrandum mandatum ab eo abesse, si illæ sint iuris, & resultent ex his, quæ desumuntur ex processu, non tamen admittatur ad aliquas probationes per testes, quæ dicto Curtio quandoque prodesse possint; præsertim si contingat eum admitti ad nouas defensiones; postquam compertum ei fuerit quid in causa probauerit mandans, cui morbo occurrendum est. Dum enim dicitur expressim, Quòd Iohanninus dedit causam rumori, cui dubium est, quin inde inferatur Ioanninum primùm insultasse Curtium; & homicidium necessariò dici factum ad defensam; & sic quod sit lege permittente pœnam non mereri. Satis igitur erit Vidali, quòd aduersus mandatum admittatur ad probandum mandati exclusionem, absque eo, quòd principaliter assumat in se onus probandi Curtium fuisse insultatum, ex eo, quòd rumori Ioanninus causam dederit: semper enim inspiciendum est quid principaliter agatur, & ne fraus fiat legi, & ne prohibitum directè permissum intelligatur per obliquum.

Multò minus est admitten. hoc capitulum, quia mandatum contra Vidalem iustificatur ex multis causis in processu relatis, ex qualitate armorum, personarum, itineris, insultus, locorum, in quibus expectabatur dictus Ioanninus, ideò licet postea rumoris origo dicatur Ioanninus (quod negatur) non propterea tollitur mandatum, quod per alias causas, & per alia media iustificatur: Ideo satis inde colligimus hoc capitulum tendere solum ad iuuandum dictum mandatarium, non autem mandantem grauatum alijs in-

dicijs,cum ille possit se tueri alijs excusationibus personam suam tangentibus, non communibus cum Curtio.

Quare sum eius sententiæ in hoc capitulo delitescere nō leuem offensam iustitiæ sub hoc palliato prætextu quod capitulum hoc sit mandanti profuturum,Remitto me tamen saniori iudicio. Laus Deo.

Porrus I. C.

Pro Thoma Grandona Genuense.

QVo ad primum caput, quod moram traxerit in Dominio, Bannitus à Dominio Genuensi, cum sit forensis ignorantiam probabilem dicitur habere, & excusatur à pęna notatur in l.cunctos populos Sum. Trin. Fid.Catol.Ant. Gab.lib.3. com. tit. de reg. iuris conclus. vlt.nu 13,& quod locum habet quando hæc prohibitio non est de iure communi Afflict. in const regni rub.10. de intratis num 6.vers. sed quando Ceph.cons.720. Quamuis lib.5. & inthimatio requiritur,vt num.8.& non sufficiat scientia præsumpta in materia stricta,& penali sub num.17. Et quod esset in credulitate iusta quæ excusat à pœna apparet ex eo quod ex testibus est conquestus, & de Baptista Grandona qui ei persuasit se posse impunè morari in oppido Serrauallis: Hoc deponunt duo testes Stephanus; & Antonius de Costis Pater,& filius,qui cum eo carcerati erant, Et concurrit verisimilitudo,quia non est credendum, quod voluisset tā liberè incedere per dictum locum cum periculo vitæ suæ, & quod à pęna excusetur latè Farin.q.90.num.pri. de pœn. temper.

Addatur ad huius deffensionem, quod si verum est hunc fuisse bannitum à Dominio Genuensi non potuit dici vagabundus,quando vagantur homines ex voluntate nō autem ex necessitate priuationis facultatis habitandi in patria sua per bannū.Non enim docetur quod post bannū,nunc vnam Prouinciam, nunc aliam discurerit iux.id quod deducitur ex Claro quæst.39.vers.fui interrogatus loquente in bannito de quo etiam apud decis.Peguer.3 num.14. Menoch.casu 531.nume.11. & iure communi quæ hos errones nullam esse pœnam constitutam trad.ibi Menoch.n.12.verè autem

(vt

(vt colligo) hic nulla signa dedit delictorum in eo territorio commissorum, Ideo pro tali non est habendus.

Et cum Cridæ Suæ Excellentię anni 1611. diei 8. Februarij prohibeant bannitis morari sub pœna triremium compræhensus non est qui tempore banni erat à loco banni absens, & licet dicatur scientiam præsumi ex eo quod copia banni dimissa fuit ad dicti Thomæ habitationem cum paria sint scire, vel scire debere se esse bannitum ex l. scire. §. oportet. ff. de excusat. tut. iuncta. l. pen. C. annali except. dicitur quod ad incurrendam pęnam requiritur certa, & specifica sciētia Bart. in l. admonendi col. 4. iureiur. cum trad. per Tiraq. de retract. tit. pri. §. 37. glos. 2. num. 31. Bertaz. cons. 319. circa finem, Et præcisè fuit sic absolutum forensem à pęna proclamatis trad. ibidem Bertaz. quod solum sufficit ad Thomæ deffensionem, & quod scientia sit probanda in specie non in genere, & ex fama Plot. in l. si quando num. 859. C. unde vi, Menoch. de arb. iud. cas. 357. num. 15. Et non sufficere scientiam præsumptam delicti, sed quod requiritur clara, & indubitata notitia, Ruin. cons. 66. nu. 18. & 19. lib. 3. Gomez. reg. de annali q. 8. in fine Cran. cons. 193. num. 8. Farin. cons. 101. num. 41.

Secunda est obiectio quod otiosus, & vagabundus vixerit, ideoque puniendus sit, contra huiusmodi sceleſtos stat. Tiber. Decian. consilio 83. num. 12. vol. 3. Menoch. de arbitr. iud. casu 531. & in 10. remed. recuper. possess. num. 50. Farin. de inq. q7. num. 15. Masc. de probationibus conclus. 1397. Rim. cons. 445. num. 35. lib. 3. verum id minime considerabile est in Genuensibus qui Prouincias peragrant, & opulenti pecunijs addiscendi, seu exercendi studio oberrant per Ciuitates oppida insignia, & vicos, qualis hic qui frumenta venalia mercabatur, vltra quod non est probatum quod is non habeat in Patria sua, certam habitationem, aut certum domicilium, & omni in casu obstat probabilis ignorantia statutorum, & Cridarum cum sit forēsis vt supra dictū est.

Vlterius dicitur quod ipse fuit bānitus eo tempore, quo erat absens, & in loco Serrauallis, vt liquet ex depositione Francisci Galiani, Ideo non dicitur contempsisse is, qui ignorantiam habuit DD. in l. vnica. ff. si quis iusdicen. non obtemper. Et causa illius habitationis Imputatur causæ ad-

uersæ

uersæ ægritudinis, qua laborabat ob quam necessaria erat Medicorum cura. Plura his possunt adiūgi, sed superfluū mihi videtur cū qualitates nō cōueniant requisitæ; ideo &c.
Excludit autem omnem delicti præsumptionem bona vox, & fama, & quod probè semper in territorio illo vixerit, nemini infestus, omnibus charus.
Venio ad vltimum reatum illi datum, quod in actu capturæ colateralem cultro petierit; & interemerit qui reatus habet duplicem inspectionem.
Prima est, an vulnerauerit.
Secunda est, an ex vulnere decesserit.
Circa primum adest assertio Collateralis, quæ eum grauat, & inditium facit iunctis adminiculis Clar. quæst. 21. vers. assertio, & sola non facit inditium ad torturam.
Succedunt depositiones vxoris Collateralis, & Generi dicentium se uidisse eum impellentem quædam arma enudata in pectus Collateralis; Nam vxor pro Marito, nec Gener pro socero idonei sunt testes. de vtroque Farin. q. 54. de oppos. contra testes num. 210. cum sequentibus; & num. 230. fol. 189. atergo.
Non obstat quod duobus in locis reperti fuerint culter, & vagina more Ianuensi, quia respondetur quod si hæc fuissent penes eum reperta tunc facerent tantum inditium ad torturam iuxta Boer. quæst. 156. & videtur num. 5. in fine, Sed cum non constet verè dicta arma penes eum fuisse, sed dicantur ab eo abiecta nullum certum inditium sumi potest, & fieri potest quod ab alio ad grauandum Thomā fuerint supposita, & ideo non est certa probatio iuxta id quod requiritur ex cap. in præsentia de probationibus Farin. quæst. 52. num. 60. vers. contrarium, Quid igitur dicendum est in casu nostro in quo non inuenta dicuntur penes eum, sed in locis prædictis quæ in dubium reuocantur; & DD. qui dicunt de imponenda pœna extraordinaria loquuntur supposito themate quod non refricetur in dubium factum, prout loquitur Clar. quæst. 21. vers. si aliquis, Addo Iacobum de Sancto Georgio in leg. comprobatio, ff. de probationibus.
Circa secundam, an decesserit ex vulnere cum superuixerit post vltra quadraginta dies, & appareat de morbo super-

peruenientè in fæmore aliunde causato, ex quo iuditio peritorum ex maximo fętore materiæ illud putrefactum est, & concludit expressim Io. Antonius Nibius Chirurgus qui remouet mortem à vulnere, & attribuit infermitati fœmoris.

Transeo cum Claro in §. homicidium §. cæterum si vulneratus dicente ex Angelo secundum sententiam Medicorum quod nullus lethaliter vulneratus potest viuere post quadraginta dies, sed si contraria opinio esset tenenda de qua late apud Mascard. conclus. 1078. lib. 2. fol. 358. illa procedit quando per totum illud tempus in dies morbus ingrauesceret vehementius, & de malo in peius, prout loquitur Mascardus ibi num. 5. At in casu nostro visus est vulneratus surgere electo, & tantum abest, quod morbus sit auctus, quod imo à perito fuerat sublatum iuditium lethale.

Omni in casu cessat hæc indagatio, quia apparet de noua infirmitate superueniente non causata à vulnere ex Bo-er. decis. 325. num. 14 in fine vbi loquitur de eo qui vulneratus in pectore mortuus est ex apposteniate sub brachio nato refert Farin quæst. 127 tit. de homicid. num. 72. in fine, vbi quod præsumitur ex noua causa decessisse, & non ex vulnere, consequens est igitur, vt teneatur tantum de vulnere &c.

Laus Deo, & B. V. Mariæ.

F. Bernardinus Porrus I. C. & Aduocatus Mediolanensis subscripsit pro fide.

IOseph Bossius imputatus quod facta vnione gentium etiã armatarum sclopis rotatis de facto contra for. proclamationum S. E. ac præcepti ex ordine D. Prætoris Laudæ eidem inthimati obturare fecerit cauum; per quem Dyonisius Filiodonus conducebat eius aquas: Fuit à Senatu Excellentiss. diffinitiuè condemnatus vt per triennium relegaretur in Ciuitate Comi præstita fideiussione pro summa scutorum mille de seruanda ipsa relegatione mox attenta impossibilitate cum præcepto in faciem de ea relegatione seruanda sub pœna remi & quod non seruata ipsa relegatione

tione posset impune offendi sed antequam relaxaretur è carcere cum fuisset alia de causa sequestratus aufugit è carceribus, & se recepit super confinibus agri Placentini. Hoc præsentientes eius sororij facta vnione plurium aliorum inimicorum ipsius Bossij omnium armatorum sclopis rotatis longioris, & breuioris mensuræ eum incautum adorti sunt existentem super territorio Placentino, & cum dictis sclopis rotatis interemerunt, spoliaruntque pecunijs non leuis momenti, quas pœnes se habebat, inter quos interfectores adsunt plures huius Dominij subditi quæritur nunc, an possit contra eos procedi.

Hæc quæstio plures habet articulos nam primo videndū est, an possit hic procedi ex offitio, vel ad accusationē per Iudicem originis, vel domicilij pro delicto commisso extra dominium, & locum originis. Secundò an licuerit interficere propter pœnam quòd vbi non seruasset exilium impune offendi posset. Tertiò an licuerit affini hoc facere. Quartò an potuerit spoliari.

Circa primum, & si quæstio sit inter DD. an pro huiusmodi delicto possit procedi per inquisitionem, & sic ex offitio per Iudicem loci originis, vel Domicilij tamen communis est vt id fieri posfit, & ita vsus obseruat ne delicta remaneant impunita sed quod posfit procedi per accusationem, & ad Instantiam quærelantis nulla est difficultas vt inquit. Bofs. de foro comp. nu. 182. Clar. q. 39. vers. sed quæro qui testatur ita semper fuisse iudicatum in hoc Ducatu quia publicè interest bonos habere subditos, qui rectè viuant, & nisi ita fieret magna daretur occasio delinquendi propterea dicit quòd statim commisso delicto omnes tres Iudices scilicet delicti, originis, & domicilij possunt contra delinquentem procedere siue ad instantiam partis, siue ex offitio, neque vnus processus alium impedit idē firmat. Bart. in l. relegatorum. §. interdictum nu. 4. ff. de interdic. & releg. Decian. in suo tract. crim. tom. 1. tit. de loco originis, & domicilij cap. 16. & quamuis etiam Iudex delicti condemnasset reum adhuc tamen Iudex domicilij, vel originis posset punire quando primam condemnationē adhuc non soluisset. Dec. loco cit. nu. 7.

Circa secundum etsi Clar. in §. homicidium vers. plerum-

que

que etiam velit quod quando statutum mandat impune quem offendi posse homicidium contra hunc commissum impunitum sit quidquid contrarium disponat. Ius commune quia hoc fuerit introductum pro quiete communi,& idem voluerit. Bart. in 188. lib. 1. etiam si agatur de delicto pro quo pœna vitæ, vel corporalis imponi non possit de rigore iuris obseruat. licet æquitas incontrarium suadeat ad partes disputando concludat. Nell. de Bann. 2. par. 2. temp. quæst. prima. Alber. de Rosate super prima part. stat. lib 4 q 18. Gand. de Malefic. q. vlt. sui operis tamen contrarium expresse voluit, Menoch. de arb. q. 90. nu. 37. qui alios citat,& resp. auctoritati Nelli,& aliorum allegãs, non posse intelligi de alia offensa quàm in bonis quicquid sit qui affirmatiuam teneant loquuntur in bannito in quibus terminis nos non versamur nam agimus de eo qui condemnatus fuit vt relegaretur aliud enim est relegatio aliud bannum,relegatio enim non est sententia capitalis prout bannum. Alex. in l. 2. de pub. Iudit. Fel. in cap. ad corrigendum de accusat. Item hoc procedit in his,quæ extra ordinem fiunt in quibus licet augere pęnam non autem in his in quibus proceditur ordine iuris seruato, vt distinguit Nell. cit. loco, hic autem actum fuit per Senatum, & processum ordine iuris seruato idest secundum iuris terminos ergo illa offensio à Senatu declarata nõ extendit se ad mortem,eoq; magis quia Senatus iusserat Bossiũ fideiubere pro summa aureorum mille de seruanda relegatione, & quia Bossius se eã præstare non posse asseruit ideò Senatus adiecit, quod posset impune offendi vbi non seruaret exilium vnde clare patet,quòd hæc pęna adiecta fuit potius ad terrorem, quam vt ei locus esse deberet, sicuti idem dicimus de bannis præsidum quæ potius ad terrorem quam ad valorem facta sunt Mascar. de probat. concl. 162. num. 33. Secundò aduertendum est, quòd vbi etiam opinio affirmatiua locum habere posset procederet in eo qui relegatus iam fuit, & noluit exilium seu relegationem seruare sed in casu isto hic Bossius adhuc non accesserat ad locũ relegatum,& propterea pęna ei indicta locum habere non poterat dicit enim text. in l. relegati ff. d. pœnis quòd pęna indicta relegatis, non seruandi relegationẽ locum habet ita demum si non

non excesserit in exilium intra tempus intra quod debu. quia his qui relegantur dies excedendi à præsidibus datur l. relegator §. Constitutum .ff. de interdic. & releg. vel si alias exilio non obtemperauerit, sed huic dies non fuit statuta ad accedendum ad locum relegatum imo nec relaxatus vt posset accedere ad locum relegationis per regulam, quod non potest videri desisse habere qui nunquam habuit l. non potest. ff. de regul. iur. hinc sequitur quod nulla contumatia considerari potest, quæ faciat capitale id, quod nō est capitale propter quam rationem moti fuerunt ij, qui tenuerūt posse impune occidi, accedat quod hic Bosius fuit occisus non super Dominio Mediolani sed extra Dominiū, quo loci non poterat impune offendi quia effectus relegationis sicuti potestas relegantis non se extendit extra territorium relegantis, & propterea extrà Dominium est punibile Nell. qui supra 2.par.2.temp.q.56. vnde consequens est vt etiam in Dominio sit punibile quia relegatio operatur vt possit impune offendi si repertus fuisset in Dominio relegantis non si extrà Dominium quo loci sicuti relegatio fieri non potest l. relegatorum §. sicuti. ff. de interdic. & releg. ita nec effectus pœnæ relegationis se extendere debet cum igitur occidere eum qui impune potest offendi in loco in quo offendi non potest dicatur delinquere hinc non tolletur quin alibi etiam de hoc delicto cognosci possit l. decurionum, & ibi not. ff. de his qui not. infam. Nell. dicto loco quia si in loco actus facti ex eo actu quis tenetur ergo, & in loco originis quia sicuti in contractibus quantum ad ipsius actus solemnis validitatem, obligationemque inde insurgentem inspicitur locus in quo fit. l. si fundus. §. 1. ff. de euict. ita & in delictis. l. omnem .ff. de iudic. & ita sentit. Fari. q. 103. nu. 212.

Et tunc ad tertium infertur quod si delictum non est punibile multo magis puniendi veniunt sororij, & affines interfecti, qui eum occiderunt nam si ageretur de transfuga, vel hoste Patriæ, aut condemnato pro crimine lesæ Maiestatis, vel alio graui crimine vtique id eis licuisset in quibus terminis procedunt iura, quæ tribuunt facultatem similibus personis occidendi, sed in relegato pro re tam modici momenti impium, & inhumanum est, ac nullo iure proba-

tur

tur vt id fieri impunè potuerit à similibus personis vt probat Menoch. d.q.90. nu.46. & tanto magis quia iste nō erat descriptus in lib. bannitorū, nec publicatus prout requiritur adhoc, vt occidens excusetur, nec condemnatus pro delicto graui, quæ omnia in casu isto requiri vult Farin. q. 103. nu.226. & hinc dici debet eum proditoriè à prædictis interemptum fuisse, quod nullo iure fieri potuit quidquid alias contra diffidatum, vel hostem Patriæ licere alij voluerint quia iste nec verè, nec ficte hostis Patriæ dici potest Menoch. dicta q. 9. nume. 49. Farin. qui supra nume. 107. Mascard. conclus. 162. nu. 9. & tale delictum commissum apparet vt eum interemptum spoliarent pecunijs quas secum habebat, prout spoliauerunt cum de nulla alia causa appareat, quod nullo iure eis licuit vnde ad quartum fundamentum respondetur quia quicquid sit de bannito hoc in relegato locum habere non potest cum enim relegatis iudex bona adimere non possit dicta l. relegatorum §. ad tempus Salyc. in l. si posidonium num 4. C. ex quibus caus. infam. irreg. multo minus id fieri potuit à prædictis præcipuè extra Dominium vnde cum agatur de homicidio propter robariam committendam commisso dicuntur assassini, & vbique locorum puniri possunt. Laus Deo.

Porrus I. C.

Pro Angelo Salembeno detento.

ANgelus Salembenus fuit contumacialiter pœna furcarum damnatus ob receptationem argenteorum furto subtractorum nob. vxori quon. Egr. Aduocati Fiscalis Peregi, à qua condemnatione se postmodum exemit mediante consignatione cuiusdam banniti.

Nunc autem fuit detentus sub prætextu, quòd in Dominium venerit dum esset bannitus, quo tempore non fuit captus, sed post assequutam liberationem, & videtur Curia prætendere illum non solum esse in casu cridarum, & ob contrauentionem teneri pœna in eis contenta, sed etiā frui non posse, aut debere benefitio liberationis prædictæ vti subreptæ, quia Principi non narrauit in precibus, quòd

in

in Dominium antea venerat.

Proclama autem in materia bannitorum publicatum sub die 30. Maij 1609. cantat prout infra, videlicet.

Il bandito, che sarà preso in qual si voglia luogo di questo Stato doue si prenda, ancorche sia in campagna si dichiara incapace, & indegno d'esser gratiato, & caso, che fosse ammesso à noue difese contra la condannatione, incorrerà nondimeno nella pena di tre anni di galera per la contrauentione, & sprezzo, la qual pena sarà irremissibilmente esseguita.

Ex quo themate videtur requiri captura banniti ad incurrendam pœnam pro contrauentione, quod sequutum non est in persona prædicti Angeli.

Quod ad primum attinet. Cum cridæ conditionaliter loquantur, ibi, *Il bandito, che sarà preso si dichiara incapace, &c.* & sic debet purificari ipsa conditio detentionis durante tempore banni, quia qualitas iuncta verbo, debet regulari secundum tempus verbi. l. in delictis, §. si extraneus, ff. nox. act. & quòd hæc qualitas sit probanda, videlicet quòd fit detentus in banno existens, iux. doctrinam Bart. in l. 4. §. docere, ff. vi bon rapt. Plot. l. si quando nu. 355. C. vnde vi, Nec sufficit, quòd post restitutionem gratiosam obtentam probetur eum fuisse in Dominio Mediolani, cum hoc cridæ non doceant, & pœnalia sint restringenda, ex notis regulis, imò tantum haberi solet ratio tempore gratiæ concedendæ, prout considerat Menoch. casu 530. in fine, Post autem quàm quis est restitutus in patriam non solet quæri vtrum ille seruauerit bannum, Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus. Et pœna non præsumitur imposita, nisi in casibus in quibus specialiter à lege dispositum est, §. cum igitur. in auth. De non eligendo, secundum Iac. Menoch. cas. 298. nu. 64. in nouiss. de arbitr. iud.

Quare concludo, quòd nisi capiatur ante gratiam, seu restitutionem procedi contra eum non posse: Neque enim decet, quòd sententia gratiosa stet impedenti, & in suspenso, cùm concessa fuerit, quia libertas semel quæsita irretractabilis est: Nec facilè aliquid mutandum est de solemnibus; sic non dicitur quis inuentus in loco, nisi etiam capiatur, l. si Barsatorem, C. de fideiuss. vers. notabil.

Quod verò ad secundum respondetur, quòd non agitur

de

de gratia Principis, quæ proueniat ab eius clementia, sed de absolutione obtenta per viam contractus cum Principe initi, qui innominatus appellatur, Do, vt Des, scilicet per consignationem banniti in casu pari magno pretio redempti, quo casu si Principi fuisset dictum, quòd hic contrauenerat banno, nihilominus audisset eum, & admisisset ad beneficium sui edicti propositi ad extinguendos scelestos homines, & huic Reipublicæ perniciosos, & subreptio tantum vitiat quando Princeps difficilius esset concessurus, vt in propria gratia, Menoch. cons. 378. nu. 19. lib. 4, & 477. nu. 8. lib. 5, & 316. nu. 12. lib. 4. Et iuxta hoc declarantur ea de quibus apud Doct. c. super litteris de descr. per Ias. in l. prima nu. 12. C. si contra ius, Dec. cons. 541. num. 20. Non conueniunt etiam verba cridarum loquentium tantùm de gratijs concedendis, l. 4. §. Toties, ff. damn. infect. Cum autem hæc habeantur ex contractu oneroso, non dicitur gratia, sed contractus, qui Priucipem obligat ad eius obseruantiam, cum vim legis habeat, Ias. l. Ciuitas num. 5. ff. si cert. pet. Menoch. cons. pri. nu. 239. lib. 1. Gratia enim idem est, quòd indulgentia, l. vlt. C. generali abolitione, & sic hæc liberatio nihil commune habet cum gratia.

Accedit, quòd cum ille bannitus, qui fuit præsentatus per dictum Salembenum ad se eximendum à condemnatione prædicta, fuerit captus, aut occisus in præsenti dominio, dubio procul puniendus erat pro contrauentione banni, propterea dictus Salembenus in casu pari debet frui beneficio consignationis eiusdem banniti, nec dici potest liberatio prædicta subreptitia. Quare omnino relaxandus est, nec vlteriori molestia affici debet, sal. &c. Laus Deo.

F. Bern. Porrus I. C.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus inficit Senatorem, & quemcumque processum.*

2 *Contumacia nulla potest considerari vbi citatio nulla est quia ea non causate contumaciam.*

3 *Princeps non potest confirmare processum nullum ex defectu citationis.*

Pro Dominico Tornagho super nullitate condemnationis capitalis contra eum sequuta.

DOminicus Tornaghus de anno 1608. in contumaciam capitaliter damnatus fuit per D. Prætorem Mediolani, qui damnatus fortè ignorans habere condemnationem, vel sciens eius nullitatem, in hoc Dominio stetit, vnde etiã captus fuit; quare in carceribus existens opponit nullitatẽ dictæ condemnationis, & nullitas ex eo deducitur, quòd nõ fuit legitimè citatus, siquidem constat citationem peremptoriam, in cuius termino dicitur facta dicta condemnatio: & quæ dicitur intimata domi habitationis dicti Tornaghi, non fuisse à Iudice signatam, & sic cum sit nulla, omnia exinde sequuta sunt nulla.

Quod autem nulla sit talis citatio constat, quia si ius cõmune inspicimus, absque difficultate hæc conclusio procedit, quia nuntius non potest citare aliquem nisi de mandato, & commissione Iudicis, l. cum Clericis, vbi glo. in ver.

1 sententiarum. C. de Episc. & Cler. & l. sed si hac. §. Prætor ait in ius sine permissu meo ne quis vocet. ff. de in ius voc. & c. de illicita, circa medium 14. q. 3, & in c. ex parte, de rescrip. & alijs mille locis; de quo mandato, & commissione constare debet formiter ipsi citato, qui non tenetur credere nuntio, quòd tale mandatum habuerit, ei enim solùm creditur quod executus fuerit citationem, quia in hoc versatur eius officium, Io. And. ad spec. rit. de citat. §. 1. vers. Sed numquid credatur. Bal. in his solis. C. de reuoc. donat. & idem Bal. in sua pract. tit. de citatio. q. 10. hinc ideò Iudices signo suo munitas reddunt citationes, quibus citant reos ad comparendum, vt videant citandi dictum nuntium de suo mandato, & commissione citare, quod etiã affirmauit Clar. in §. fin. q. 31. vers. vnum autem scias, vbi attestatur ita de consuetudine seruari, & sic secundum iuris communis dispositionem, nullam hæc nostra conclusio recipit dubitationem.

De iure etiam municipali euitari non potest hæc euidens nullitas, nam in vol. stat. crim. Mediolani cap. 9. expresse disponitur, quod Iudex Maleficiorum, & eius Notarius te-

...neatur,

neatur, & debeant dare, & dari facere inscriptis seruitori formam requisitionis comprahensam in statuto 8. (vbi agitur de citationibus) signatam suo proprio sigillo, & signo, & in fine dicti statuti disponitur, quòd seruitor teneatur totum exemplum ipsius requisitionis dimittere vbicunque fecerit ipsam citationem, seu requisitionem &c. ex quo fit quòd cum habeamus præcisam iuris nostri municipalis dispositionem, huiusmodi citationes deberi subsignari à Iudice, & Notario, non est quod vlterius queramus, cum forma prædicta sit seruanda, alioquin, nec citatus comparere tenetur, nec si exinde condemnetur valet condemnatio, & sic res indubitata redditur.

De stylo quoq; ac consuetudine huiusmodi citationes peremptoriæ solent semper subsignari à Iudice, de quo stylo, & consuetudine constat notoriè, & allegatur tanquam notorium, & ipsimet Iudices hoc affirmare poterunt an id semper obseruatum fuerit, vt citationes peremptoriæ subsignentur ab ipsis Iudicibus, quinimo tenentur à se ipsis informationes de huiusmodi consuetudine, & stylo assumere à practicis, & eorum actuarijs, iuxta doctrinam Doctorũ rub. C. vt quæ desunt aduoc. part. suppl. iud. & in rub. ff. de iuris, & facti ignor.

Constat igitur quod siue ius commune, siue municipale, siue consuetudinem, aut stylum attendimus semper Iudicis subsignatio erit de forma, ad validandam citationem peremptoriam.

Constito etiam, quòd in hoc casu agatur de citatione intimata dicto Tornago, quæ subsignata non sit a Iudice, cõsequenter etiam constabit de eius inualiditate, quod etiam constet de huiusmodi citatione non est dubitandum, quia exhibet dictus Tornagus copiam dictæ citationis totam scriptam de manu notarij, ab eodemque subsignatam, nec apparet signata ab ipso Iudice, vnde dicitur apertè constare, & licet fortè appareat in actis fuisse registratam aliam copiam citationis subsignatam à Iudice, super qua fuit facta relatio à nuntio, tamen non est standum dictæ copiæ, quia subsignatio requiritur in ea copia, quæ dimittitur citato, ad formam prædicti statuti, & ratio est in promptu, quia hoc signum Iudicis requiritur, vt sciat citandus, quòd

citatio fit de mandato, & commissione Iudicis, quod ab eo sciri non potest nisi id appareat ex citatione ipsa, quæ dimittitur citato, nec releuat dicere potuisse contingere, quòd fuerit dimissa copia subsignata, & quòd nunc ostendatur alia copia non subsignata, & ideò deberet probare dictus Tornagus, quòd hæc eadem copia quam exhibet, sit ea, quæ verè a nuntio sibi relicta fuit &c. Quia respondetur animaduertendum esse, quòd hæc copia, quæ exhibetur, non est ex illis citationibus ordinarijs, quæ impressæ transmittuntur, si enim ex illis esset, de facili potuisset vna copia supponi pro altera, sed agitur de citatione scripta tota de manu notarij, & ab eodem notario subsignata, quo casu suppositio non potuisset fieri sine collusione cum notario, quæ non præsumitur, nec etiam est verisimile, quod notarius voluerit tantum periculum subire, & in omnem casum, accusator debuisset hoc probare, quia collusio non præsumitur, nec fraus, nec machinatio nisi probetur Masc. conc 322.n. 2. de probat. Cum ergo exhibeatur dicta citatio tota de manu notarij, ab eodem notario subsignata, credendum est, quòd eadem fuerit, quæ dimissa fuit à nuntio ipsi Tornago.

Quæ citatio cum nulla sit, & inualida, operatur hunc effectum, quod inualidat quoque omnia exindè sequuta, quia nullitas citationis influit in omnes alios actus subsequutos Serafin. de priuil. iur. priuil. 64. nu. 10, & 11, & in puncto nullitatis citationis, quòd processus reddatur & ipse nullus, tradit latissimè Gram. cons. 1. nu. 22 post decisiones.

Ex quibus omnibus apertissimè constat condemnationẽ factam nullam esse, & nullius valoris, & propterea eam non obstare, nec diminuere iura dicti Tornaghi, qui vt mihi supponitur, de impicto sibi crimine innocens est, vt suis loco, & tempore probabit &c.

Hieronymus à Basilica petri I. C.

Pro eodem Tornago.

CItatione nulla existente, veluti nulla accedente Iudicis subsignatione, condemnationem contumacialem esse nullam

nullam est communis Doctorum opinio, Aegid. Boss. de banni nullit. nu. 1, & tit. de citat. nu. 13. Rol. à Valle cons. 39. nu. 14. lib. 1. Prosper Farinac. cons. 14. nu. 3. vers. & citationibus. Foller. in pract. crimin. in verbo, & si confitebantur. num. 19. vers. Quia vitiata. ibi, quòd non tenet processus in contumaciam factus, & actus iudiciales nulli, nullum producunt effectum. Mihi hactenus inauditum videtur sententias fieri super citatione à Iudice non subscripta, ideò nulla poterit considerari contumacia quæ locum facere posset condemnationi. Hinc si quis sit citatus contra stilum Curiæ, etiam si non comparuerit, non tamen est contumax. Rebuff. in tract. de consuet. art 2. glos. 13. num. 42. 43. Idem in tit. de contum. art. 8. glos. 1. num. 13. vers. Quinto.

Ex quibus post terga alterius Consultoris, qui mihi præripuit facultatem scribendi, persisto in eadem sententia, & præsertim quia cum omnes aliæ citationes huic cōdemnato transmissę comperiantur subscriptæ à Iudice, excepto peremptorio, potuit credere citatus d. citationē non fuisse factam de mandato ipsius Iudicis, omni in casu non tenebatur comparere, quia citatio nulla non arctat citatum ad comparendum, latè Tiber. Decian. cons. 18. num. 80. vers. Nam illegitimè lib. 1. Nec Princeps potest confirmare processum nullum ex defectu citationis legitimæ ibi, nu. 63, Et ita &c.

Laus Deo.

Franc. Bernard. Porrus I. C.

SVMMARIVM.

1 *Punibili non est nisi quod lex vult puniri.*
2 *Concussio quando committatur nu. 4. & 6.*
3 *Verbum subiectiui requirit perfectionem.*
5 *Conatu an sit punibilis.*
7 *Constitutio de pœnis. §. Nullus corporaliter.*
8 *Constitutio de accus. §. Rei carceribus.*
9 *Simulationes quando sint prohibitæ.*

Pro Ioanne Crasso Datiario Douanæ, iuris allegationes.

REatus dati Ioanni Crasso Datiario in loco Vailati sustineri nequaquam de iure possunt, & ideo sunt abolēdi. Nam licet prima facie indignum videatur fingere se habere præcepta iudicialia a Iudice subsignata ad vexandos homines, & eos terrendos, vt timore pęnæ perculsi inducerentur ad redimendum se sub iniustis pretijs: non tamen
1 inuenio hoc delictū esse tale pro quo criminaliter sit procedendum; non enim omne illicitum est punibile. Natta cons. 397. nu. 10. nisi sequuto effectu. Et licet viderim attributum esse nomen concussionis, tamen fallitur D. Iudex,
2 quia Crassus non simulauit Præsidis iussum, vt aliquid indebitū extorqueret, iuxta terminos l. 1. ff. concussio sed minatus est se iure suo vsurum, & habere præcepta intimanda subsignata à suo Iudice Douanæ, vt facilius quod suum est consequi posset. Neque apparet adhuc aliquod abstulisse quod officio Iudicis teneatur restituere, prout dicit text. in l. 2. ibi, Sed si ideò pecuniam quis acceperit, quòd crimen minatus sit. verbum enim subiunctiui temporis, ac-
3 ceperit, denotat perfectionem actus, Ias. l. 1. §. Hæc verba. nu. 1. ff. quod quisque iur.
Ita etiam probat text. in l. quod euitandi. ibi. Post resti-
4 tutionem pecunię. C. cond. ob turpem causam, & sic præsup ponit pecuniam actualiter extortam. Nec Paris. de Put. in tract. sind. in verb. sindicatum, vbi difuse tractat materiam concussionis. lib. 7. tractat. impugnat hanc sententiam.
5 Ad hæc conatus non est punibilis nisi expressim caueatur, Felin. in tractatu de conatu late, qui est positus post tit. de sent. excom. Menoch. de arbit. Iud. conf. 360. vbi excipit casus aliquos inter quos non est præsens casus, ideo remanet sub regula l. 1. ff. reg. iur. vbi Dec. l. nam quòd liquidè. §. si ff. pœn leg. Non enim Crassus intercepit pecunias vltra debitum, aut iniustas gabellas exegisse arguitur. Et licet dicatur induxisse metum, & intimorasse sub prætextu
6 consequendi pœnam, attamen cum hoc non penderet ab eius potestate, sed Iudicis, non trahitur ad pęnam: nam licet quis minetur carceres, & capturam, cum hoc non sit in

sua potestate sed alterius,& huic timori facilè occurri possit,adeundò Iudicem,nulla pœna tenetur, ideo cessat metus impressio,Menoch.de præsumpt.lib.3.præs.4 nu. 18.

Nec etiam procedi potuit criminaliter,quia stant.Nou. Const.Mediolani sub tit.de pęnis.§.nullus corporaliter, sic 7
nec poterat carcerari,stante eadem Const.titu.de accus. §. 8
rei carceribus cuius meminit Alba cons. 722. vbi quod rei carceribus mancipari non possunt pro aliqua imputatione,nisi ex ea ingeratur pęna corporis afflictiua.

Quin etiã apparet de bona fide Crassi ex eodé processu offensiuò nã cu stimularetur a M.Antonio Malgario,& ei mediatoribus, à Dominico Aiulpho,& P. Maria Rota, & alijs,qui de contrauentione arguebantur,vt acciperet pecunias sub nomine penæ compositas,recusauit,non obstã te,quòd eis præcepta fuerint intimata,nisi prius negotium cum Iudice communicaret, & ab eo ordinem acciperet,licet improuisa captura præuentus, non potuerit hoc perficere.Quo casu iam vtsupra dixi, delictum non fuit consumatum.

Sub hàc incude cadit imputatio data, quòd Crassus habuerit quædam folia moronorum ad pascendos bombices a Bonsignorio pro pretio ducatonorum decem nomine pęnæ conmissæ ob non notificatos quosdam sues, seu etiam notificatos, sed non solutam gabellam (quæ paria sunt, prout constat ex ordinibus.) Nam respondetur,quod receptio erat secuta sub nomine, & conditione consulendi Iudicem,omni in casu nullum damnum, sed vtilitatem sensit Bonsignorius,receptis ducatonis quatuor à Crasso, & sub lege displicétiæ,eo quod res esset incæpta si termino quindecim dierum vendere potuisset offerenti meliorem conditionem,restitutis ducatonis quas dictus Bonsignorius à dicto Crasso acceperet ad computum dationis in solutum dictarum foliarum,quarum tenue pretium inueniebat vix sequens pretium dictorum quatuor ducatonorum, cum eo anno dicta folia vilissimo pretio venirent,ita quod ne minimum quidem damnum Bonsignorius passus fuerit. Res igitur satis inuerisimilis videtur, quòd Crassus eum intimorauerit sub clipeo præceptorum de eo in carcere habēdo,quicquid sit,negari non potest,quin agatur de re licita,

scilicet de compositione ob delictum commissum, vt omi**tt**am, quòd testes examinati vti singulares, & prætendentes se offensos à dicto Crasso in dicto eius officio, non probāt, vulg. iurib.

Cæterum, res mihi absurdissima videtur, quod is qui sub Iudice præcepta transmisit, aut transmittere de iure poterat, eis qui inciderant in commissum reus dicatur impostura, cum, vt dixi, possent illi quibus transmittebantur, adire Iudicem, & eius opem implorare aduersus Crassi oppressionem, & eam detegere, & pœnam reposcere, præsertim cum essent dicta præcepta subsignata manu Iudicis Donanę, & eius Notarij Villæ, quæ tempore capturæ in eius caligis fuere reperta, quæ illius bonam fidem ostendunt.

Quo ad alia grauamina data eidem, ipsemet Crassus optime respondet fol. 19. in tertio vol. proc. nec digna sunt quæ scriptis meis infarciantur.

9 Non mediocriter igitur conqueri debet hic Crassus se iniusto iudicio fuisse oppressum, ex eo, quod fingeret capturas contra eos, qui fraudauerunt suum datium, Nam cum hæc tenderent ad faciliorem pœnarum executionem, hæ simulationes non sunt à lege reprobatæ contra dolosos transgressores. Quare præclarè dicit Barbatia cons. 30. illud in modum num. 21. lib. 4. & Bertrand. cons. 173. nu. 3. vol. 8, quod simulatio quæ fit ex honesta causa, & ad finem suum consequendi, non est a lege prohibita, Ruyn. consil. 213. in quæstione. num. 10. lib. 1. Cum ergo nihil extorserit, meritò cessat omne iudicium criminale, & actor condemnandus est in omnibus expensis etiam duplicatis, cum non careant calumnia, qui sciebant se ob fraudatum vectigal incidisse in pœnam totius, iuxta l. si quis fine. l. vectigali. & ibi Salic. additio ad Bertazol. conf. 11. littera D. conductore. Et hanc mercedem beneficij accepti referant.

Laus Deo. Porrus I. C.

Pro aliàs Capitaneo Deuetus Marthesanæ Don Petro Castellzon y Leyua.

IOseph Spreafigus Consul Vergani Plebis Vgloni preces dedit Illust. Magistratui extraordinario cōtra Don Petrum

trum de Leua Capitaneum Denetus Marthesanæ in quibus significauit quòd die Sabbati 16. Augusti 1615. noctis tempore ad eius lectum venere sex homines armati sclopis igni tis cum funibus accensis, qui coegerunt eum de lecto surgere (est enim annor. 70.) & dixerunt ei, *ch'era il Capitano di I imercato con suoi Soldati, ch'haueua bisogno della persona sua per interesse del suo officio*, & cum domum exijsset, eum ligarunt abducentes procul à Vergano per milliare minantes ei carcerem, & licet domestici sui obtulissent fideiussorem de eo consignando non tamen fuere auditi, sed ille conductus longè per iter quo ducebatur ad Vimercatum, & cum adhibitus fuisset Parochus in mediatorem, cum eò res composita fuit in scutis decem, verùm cum tali compositioni dicti domestici acquiescere nollent, attenta innocentia, & decrepitate dicti Ioseph, Tandem compositio sequuta est in scutis duodecim, ea lege vt omnia essent sub silentio, qui fuerunt soluti per Martinum Spreafigum ad presentiam Io. Baptistæ Ioannini ludi magistri, & Io. Petri Tinctoris, statimque cathenis fuit dissolutus absque fideiussione.

Delictum hoc est concussionis quando per vim pecunia extorquetur, & sordidæ concussiones appellantur de hac Gram. cons. 51, & plura apud Decian. in 2. Tract. crimin. lib. 8. Tit. Qui committ. crim. Repet. nume. 24, & de hac Hier. Gabr. cons. 171. lib. 2. Pro vera, & de eius pœna num. 7. vbi dicit esse extraordinariam. Verum Mediolani habemus Constit. sub. tit. de Vic. Gener. §. Iusdicentes.

Videamus quibus indicijs suffulta sit hæc accusatio; Nã pro officiali præsumitur, & contra eum requiruntur exactę probationes, & primo ipsi accusatori credendum non est l. Nullus ff. test. iun. l. omnibus. C. eo, & pro supremo Cancellario Taberna consuluit Crau. cons. 725. in Iudicio lib. 4, & testes omni exceptione maiores requirit Berta2. cons. crim. 71. Plot l. si quando num. 634. C. Vnde vi. concord. adducit Rhaud. cons. 49. nu 24. Pro Præside Londonio.

Martinus Spreafigus dicit se fuisse mediatorem pro dicto Consule apud dictum Capitaneum pro relaxatione faciẽda mediante solutione ducatorum duodecim per dictum testem facta. Huic primo non creditur cum affinis Petri filij dicti Consulis prout ipsemet super generalibus interrogatus

gatus fatetur ideo affinitas eum repellit, cum agatur de iniuria facta affini suo, probatur .c. Absens el 2. 3. quæst. 9, & cap. 1. eadem causa, vbi sic dicitur consanguinei accusatoris aduersus extraneos, testimonium non dicunt, & cócordantes infinitos adducit Farinac. q. 54. num. 5. Amplia. 2. cum seqq. & tanto magis suspectus quando productus à parte, & se obtulit in testem, & se ingessit in hoc testimonium, quo casu non creditur Ruyn. conf. 146. num. 1. vol. 3. Mascard. de probat. concl. 132. nu. 44. lib. 3. Imo non credi mediatori, nisi vtraque parte consentiente de communi trad. Socin. iun. conf. 12. num. 17. lib. 2.

Secundus Testis Petrus de Tinctoribus qui deponit, quòd dictus Martinus ei volebat dare ducatonos decem, verùm Capitanus volebat duodecim quos necesse fuit dare, & audijt, licèt à longè esset, eos numerare; audijtque Martinum dicentem, *ch'erano dodici ducatoni*. Contra hunc plura concurrunt quæ excludunt illius fidem; & primò quia non est testis de visu, sed de auditu à Martino, quem dixisse asserit *che erano* dodecim ducatoni, & sicuti dicto Martino non creditur vtsupra dixi, ita nec huic de auditu ab eo, ne plus credatur copiæ quam originali iux. not. in auth. si quis in aliquo C. edendo. Minus iste deponit, quia deponit rem inuerisimilem, quòd Capitaneus fuerit tam prodigus honoris sui, vt voluerit palam mercari prætium illicitum dictæ relaxationis de qua posset conuinci, & ad pœnam ex delicto vocari, Ideo eiusmodi testibus non est credendum, c. Quia verisimile de præsumpt. Imo probatio per non verisimile sufficit ad probandum falsitatem instrumenti latè Tiraq. ad repetit. l. si vnquam in Præfat nu. 48. vers. quod quidem. C. reuoc. donat. & plura num. 44.

Nec coniunguntur Testes hi singulares ad faciendũ probationem in hoc delicto concussionis Clar. quæst. 53. vers. Dixi etiam, vbi de communi Bertaz. conf. 452. num. 16, & plura requirit Farinac. q. 37. nu. 38. in 2. Tractatu, quæ hic non concurrunt.

Ambrosius de Tinctoribus deponit de auditu à Reuer. Curato, *che gl'haueua volsuto dar ducatoni dieci per farlo relassare, ma ne voleua dodeci*, nam testis de auditu alieno non facit fidem Capitaneo licèt ex quadam de Testibus Bertazol.

zol. cons. 284. nu. 1. crimin. Nec etiam ei creditur, dum dicit se ad vocem cognouisse Martinum Spriaficum tractantem cum Capitaneo, & eo dicente, *che ne volea dodeci*, & quod audiuit Martinum numerantem pecunias grossas, & dicentem *sono dodeci ducatoni*; Nam cum ille deponat hæc sequuta fuisse de media nocte, & dicat se cognouisse voces, fragilis est hæc depositio, cum non dicat, quòd luna luceret Clar. quæst. 21. vers. sed quid si testis vbi firmat hunc testem in nihilo probare, & hanc esse opinionem communiter receptam.

Io. Petrus de Tinctoribus ausus concordare, cum proximo teste, saluo quòd in multis discordat; Et primo quòd Capitaneus *facena strepitò con vn piede, dando giù sopra la terra* Dicens, *voglio che si metta sotto li piedi*, & tamen nemo præter hunc hæc dicit. Secundò, *Che il Capitano tirò da vna parte detto Martino*. Tertiò, *Che haueuano vna candella accesa nelle mani*.

Io. Baptista de Ioanninis in narranda serie facti totus discordat in substantia à cæteris testibus, & præsertim quia dicit Capitaneum dixisse versus Martinum, *Non voglio che siano meno de dieci*, cum reliqui dicant de duodecim. Discordat etiam quia dicit fuisse accensam candelam. Rursus quòd soluti fuere per Martinum ducatoni nouem, ex quibus varietatibus corruit dictum ad textum in l. Qui varia ff. test. & verè eiusmodi discordiæ respiciunt substantiam negotij, non autem circumstantias.

Gaspar filius accusatoris concordat cum eius patre, sed ex eius dicto resultat hoc ad defensionem dicti Capitanei, dum dicit, *Il Capitano faceua star lontano le genti, acciò non vedessero, ne sentissero, & per questo non andò oue erano*; Ergo sequitur quòd cæteri falsi sunt, qui dixerunt se vidisse, & audiuisse prout supra dictum est.

Petrus filius accusatoris narrat aliter factum, quòd scilicet concordatum fuerat per Martinum Mangilium, & Parochianum in scutis decem, sed quod postea fuit coactus dare vsque duodecim ducatonos, quos mutuò, accepit non tamen exprimit à quo habuerit mutuo.

Pompeus de Tinctoribus deponit, quòd rogatus à Martino, & Petro filio Ioseph mutuauit eis aureos octo ad effectum

ctum dandi dicto Capitaneo pro relaxatione Iosephi, & de auditu à dicto Petro, quòd dederit dicto Capitaneo ducatonos decem, & sic discordat in numero pecuniarum traditarum.

Io. Baptista Mangilius actuarius, qui erat cum Capitaneo grauat Consulem de impostura commissa in iudicando domum capiendorum de mandato dicti Capitanei, & de ea pendent processus coram Vicario Marthesanæ.

Cumque ex ordine dicti Magistratus sit constitutus reus dictus Capitaneus, satis apparet ex præmissis nullo modo delictum probari, & inesse magnam calumniam. His addendum est, quòd Testes examinati contra dictum Capitaneum sunt viles, affines, & constat de bona voce, & fama eiusdem probata per testes in dignitate constitutos, quibus magis est credendum.

Accedat postremo quòd de veritate capturæ concessæ contra Spreaficum apparet ex actis publicis, nempe ex litteris scriptis ab Ill. Magistratu, & ex alijs.

Ex hic &c. Laus Deo.

Portus I. C. subscripsit.

SVMMARIVM.

1 *Acceptans unum præceptum censetur & aliud acceptasse, quod ei inhæret.*
2 *Ignorantia non præsumitur in eo qui tulit commodum actus gesti.*
3 *Scientia partis an arguat scientiam totius.*
4 *Datum sub conditione an sub contractu censeatur ademptum.*

Casus singularis in una exilij temporalis verum dicatur contraventum non data illius scientia.

IO. Angelus Lucinus ciuis Mediolanensis in anno 1603. fuit condemnatus ad triremes septennales ob nonnulla delicta ab eo commissa, & quia fuit, repertus inhabilis cómutata est eius pœna in exilium ad septennium ab hoc statu Mediolanense sub pœna vitæ si pedem inferret. Conque-

stus

ftus est accusator de dicta ordinatione,& adhibuit diligentiam,vt non obstante inhabilitate ad remum destinaretur,vtque vinctus pro toto eo tempore retineretur,offerrés ei expensis suis de alio qui pro eo remigaret,& pariter erogare alimenta,prout in alijs casibus fuerat obseruatum; Et ita fuit exequutioni missum.Cumque interea decessisset accusator relictis quinque filijs cum tenui bonorum facultate, preces illi dederunt Illustrissimo, & Eccellentissimo fel.recordationis Comiti Fontano, vt exonerarentur ab hac expensa,vtque dictus Lucinus pro reliquo tempore d. annorum septem exilium seruaret. Quod habito consilio saniorum de Consilio secreti ore,& cum voto ante habito à Senatu concessum est,ea adiecta conditione quòd seruaret dictum remanens exilium sub pęna vitę vbi pedem in statum inferret:Scriptæque sunt litteræ Domino ipsius triremis vt de successu Excellentiam Suam admoneret.Repertus fuit,& captus dictus Lucinus e triremibus solutus super statu pendeute illo septennio,qui nunc audet dicere se fuisse e triremibus dissolutum, sed non apparere de aliquo præcepto ei facto ex ordine dicti Illustrissimi,& Excellentiss. Comitis à Fonte.

Replicat accusator quòd in actu dictæ relaxationis præsumitur fuisse factum præceptum,cum non aliter fuisset dimissus,nec sit credendum quòd dictus Præfectus triremis omisisset præcipere id ad quod tenebatur, & sicuti paruit dicto præcepto in relaxando ita etiam credendum quòd paruerit in iniungendo ei sub pœna à Principe comminata in casum non seruati exilij,& qui probat vnum,censetur etiam probasse illud sine quo ille actus gestus, aut sequutus non fuisset , & præsertim cum soleant eiusmodi præcepta ad vnguem exequi; Et qui vnum acceptat,censetur & aliud acceptasse quod ei inheret,& cum eo vnitum est, & quod dicitur factum ob causam ob quam fieri opportebat. Crauet.consil.135.nu.11.12.in princ. Nec præsumitur abfuisse ignorantia in Lucino , qui sensit commodum dicti iussus Principis argumento l.non est ferendus. ff. transact. idem Crau.consf.74.nu.2.est materia,l.qui Romæ,§.duo fratres, ff.de verb. oblig.nam qui scit partem dicitur scire totum ; nam honor,& onus erant correspectiua, & vnum ab alio sepa-

separationem non admittit, cùm scindi non posset, ad not. in l. Aur. §. qua fijt, ff. lib. leg cùm enim eius nomine productæ fuerint litteræ dicti Comitis Fontani, in quibus eo petente id imponebatur Præfecto nauis, & ille ordinationē exequutus fuerit, & mandatum præsumatur in eo quod ad vtilitarem suam tendit, not. in l. qui patitur, ff. mandati, vtique ab omni iure abhorret, quòd nunc dicat sibi nullam datam fuisse notitiam, cùm præsertim appareat eum, postquam reuersus est ad hanc vrbem, latuisse, & nisi. de nocte prodijsse, & in Eeclesijs se cōtinuisse, quæ clandestinitas arguit dolum.

Secundò principaliter scientia fortificatur, nam cum aliter relaxari non posset à remo sub defectu conditionis, scilicet accusatore non erogante expensas, vtique cessante ea erogatione, sub qua in Triremio vinctus retinebatur, non cessat altera conditio apposita à Senatu in casu inabilitatis, sc. exulandi à Dominio, sub pæna, de qua supra. Nam si datum sub conditione censetur sub contraria conditione ademptum, l. aliquando, ff. admin. leg. ità liberatio è remo censetur sub repetita conditione de eo seruando sub dicta pæna, cùm exilium redeat ad primam causam, & ad primas qualitates, ne videatur ille consequutus libertatem in casu impossibilitatis seruandi remi. Et ità. enseo, saluo &c. Fuit ei tandem caput amputatum.

LAVS DEO.

F. Bernardin. Porrus I. C.

ARGVMENTA.

Denuntiatori quando credatur & quis dicatur nu. 1.
Falsitas probatur per necesse, & non per possibile nu. 2.
Vltimi actus attenduntur num. 3.
Commodum ad aliquem resultans quod indicium pariat num. 4. & num. 9.
Modestia Authoris in abstinendo ab his quæ scandala generare possunt num. 5.
Commendatio Flauij Tersi I. C. num. 6.
Scientiæ variæ præsumptiones num. 7.

Cur

Cur seu conf. 55. declaratur num. 8.
Incertitudo quando excusat delinquentem num. 10.
Grammat. voto tertio num. 36. Declaratur num. 11.
Menoch. conf. 67. num. 35. declaratur num. 12.
Pendente Accusatione suspenditur Officialis administratio n. 13.

Responsum ad Consilium Clarissimi I. C. Flauij Torti redditum pro Reuerendis Monachis, Francisci Bernardini Porri I. C. & Aduocati Mediolanensis.

EXcitata fauore Reu. Patris Modesti, & si vrgere prima facie videantur ea tamen responsiones per breues admittunt.

Omitto quanta fides sit adhibenda Reuer. Patri Eusebio qui magis denuntiatoris, quàm accusatoris officio fungitur, & personæ, & causæ qualitas facit, vt ei fides adhibeatur, cum eius dictum iuuetur multis argumentis veritatis, ita ut facilè omitti possit. vtrum Reu Modestus optaret confirmari, vel non in Abbatia S. Spiritus, quia hæc generalia non tollunt specialia indicia, reg. generi de reg. iur. l. doli clausula ff. verb. oblig.

Fides ergo huius Reu. in dubium reuocari non potest, qui non odio particulari mouetur, sed solo religionis impulsu, iuxta notata in cap. in omni negotio, de testib. vbi Ant. Butr. & Abbas nu 4. & cuius depositio ab alijs coadiuuatur, vt considerat Abb. d. loco in 5. lect. ad illum text. Nam si diligenter uersetur ante oculos sua expositio, ipsa veritas ex illis educta videtur, neq; aliquid ab eo dicitur, qnin alijs testib. comprobetur.

Etlicet verissimum sit, falsitatem quo ad pœnam imponendam non probari debere per possibile, sed per necesse, iux. authoritates cumulatas a præstantiss. consultore, quibus subscribit Farinac. quæst. 152. sub. idem conf. 12. nu, 13. Attamen satis fuit responsum in voto per me reddito contra eundem Reu. Modestum, slz, vel sufficere quòd litteras quis falsas produxerit, & eis fuerit usus, & post scientiam non se abdicauerit à dictæ Abbatiæ petita licentia à suis Superioribus authoritates non repeto.

Non obstat dum dicitur apparere ex testibus, quod nul-

lo

lo modo Pater Modestus affectabat dictam Abbatiam, Nam respondetur, quod facta sunt potiora verbis, cum illas litteras scienter produxerit, & petierit amoueri dictum Reu. Patrem Eusebium.

Ideò dici potest cum Poeta.

Vltima me perdunt, poteram ni extrema fuissent,
Iudicio tutus non semel esse tuo.

Sic ille poterat attenta vitæ suæ sanctitate omnes in hanc sententiam trahere, sed posteriora nocent.

Ceterum laudandus in hoc Consultor, quod postquam aduertit nullam spem positam esse in his, quæ vel verisimilitudinem attingunt, vel testes examinatos tandem aggreditur punctum substantialem commodi reportati ex falsa obreptione Abbatiæ, & cum aduertat hoc commodum totum facescere negotium conuertit se ad modicitatem, & tenuitatem vtilitatis perceptæ ex falsitate, ex Farin. cons. 44. nu. 16. & in tract. de falsit. q. 153. nu 20 Natta consil 314. nu. 10. Menoch, de præs. lib. 5. præs. 20. num. 49. His enim, & similibus respondemus nō esse locum præsumptionibus cum de veritate constet, vulg. l. ille, aut ille, §. cum in verbis, de leg. 3. l. Ancillæ, C. de furt. c. tuæ de, ex. cohab. cler. Nil igitur mouere potest M. R. Iudices, quod multum præsumatur ad innocentiam confirmandam qualitas viri, nam ea supposita xitus hic totum eum non inuitum traxit ad delictum, & ob cupiditatem honoris in profundum malorum deduxit, tum etiam non leue commodum ad eum ex hac mutatione transijt, vt autem quid dicatur graue, aut leue arbitrio Iudicum relinquitur.

Eodem collyrio, & antidoto sanantur ea, quæ dicuntur pro Reu. Patre Placito, contra quem stant particularia indicia, vt dixi in voto reddito contra eundem esto, quod omnes optimæ qualitates in eo locum habeant satis est delictum in iudiuiduo, & non per aereas, & ventosas imaginationes, & fantasmata contra omnes dilucido probari.

Non tamen ego probo, quæ Aduocatus benè doctus effundit, slz. Reu. D. Eusebium ad defensam Reu. Patris Placidi, quod poterat ille iustè accusando Reu. P. Eusebium remouere eum facere, nam hęc vix æquis auribus sustineo, qui singulorum dignitatem quantum salua iustitia fieri potest

test tueor; & quantum eorum fert existimatio, Pro eis pœnæ lenitatem postulant, prout precatus sum in voto reddito contra R. P. Modestum ad illius calcem.

Cæterum, quod aliqua capitula criminosa, & diffamatoria reijci consuluerim, Id à me prudenter factum est, cum viderim offendi nimis Religionis cultum, & præcipue quẽ debemus honorare, & licet illi se excusent non animo iniuriandi, sed ad necessariam defensam petita esse, & iustis de causis ableganda putaui, ne aliquo inter eos tempore fuisse dicantur.

Ignoscendum autem est d. Ill. Flauio siquidem libentius scribat contra eos qui famæ suæ detrahunt, & participem huius imposturæ faciunt, Potius enim volo, quod aliquid de iustitia causæ decedat, quam quod vulnera honoris sentiat, causa enim constat per se, & vires habet, quam vt his medijs de gradu suo deijciatur. 6

Quæ verò dicuntur ad fauorem R. P. Bartholomei, & Seraphini in versic. Prædictum pariter, qui ambo arguuntur de scientia, & participatione, aliud eiusdem D. Torti studium requirunt, cum ille non viderit hactenus quæ contra eos scripsi, vt tamen eius obiectionibus satisfaciam prout infra respondeo.

Prætendit D. Tortus in neutro eorum cadere aliquã præsumptam scientiam dictæ falsitatis, cum in processu non appareat (& id est totum de quo agitur) de falsitate dicimus satis apparere ex confessione eiusdem R. P. Modesti, eum rogo, vt pro veritate hoc non neget, quod per tot testes comprobatur, quod existimo nunquam venturum in controuersiam apud Iudices. De indicijs ergo tantum eorum quærendum est, & super eis consistendum.

Non enim vim facio super sola amicitia quæ est inter dictum R. P. Modestum, & Seraphinum, ac Bartholomeum, cum illa per se nullum habeat robur, & sit indicium remotum, sed iunctis alijs, sl z, præsertim causa ob quam illi cooperati sunt in hac impostura, fama publica, accedente diligentia, qua vsi sunt, vt adoptatum finem proueheretur hęc officiorum mutatio, quæ omnia scientiã futurorũ indicãt 7

Quod autem R. P. Seraphinus præuenerit in veniendo ad Monasterium S. Spiritus, quasi præscius esset futuræ mu-

 tationis,

tationis, & tamen in eo remansurum, vti in certo domicilio, hoc tollitur per dictum Phisici, quod id fecit ægritudinis causa, vt ab eo curaretur, in quo habet testes concordantes. Retorquetur, quòd potuit moueri ex desiderio conualescendi in loco ob salubritatem aeris, quod plurimum confert ad sanitatem tam conseruandam, quàm recuperandam.

Ad considerationem commodi ex delicto relati, respondet clarissimus Tortus, eam tolli, quando agitur de homine bonæ famæ, ex Curt. sen. cons. 55. in fine, & in cons. diuers. crimin. 123. num. 8. vol. 1.

Respondeo quod Curt. allegans pro se Cyn. in l. fin. C. falſ. & l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. eden. intelligendus
8 est, vt locum habeat ad conuincendum de falso, seu ad torturam, quando agitur de homine bonæ famæ, nam si etiam reperiatur aliqua res furtiua penes aliquem, non præsumitur conscius furti si sit vir spectatæ probitatis; sed in casu nostro iungitur, & fortificatur hæc coniectura cum alijs, vt dixi in vers. Vlterius Cyn. non dicit id ad quod allegatur a Curtio, ibi, Quæstio est de instrumento falso redarguẽdo, & concludit maxime illud conuinci, si Notarius sit suspectus, Nec ibi Cyn. mentionem aliquam facit vtrum ille sẽtiat commodum delicti, nam loqueretur contra communes regulas, de quibus in voto meo, vt semper quæratur cuius commodo cedat, ex Bart. in l. fin. in 5. quæst. ff. quæstion. Innoc. in c. cum ad sedem, ext. de statu monacho. Fran. Aret. cons. 163. semper ergo præsumitur delictum
9 commissum ab eo cuius lucro cedit, nulla habita ratione, seu distinctione vtrum benè, vel malè audiat, verum est, quòd fortius operantur contra hominem malæ famæ, quã bonæ, & in his terminis loquitur text. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. ff. eden. ibi, Quid enim si humilis, & deploratus vnus edidit, vt dubitare quis possit de identitatis fide, & ex eo text. deducit Curt. quod indicium commodi non habet locum contra hominem bonæ famæ, sed malæ, Prosper Farin. in consil. citato, & ita loquitur expresſè Fran. Gargias cons. 123 nu. 8. vol. 1. diuerſ. crimin. vbi dicit, maxime cõcurrente humili vita, & deplorata fama, & sic loquitur per dictionem, maxime, seu præsertim, quæ implicat casum

minus

nimius dubitabilem; immo idem sub nu. 24. dicit, quod producens scripturam non veram, si non probat authorem puniri potest extra ordinem (& hic est casus noster.)

Ex his cessant omnia quæ dicuntur pleno calamo de bona fama, quæ à me conceditur cum grano salis, vt dixi in voto meo.

Concedo id quod dicit consultissimus Tortus, non sufficere commodum ad condemnandum, nisi plura sint adminicula, sed vt dixi, multo plura iunguntur, quam desiderari possint ad integrandam probationem, saltem ad pœnam extraordinariam, prout omnes Doct. fatentur.

Nec resistit, quòd in vers. Secundo, cum ex processu offensiuo delictum esse incertum ex multitudine accusatorũ Modesti, Placidi, Seraphini, Bartholomei, ex Boss. de ind. & tort. num. 63. Quia conclusio non habet locum quando 10
præcedente tractatu, & collusione delinquit, quia omnes tenentur ex collusione, Clar. quæst. 90, & in §. homicidiũ, vers. Alia est etiam. At in casu nostro, omnes conspirauerunt in amotionem dicti Reu. & vnusquisque sensit commodum delicti, non vnus tantum, & omnes ad opus manus suas extendiderunt, & omni in casu, quando delictum est commissum ab incertis, de certis omnes tenentur pena extraordinaria, vt per Clar. dicto loco.

Denique Doctores loquentes de hac incertitudine, loquuntur secundum terminos l. duo sunt Titij. ff. test. tut. In negotio quod ad vnum tantum spectare potest, non si multis sit commune, & vtilitas communis, & vna eadem in vnum delictum confederatio.

Neque expedit in hac causa immorari super communibus regulis ad infringendum reatum, iuxta deducta in vers. Secundo principaliter, Quod requiratur verus dolus, & quod veritas sit mutata, & quod falsitas nocitura fuisset, ex Hier. Gabr. cons. 169. num. 14, & 180. nume. 6. lib. 1. Nam requisita omnia hic concurrunt in hac parte litterarũ suppositarum sub nomine Reu. Eusebij, & reliqua, vt scripsi in voto reddito. Dolus verus ex productione falsæ scripturæ, Damnum ex amotione, scientia in vtendo post detectam falsitatem, Nec est opus, vt totam materiam falsitatis ad hunc locum referamus, nec in dubium reuocamus

attestationem Mag. Olenani, aut alia, quæ ad libitum cōponere poterant defuncto Reuerendiss. Episcopo Pap. qui si viueret hoc in medium forsan non aferrerentur; neq; enim apud me probatur, quod tunc Episcopus tam fuerit ferués, & ardens in iuuando d. Reu. P. Modestum amicissimum suum: sed ad alia transeamus.

Nec quærere debemus vtrum vtilius fuerit Reu. Eusebi ñ mitti ad Veronam, quam Papię retineri, nam satis est, quod contra voluntatem suam id factum fuisse, & de loco dimotum cum enim amotiones fieri non soleant nisi cum causa ideo satis ex hoc iniuria dicitur affectus à d. Reu. Patre, sed magis Religio cui facta est impostura.

Circa articulum productionis vtrum præsumatur scientia, vel ignorantia satis dixi in voto, ex Farin. & alijs qui hunc articulum examinarunt, Non repeto.

Ad cætera quę dicuntur non vera, His accedunt cum nitantur communibus regulis, de excludenda interpretatione falsitatis, & circa defectum testium. Non est laborandum cum non tollant obiectum litterarum falsarum, & veritatis refultantis, & alia adminicula.

Quod autem dicitur de veritate litterarum scriptarum tam per Ciuitatem Papiæ, quam Reuerendiss. Episcopi, Dico, quod si etiam hęc vera forent magis augerent dolum d. Reuerendorum, qui procurarum litteras commendatitias conscij de futura amotione, & quod d. litteræ non fuissent inutiles ideo vnum per aliud non tollitur, & satis est, vel in alio capite, vel in alio falsitatem commissam esse.

Circa vltimum, quod grauati fuerint hi Reu. Patres carcere quibus honestus locus carceris pro carcere assignatus est nimis illi abutuntur humanitate M. Reueren. Delegatorum cum scire deberent, quod suspecti de falsò detinentur in carceribus, & in vis.

His non obstant authoritates Gram. voto 3. nu. 36. Quia non facit ad rem cum loquatur in diuersis terminis, Nempè, quod ad hoc, vt quis dicatur infamis ob delictum re-
11 quiritur confessio, seu sententia Iudicis, nec sufficit probatio criminis, quia nos non agimus. Vtrum nunc dicuntur infamiam incurrisse, sed per indicia legitima contra eos proceditur ad detentionem personæ donec de delicto ple-

ne

ne liquere eadem verba, ad litteram refert Gram. allegatus in voto 36. num. 27. hoc probat Anchar. conf. 189. Tribus de caussis num. 3. nam ibi agitur, quod excommunicatus à cannone non debet vitari in publico nisi secuta sententia declaratoria super hac parte citata: Quia nos non agimus vtrum hi Reu. Patres habendi sint pro condemnatis, sed vtrum tanquam suspecti de falsò sint retinendi. Ex diuersis etenim non infertur, l. Pap. ff. minor. l. 3. §. nihil commune. ff. acquir. poss. Et in hunc sensum intelligitur Menoch. alleg. in cons. 74. num. 35, & seq. Nam verum est, quod aliud est, quod quis imputetur, aliud quod conuincatur, sed hæ regulæ, quæ pariter generales sunt non faciũt ad rhombum cum nos hactenus non habemus d. Reuer. pro talibus nisi sint condemnati, sed tantum in suspectos de falsò, vt toties dixi. 12

Punctus igitur totus reducitur ad id vtrum pendente accusatione potuerint ab officio suspendi super quo multa apposita scripsit erruditissimus Flauius desumpta ex vulgaribus, & tritis regulis inter quas quod occasione pendente innouandum est capitulo olim, vbi glos. de accus.

Verum respondetur. quod pendente accusatione contra officiales inter dicitur administratio, Luca de Pœn. in l. Iudices, C. dignit. lib. 12. Gram. vot. 10. num. 2, & 5. Lancell. de attent. pendente accus. nu. 100. vers. Septimò fallit, sic in Notario imputato de falso, vt ibi nu. 18. 13

Ex his iuxtà temporis angustiam, quæ mihi ad respondendum concessa est, credo veritati, & iustitiæ fuisse satisfactum.

Laus Deo, & B. V. Mariæ.

Franciscus Bernardinus Porrus I. C. & Aduocatus Mediolanensis.

Pro Iosepho Cazzulio iam per annos sex carcerato.

In vna falsi Instrumenti.

Arguitur reus Ioseph Cazzulius iam vltra sex annos carceratus quòd fuerit Reus, & particeps, ac tractaue-

rit de compilando Instrumento falso rogando ab Alphonso Gatto Notario continentiæ, Quòd vendiderit Bonanatæ tantam partem sediminis suppositi ficto libellario pretio librarum quinque mille, & hoc ad præiuditium Fisci Regij, cuius nomine fuerant appræhensa bona dicti Cazzulij debitoris, est causa debiti versus Regiam Cameram: Videndum est quibus ille Indicijs vrgeatur, vt quid de eo sit decernendum non ignoretur.

Primo ergò loco adducitur in medium condemnatio Notarij Gatti in pœnam falsi ex causa dicti Instrumenti venditionis factæ; Verùm, respondetur quod sententia illa contumacialis non afficit dictum Cazzulium tanquam Tertiũ. Abb. in terminis consil. 16. num. 6. lib. 1. Alber. in l. Denuntiasse. §. vltimo. ff. ad l. Iul, De Adulter. Et in l. prima. C. Quibus res iudicata non nocet. Alex. in l. sepènum. 39. ff. re iudicata, & sub nu. 80. Idem dicimus de sententia absolutoria vt lata pro vno ex correis alteri nõ prosit ex trad. per Bart. in l. si adulter. §. adulter. ff. ad l. de adult. obs. Crauet. consil. 131. num3.. facit, quia quando Notarius est condemnatus de falso in contumaciã, cũ præsumatur potius condẽnatus ob contumaciam de falso, quàm quòd verè falsitatem commisserit Rol. à Valle consil. 29. num. 27. lib. 3. vbi quòd Notarius ex vera confessione damnatus de falso, vel conuictus nunquam ampiius poterit conficere Instrumenta, tamen si est damnatus ob contumaciam non perdit Instrumenti cõfectionem, & hoc alijs illationibus confirmut: Expedit igitur quòd de delicto constet per veras, & legitimas probationes, immo manifestas Rom. consil. 429. num. 10. Versicu. Nec refragatur Iac. Menoch. de præs. lib. 2. præs. 71. nu. 16. Vresic. Declaratur 2. Idem consil. 422. nu. 45. lib. 5. & consil. 433. num. 18. lib. 5. idem consil. 1142. num. 45. lib. 12. Sic ergo ex dicta sententia contumaciali non afficitur Cazzulius; & hoc maxime quia hic Notarius pauperrate adductus, cum sit durum Telum necessitas, iuxtà illud lyrici.

Si figit adamantino; clauos, summis verticibue, Dir a necessitas.

Grauatus etiã numero quinq; filiorũ nõ ausus est carceres subire, cum ibi hominem non haberet, qui eum educeret è Piscina, Rectè Alcibiades recusauit se tradere iudicandũ

ab

ab Athenienſibus, veritus ne ſi etiam mater ſua eum iudicatura foret, loco calculi albi, ſupponeret nigrum.

Secundò; Vrget contra Cazzulium quòd appareat de dicto Inſtrumento pro quo præſumitur, quòd vel nocuit, vel ad nocendum aptum erat, & ideò licet poſtea nullum ſit defectum, attamen ſatis eſt, quò d ad nocendum fiſco appareret ſecundum Bart. in l. ſi quis legatum. ff. ad l. Cornel. de falſ. Angel. de malefic. in verbo falſario num. 3. Verſic. Ex quo Barthol. Salic. in l. 1. C. ſepulchr. viol. num. 6. Socin. conſil. 63. num. 4. lib. 1. Verum. Reſpondetur quòd. Conſiderat lex non affectum, ſed effectum, & cum Inſtrumentũ ſit nullum, quia ex alienatione domus deuoluebatur ad Dominũ directi, cum ſoluatur ſuperinde Canon Emphiteuticus, & in pœnam alienantis ſit, domus ei applicata vtique nõ ſubintrat pœna falſi ex Felin. in cap. Tua res. De iureiur. & in cap. Nobis, De Simon. Ant. Gabr. lib. 3. Com. opin. lib. 7. De crimin. concluſ. 5. num. 11. Verſic. Alio modo; & quòd non puniantur aliqua pœna trad. Farin. quæſt. 150. nume. 339. verſic. contra fol. 53.

Quinetiam ſequitur quòd ſi Cazzulius doloſè commiſiſſet hanc falſitatem non vendidiſſet abſque conſenſu Domini directi, cum laboraſſet contra propria commoda, ob alienationem, ob quam priuabatur proprietate bonorum in pęnam alienantis vt latè ex Corbuly. in ſuo Tract. De emphit. tit. de cauſ. priuat. ob alienat. per text. in l. vlt. C. Iure emphit. capitulo potuit extra locati; Quando igitur falſitas committitur abſque dolo, tunc nulla pęna punitur; Hond. conſil. 109. num. 54. lib. 1. Pariſ. conſil. 151. nu. 27. lib. 4. Corn. conſil. 182. num. 5. in 4. Vbi quòd non eſt etiam locus pœnæ ſtellionatus, quia quælibet cauſa leuis, & iniuſta excuſat à Dolo. Marſil. l. prima §. Præterea num. 14. & 22. ad l. Cornel. de falſ. Cum. conſ. 126. col. 2. Verſic. cum itaque.

Nec dicatur quòd dictus Cazzulius ſoluit mercedem, & honoraria pro contradictione facta per Bonanatam emptorem in Magiſtratu ordinario; Nam apparet etiam quòd non de proprio dictas expenſas ſoluit, ſed vti debitor quotannis dicti Bonanatæ lib. 21. ſol. 5. vti ſocero Conſtantiæ Paganæ ſororis vxoris dicti Cazzulij de quo debito con-

stat per publica Instrumenta in actis exhibita ; & accipienda est omnis interpretatio exclusiua delicti argumento.l. Merito.ff.pro socio. Marsil.consil. 7. nume. 22. lib. 1. Ripa l.prima num. 108.ff.soluto matrimonio Paris. consil. 189.nu.57.lib.4. Carol.Ruin.consil.14.num.3.lib.5.cum simil.Bart.in l. Non solum. §. sed vt probari biann.ff. oper. nou.nunciat. Rom.consil.68.nume.8.& 353,in fine Gram. decis.18.num.5.

Pariter non obstat quòd dictum Instrumentum, seu eius Imbreuiatura sit rubricata super Rubrica noua , quia ex hoc non elicitur indicium , aut præsumptio falsitatis , cum id ex multis causis euenire possit , seu quòd antiqua Notarij Rubrica sit deperdita , & ideò quòd nouam confecerit , seu in ommissione Notarij in non seruandis solemnitatibus requisitis , aut etiam ob modicitatem Instrumenti rogari soliti, quòd culpæ illius magis ascribendum est vti Notarij nuper creati, & indocti; Quare id potius ex imperitia sua accidisse dicendum est, quam dolo , & dicit August. ad Angel. de Malefic. in verbo falsario num. 1. Quòd si Notarius ommissit scribere protocollum in totum , vel in parte , vel solemnia, vel substãtialia ommissit scribere, potius præsumitur quòd ex simplicitate , quàm dolo hoc fecerit . Refert, & sequitur Modern. Roman. quæst. 154. nume. 37. in tract. de fals. fol. 117.

Plus dico quòd cum contra dictum Cazzulium allegentur solùm præsumptiones hominis, non iuris non sufficiunt ad condemnandum nisi sint tales quæ reddant Iudicẽ certissimum, & factum ita clarum , vt indubitabile appareat esse verum; Hieron. Gabr. consil. 180. nu. 2. lib. 1. citat. a Farin. De fals. quæst. 152. num. 26. Versic. In hac contrarietate fol. mihi lxxvij. Surd. consil. 132. nume. 86. & seqq. Quando enim comm. tradunt quòd ex pluribus indicijs condemnare quis possit, id intelligitur ex indubitatis , non autem dubitatis prout in casu nostro cõtra Cazzulium adducuntur , quia tunc nec ad extraordinariam , aut ordinariam, potest perueniri Surd. ibidem nume. 95. Hæc eadem colliguntur ex Farin. in suo tractat. de Reo confesso quæstio. 86. nume. 90. Quare non video quòd in hoc nostro

The-

Themate adducantur aliqua indicia indubitata, sed quæ etiam facilè contrarijs præsumptionibus elidi possunt, & dicit Menoch. in consil. 422. num. 62. lib. 5. quòd hominis præsumptio non adimit fidem Instrumenta, nisi sit violēta.

Adhuc facit quòd agitur de falsitate non præiudiciali fisco, qui vt apparet ex fide satisfactus abundè remanet; ad Glos. in l. Damus C. ad l. Cornel. de fals. l. Diuus ff. eodem Bart. in d. l. si quis legatum nume. 2. in fine, & Alex. consil. 70. in fine lib. 1. Dec. consil. 175. col. antepen. versic. Præterea, & 2. Socin. sen. consil. 104. col. 2. versic. 3. casus lib. 2. Farinac. de fals. quæst. 150. num. 338. Versic. Amplia septimo fol. 53. Vbi quòd quando falsitas non fuit nociua actu, nec etiam habitu, seu potentia erat apta ad nocēdum, tunc nulla pæna etiam extraordinaria imponi potest, etiā quòd adsit dolus; omni in casu vbi nihil nocuit Doctore, concordant, vt de leui delicto stellionatus agatur.

Minus resistit depositio Bonanatæ emptoris negatis se emisse; Quia cum ille fuerit factus Reus de societate, & participatione ad damnum Regij fisci, fidem non facit vti criminosus Clar. §. fin. q. 21. Versic. Retenta. Menoch. consil. 101. nu. 45. lib. 1. Tum etiam apparet de inimicitia inter dictum Bonanatam, & Cazzulium probata super eiusdem capitulis, ideò non facit fidem Capit. Cum oporteat. De accusat.

Obstat etiam minor ætas Cazzulij, qui tempore delicti illius imputationis erat minor viginti annis, qui ideò à delictis magna in parte excusatur Farin. quæst. 91. sub nume. 109, & in tract. de fals. quæst. 150. nu. 105. versic. Dic quòd vbi loquitur in crimine falsi.

His accedat quòd falsum non committitur sine spe lu ri, & emolumenti iuxta Consil. Crau. 75. num. 13. Rol. a Valle consil. 38 num. 38. lib. 1. & 161. etiam quòd dolus non committitur sine animo lucrandi; Ceterùm ex defensionibus liquet, quòd adeò oppressus est ære alieno, quod debitum absorbeat omnem eius substantiam, & hoc docet per Instrumenta publica, Quare non potest dici hoc Instrumentum vēditionis fuisse factum animo excludendi, fiscus enim remanet nihilominus exclusus ab anterioribus creditoribus hypothecarijs, cur enim ille debuisset laborare in com

ponen-

ponendo falsum quod sibi non erat, proficuum sic Iac. Menoch. consil. 104. nume. 18. 19. lib. 11. 966. num. 43. lim. 6. immo etiam quando agitur de leui commodo falsitas, non præsumitur idem consil. 98. nu. 26. 28. lib. 1.

Quo ad testes Folchignonum Flaminis combustum, Passigatum, & Folianum vti testes criminosos, & infames non scribo, eum fide indigni sint, nec ea res I. Consulti operam desideret, neque enim laborem recuso in his quæ clienti profectura sunt, etiam non petenti, &c.

Concurrit etiam bona fama eiusdem Cazzulij, qui nunquam fuit imputatus de aliquo delicto quo casu etiam mitius agi solet, vulgat. iuribus. Iuncta etiam diuturna illius carceratione annorum scilicet sex, & vltra, quæ succedit loco pęnæ iuxta text. in l. si Diutini ff. de pœnis, quam omni cum patientia sustinuit cum omnimoda etiam distractione bonorũ suorũ; quodque etiã in carcere semper quietè, & laudabiliter vixit, prout attestatur carceris Custos.

Ex his, &c. Laus Deo, &c.

Portus I. C.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus l. Maiorem C. fals. enucleatur & nu.* 4.
2 *Ignorantia præsumitur.*
3 *Producens falsos testes in facto alieno præsumitur habere ignorantiam.*
4 *Procurator non tenetur de falsitate.*
5 *In scriptura priuata non recognita an detur falsitas punibilis.*
6 *Nominans Authorem an excusetur à pœna.*

In una falsitatis impictæ Io. Baptistæ Madio in præiudicium Fisci Regij.

IO Baptista Madius fuit per Curiam Prætoriam reus cõstitutus, quòd fuerit Auctor compilationis duarum attestationum, & produxerit, eisque vsus fuerit in præiudicium Regij Fisci.

Examinatus ille negat, fatetur tamẽ se habere notitiam

Marci

Marci Antonij Salinæ, cum pro eo sollicitaret de vendẽdo quamdam domum, tum ex eo, quia collaudator fuit illius tanquam fideiussoris in manibus Notarij Pagnani pro relaxatione è carcere impetranda Io. Baptistæ eius filij, tum pro altera existente in manibus Notarij Serbeloni quòdq; pro fideiussione existente in manibus Pagnani secuta fuit condemnatio, & pro alia quoq; imminebat periculum futuræ condemnationis; quò fit, quòd dictus Madius dedit litteras ad patrem tunc degentem in Ciuitate Bergomi significantes molestiam prædictam, quæ ei vti Collaudatori inferebatur, qui rescripsit ei, quòd eius filius fuerat occisus ideoq; consignari non poterat, Quare idem Madius rursus dedit litteras petens, vt mitteret legitimam fidem de hoc obitu, & quo modo res se habuerit, qui postea ad eum misit Præsbyterum, cum prius misisset fidem à Presbytero subscriptam verum accepto, quòd erat opus, vt notarius Mediolanensis attestaretur se vidisse eum subscribere, venit M. Antonius cum dicto Præsbitero Mediolanum ad eũ, dicens *è qui il Prete, che farà lui la fede, che Gio. Battista mio figliuolo è stato ammazzato*, & cum eo accessit ad notariũ Zerbum existentem in studio Crucei, & tunc facta subscriptione à dicto Presbytero incontinenti ab eodem Zerbo fuit facta subscriptio, quam fidem præsentauit inter acta in manibus Serbelloni notarij, Non recordatur tamen an ab alio fuerit præsentata cum comparitione facta per Doct. Rippam, nescit tamen continentiam illius, se non cognoscere dictum Presbyterum, nec in eius faciem inspexit, & recognouit dictam attestationem, cum habeat notam manum dicti Zerbi.

Quòd tempore dictæ subscriptionis nemo erat præsens excepto Castorio, & Presbytero, quòdq; ambæ attestationes fuerunt factæ in domo dicti Crucei.

Posito pro constanti (quod satis liquet) quòd facta fuerit attestatio duplicata, quæritur, an Madius possit se excusare nominando authorem iuxt. ter. l. maiorem, C. fals. qui eam falsitatem compilauit, vt se redimeret à condemnatione pecuniaria imminente, ex eo quòd non consignabat filium suum, prout tenebatur virtute suæ fideiussionis. Atqui articulus in eo consistit, vt illa fides seu fuerit pro-

ducta à sciente illam esse falsam, vt ab ignorante primo lo-
co sit pęnè obnoxius producens. Secundo non, Cęterum
2 in dubio præsumitur ignorantia ita multis differit Vinc.
Honded. conf. 109. nu. 67. lib. primo, Fiscus autem tene-
tur probare scientiam. Rim. Iun. conf. 345. num. 24. lib. 3.
latè Farinac. tract. de falsit. q. 159. nu. 48. cum seqq. num.
Constat enim vel ex dicto Castorij notarij, quòd cum Ma-
dio aderat Presbyter, qui scripsit, & ideo iure credere de-
buit Sacerdoti, ac personæ qualificatæ, quòd esset missus à
Marco Antonio, cuius intererat probare mortem filij, cum
negotium principaliter eum vti fideiussorem tangeret, &
licèt secundario etiam vtilitatem respiceret eiusdem Ma-
dij, attamen id venit secundariò, & per quamdam conse-
quentiam argumento, l. si quis nec causam, ff. si cert. peta-
3 tur licet enim falsi sint testes non tamé sequitur. quòd pro-
ducens falsum commisserit, cum potuerit credere, quòd es-
sent veri, & iusti latè Menoch. de arb. Iud. casu 315. nu. 6.
7. sequitur etiam quòd cum sit in facto alieno non sciéter,
& dolose vsus fuisse dicitur idem nu. 9. Bald. conf. 446. qui-
dam testes lib. 5. vers. ex hoc sequitur, immo ad excusan-
4 dum Madium sufficeret quòd doceret scripturam habuisse
etiam ab homine ignoto late Farin. in tract. de fals. q. 159.
nu. 18. vers. nec est necesse.

Secundo principaliter sciendum est, quòd cum dicta scri-
ptura fuerit producta nomine dicti Marci Antonij, qui est
principalis, vbi principalis eam ratam non haberet, tunc
procurator teneretur Foller. in pract. crim. in verbo. Item
quod commisit falsitatem nu 49. Capy. decis. 67. nume. 1.
vsque ad nu. 6. Castr in l. 3 §. si procurator, ff. quòd quisq;
iuris, sed sic est, quòd M. Antonius non negat scripturam
suo nomine esse confectam, nam contumatia sua facit eum
esse confessum Farin. in 2. tract. de iudic, quæst. 48. per di-
scursum.

Tertio cum non agatur de scriptura nocibili, quia priua-
ta est, nec fuit ab aliquo teste recognita, cum nullum præ-
stet inditium iux. Rebuff. in suo tract. de chyrograph re-
cognit. in præfat. non datur in ea falsitas punibilis l. damus
C. ad l. Corn. de fals. Hier. Gab. conf. 169. num. 20. lib. 1.
Natt. conf. 588. nu. 10. 11. 13. lib. 2, & licet aliqui velint esse

locum

locum pęnæ extraordinariæ, ex Baiard. ad Clar. in §. falsum nu. 307. attamen quia hæc scriptura nullo modo probat, aut inditium facit, nullo modo punitur ex veriore opinione, de qua Hier. Gab. dicto loco, & nouissimè Franciscus Vegius conf. 45.

Postremò cum tantum agatur, vtrum præsumatur falsitas ab eo commissa, qui produxit iux. ter. d. l. maioré quæritur quod inditium faciat, & an ad torturam Alex. conf. 77. in causa lib. primo in vers. 6. inditium, vult torturæ locum esse concurrentibus aliquibus coniecturis idem vult idem conf. 205. nu. 4. 5. lib. 6 quòd si ille Authorem docet, ab omni tortura præseruandus erit, latè Mascard. de probat. lib. 2. conclus. 832. nu. 12.

Quare cum hæc suspicio, quæ resultat ex l. maiorem diluatur, vel iuramento Madij nominantis Authorem, vel ex bona illius qualitate ex Iacob. Menoch. De præsumptionibus lib. 5. pra sum. 29. nu. 3. nihil cõtra eum decerni potest, nisi vt è carceribus tanquam innocens dimittatur, inspecta etiam illius diuturna carceratione, quæ succedit loco pęnæ ad not. in l. si diutini. ff. pæn. Laus Deo.

Porrus I. C.

SVMMARIVM.

1 *Crimen falsi incurritur per suppositionem.*
2 *Pendente causa criminali supersedetur in ciuilis.*
3 *Mandati productio in actis necessaria est.*
4 *Dolus præsumitur in eo, qui facit rem prohibitam.*
5 *Cognita falsitate tenetur quis abstinere ab vsu.*
6 *Delictum præsumitur commissum ab eo cuius commodo cedit.*
7 *Dominus tenetur de vsu falsæ scripturæ productæ à suo procuratore tanquam de eius mandato scripta sit quando sciebat. Ratificatio delicti vnde arguantur.*
8 *Procurator quando teneatur de falso.*
9 *Falsitatem committens inter acta perdit causam.*
10 *Error non præsumitur sed dolus quando quis non facit ea, quæ sunt de pertinentibus ad officium suum.*
11 *Falsitatis pœna quæ sit.*

In

In vna falsitatis commissæ.

NVlo modo anffugere possunt pœnam l. Corneliæ de fal sis hi, qui in actis fori Ecclesiastici inseruerunt manda tum tanquam sub anteriore tempore, super quo consistit vis totius Iudicij, & sententiarum obtentarum. Nam sero sapiunt Phriges, & hæc suppositio proprie cadit sub incude d.l. Corneliæ iuxta text. celebrem in l. Paulus. §. 1. ff. eodem.
1 Farinac. tit De falsitate q. 150 nu 96.99. vers. Amplia 21. & hoc quando hæc suppositio fit fraudolenter, & dolosè, & in alterius præiudicium. Idque præsertim locum habet, quia in specie fuit oppositum contra Canonicum Bolati agentem vti Sindicum, & procuratorem Capituli.

Malitia crescit, nam cum aduersarij dicti Borroni sub die 20. Iunij coram Reuerendiss. Præposito Scalense vidissent fuisse oppositum defectum mandati, & processum esse nullum, calliditate Damiani Gardini eorum sollicitatoris conuenerunt Notarium Archiepiscopalem, & ab eo petierunt extrahi processum, Quodque in eo insereretur mandatum, sicque in processu inseri obtinuit.

Ad quam falsitatem probandam accedit fides Notariorum, & præter fabricationem dictæ falsitatis, accessit etiam vsus dictæ falsitatis; Nam coram M. Reuer. D. Fideli Iudice appellationis dictæ causæ dictum mandatum productum est, & petitum est declarari benè iudicatum per M. Reuer. Vicarium Archiepiscopalem, & malè processum per Reuerendiss. Præpositum Scalensem, qui ad fauorem Borroni iudicauerat attētata esse reuocanda, & admonito dicto Reu. Fideli de dicta falsitate commissa, fuerunt interrogati aduersarij, an vellent vti dicto processu, & actu, cui interrogationi respondit procurator, & sindicus velle vti.

Accusati fuere a Borrono dicti aduersarij de falsificatione, & petita fuit coram dicto M. Reu. Fideli, vel vbi ex defectu iurisdictionis non posset iudicare, vt remitteret causam ad Iudicem ordinarium.
2 Ad fundandam autem intentionem prædictus Actor, petijt coram dicto M. Reu. Fideli videri originalia acta, vtq; informationes a Notarijs assumeret de dicta falsitate, atque

que interim in causa ciuili supersederet, ex regulis communibus, de quibus per Bart. in l. Diuus. ff. de publ. iud. Capic. decis. 25. In causa num. 1.

» Hic Egr. D. Fidelis etsi viderit oculis proprijs inter acta nō adesse aliquod mādatū, aut mādati productionē, procedere haud tñ voluit, nec illius falsitatis rōnem habere, quia ita in animo gerebat, aduersantibus legibus, & omnibus cōtēptis, sentētiā Vicarij Archiepiscopalis confirmare, prout fecit; Nam stans pede in vno, ad balistam, non adhuc visis actis agitatis coram dicto Reuerendiss. Præposito Scalensi uiro summæ eruditionis, & Iudice iustissimo, & transmisso peremptorio fine expressa die comparendi, in loco insolito, & abscondito, fugitiuè, pugnæ Parthorum instar, facta etiam, quod deterius est, mentione, quòd viderit dictum mandatum, reuocare sententiam dicti Reuerendiss. Præpositi, condemnando etiam in expensis, & reijciendo etiam dictam appellationem, veluti per contemptum omnia agendo: & ne quid deesset ad tantam iniustitiam, & ad coronidem, addidit condemnationem in fructibus, non constito de eorum liquidatione, attentando contra Borronum pendente appellatione, quæ executionem suspendebat, & omissis tot nullitatibus vrgentibus contra dictam sententiā. Et complectendo tantùm ea, quæ pertinent ad hanc falsitatem, vt illa eniteatur, & se se prodeat.

Agitur de pluribus personis comprehensis in hac accusatione.

Primo, Damiano Gardino sollicitatore aduersariorum, qui inseruit dictum actum mandati malitiosè, & fraudolenter vt ex fide notariorum apparet. Secundo, idem mandatum produxit coram Iudice D. Fideli, petens declarari benè iudicatum per dict. Reu. Vicarium Archiepiscopalem, & malè processum per dict. Reuerendiss. Præpositum Scalensem ad reuocationem attentatorum, cuius mandati nulla habenda erat ratio, quia non erat de actis, c. quoniam contra de probationib. & de substantia Iudicij erat mandati productio, quando oppositum est, iuxta Crau. conf. 108. In ista causa, quicquid sit quando non est oppositum, ex Bald. conf. 121. Vtrum dictus processus lib. 3. & quando nō resultat ex actis perindę est, ac si nullum factum foret, quia falsitas proba-

tur

tur per inspectionem actorum, ita in terminis Vant. de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati comparentium num. 62. vers. In primis, & tenetur ad refectionem damnorum, interesse, & expensarum, Vant. ibi num. 67. De dolo autem eius apparet ex eo, quòd delegata tota causa dicto M. Reuer. Fideli, Gardinus interim pro suo cliente procurauit, vt extraherentur processus agitatus in prima instantia coram dicto M. Reueren. Vicario Ciuili. Cumque in actis non reperiretur dictum mãdatũ procuræ, fuit de hoc admonitus à Regreto coadiutore, substitute, Cui statim attulit dictũ mãdatũ, & omni ope studuit vt insereretur in processu, quod Regretus facere renuit, sed cum Gardinus processũ habere nollet absq; dicti mandati insertione, cum Regreto conuentum est, vt de hoc alloqueretur Actuarium Iacobũ Antonium Cerrutum, qui requisiuit ab ipso Cerruto, An id impunè ab eo fieri posset, a quo responsum habuit, An pars opposuerit defectum mandati; At Regreto respõdente, quòd non inuenerat aliquam oppositionem, tunc Cerrutum dixisse, quod apponeret. Qui Gardinus apposuit post comparitionem vltra annum, & addidit hæc verba, Et pro legitimatione personæ suæ, dict. comparens exhibet instrumentum mandati, & insertum est mandatum, nulla facta expressione diei in quo facta est dicta additio, & contra dictum Gardinum examinatum vti confessum agitur. Ideò nullo modo eius causa defendi potest, iuxta illud, Non est confessi causa tuenda Rei. l. 1. C. de confess. l. qui sententiam. ff. de pœnis. Nec Gardinus habet aliquam excusationem, ex eo quod sequutus fuerit consilium dicti Cerruti, Nam pro officio suo tenebatur requirere an oppositum fuisset, cum vere oppositum fuerit coram Reuerendiss. Præposito Scalense sub die 10. Iulij, & etiam in prima instantia modo expresso per dictum Regretum, ita plenè habetur apud Mascar. de prob. littera Dolus. nu. lib. 1. Crau. cons. 172. nu. 5. Quin etiam obstabant ordines Illustriss. D. Cardinalis, tenoris huiusmodi vlz.

Forensis quilibet, siue Actor, siue Reus in prima citatione, præceptione, vel monitione, aut comparitione, suum teneatur eligere domicilium in præsenti ciuitate Mediolani, vel procuratorem cognitum, & reperibilem constitue-

re,

re, instrumentumq; mandati in publicam, & authenticam formam in actis dimittere, sub pœna nullitatis.

Deniq; in suis constitutis fatetur Gardinus, post sententiam etiam procurasse executionem, tàm coram Vicario ciuili, quàm coram ipso D. Fideli, licet haud eum lateret se commisisse dictam falsitatem.

Videamus, an excusetur ille Gardinus, ex quo dixit se fecisse additionem sic cantantem, Et pro legitimatione personæ suæ præt. comparens instrumentum sui mandati, quæ additio posita fuit sub die 3. Iulij 1611. post sententiã prolatam per dict. Vicarium ciuilem, nulla facta expressione diei, in quo illa facta fuit. Augetur istius dolus, quia coram Reuerendiss. Præposito Scalense in specie fuerat oppositum de defectu mandati sub die 20. Iunij, & dictus Gardinus replicauit fuisse exhibitum, licet verum non esset, & ideò sub die 27. eiusdem mensis dedit ordinem Regretto pro extractione processus, & mandatum inseruit.

Regretus etiam non euadit pœnam falsi, quia licèt dicat se consuluisse Certutum, vtrum posset dictum mandatum inter actã recipere, quod ante non fuit productum, attamen cum Cerrutus eum monuerit, vt videret, an oppositus fuisset defectus mandati, sibi imputandum est, cum non potuerit sub die repetita, citra pœnam falsi, permittere, quod adderet dicta verba Gardinus, nec poterat processum edere cum dicto mandato, cum non esset de actis productis.

4 Neque error aliquis potest eum excusare contra quem præsumitur dolus, quia fecit rem prohibitam, Anchar. cõs. 73. nu 6. Curt. sen. cons. 55. num. 11. verf. Nec ob quintum, & num. 18. Ceph. præceptor meus cons. 113. nu. 20, & dolus præsumitur in his, quæ sunt de genere prohibitorum, C. siccar. lib. 1. Crescit dolus in iste notario, quia iam aduerterat dictum defectum mandati, & renitentem se præstiterat in edendo acta cum dicto mandato, cum verè non esset in actis, & vt haberet aliquam excusationem, confinxit se consilium requisiturum a Ceruto, quod tamen non fuit sequutum, omni in casu cognita falsitate debuisset abstinere ab vsu illius actus, iux. cumulata a Farin. q. 159. nume. 25. 5 verf. Limita quinto.

Præterea quæritur, an Sindici, & Capitulum de delicto

hoc argui possint, quorum nomine acta vitiata, & corrupta
sunt, & ad eorum vtilitatem, quo casu subintrat confide-
ratio, cuius bono, de qua per Bart. in l. fin. in 5. quæst. ff.
6 quæst. & apud Franc. Aret. in cons. 163. col. pen. in prin.
vbi quòd præsumitur mandatum retrofactum, quodq; per
vtilitatem quæ quæritur ex delicto, videtur declarari abin-
de retrò eius nomine esse delictum commissum. Omni in
casu, Capitulum, & Sindici sciebant non esse productum
mandatum, & per partem fuisse oppositum, & tamen ratã
habuerunt falsitatem inter acta commissam, & in Iudicio
comparuerunt coram M. R. Fideli, & hac exceptione non
obstante, sententiam retulere, & executionem enixè petie-
re. Tenetur enim principalis de vsu falsæ scripturæ produ-
ctæ à suo procuratore, & de eius mandato, quando falsi-
7 tatem sciebat. Add. Giacar. ad Clar. §. falsum litera M.
Farinac. d. q. 159. num. 20. circa med. Ergo tanquam par-
ticipes, & Rei huius falsitatis sunt habendi, cum sine inser-
tione dicti mandati perijsset iudicium, Crauet. cons. 237.
col. penult. lib. 2. Tiber. Decian. in 2. tract. crimin. tit. de
ratificante. cap. 38. nu. 8. lib. 9. Mascard. de prob. lib. 3. con-
clus. 1256. in littera Ratificatio. n. 8. Roman. cons. 105. n. 2.
Cum ergo isti Sindici institerint pertinaciter vtentes fal-
sa mandati insertione, & factum procuratoris falsum ra-
tificauerint, expresse, & tacitè, & Gardinus examinatus de-
ponat, quod facta fuit interrogationi si vult vti responsio
sciente Reu. Canonico, quod etiam in confrontatione su-
stinuit, non video quomodo illi effugere possint, quin vti
socij in delicto puniantur, cum debuissent data scientia hu-
ius falsitatis vt sup. abstineri.

Venio modò ad Meliauacam, qui antequam ab alio cõ-
demnetur, seipse ipsum condemnat, & iudicij sui acrimo-
niam hoc in casu a se abiecit: fatetur ille in suo examine, è
suo capite, neque communicato negotio cum Præposito, &
Canonicis Bollati, Respondisse interrogationi, quòd vole-
bat vti, Videtur enim ille in dolo, quia omne, quod egit,
tendebat ad sustinendum acta nulliter ab eo acta, cum nun
quam ille existimasset emersuram dictam falsam mandati
8 insertionem, & hoc casu cum procurator Meliauacha non
teneretur respondere. attamen cum respondiderit ipse, te-
netur

netur de falso, Castren. in l. si ius iniquum. §. procurator. nu. 5. ff. quod quisque iur. Rom. cons. 105. num. 2. Tenetur ergo falsi procurator, qui dicere potest illud Francisci Petrarchæ *. Se dalle proprie mani queste n'auien. Hor chi fia che ne scampi.*

Nunc de horum pœna differendum est.

Quo ad primum, cum falsitas fuerit commissa inter acta, ipso iure Canonici perdiderunt causam, Boer. dec. 292. nu. 1. & licet procurator committendo falsitatem inter acta, non faciat perdere causam suo principali, iuxta Farin. d. q. 150. nu. 36. vers. Limita primo. Attamen, quia vt supra dixi, ex ratihabitione falsitatis delictum Domino ascribitur, 9
idem dicendum est; Nam cessat ratio, quod non sit credendum eum dedisse mandatum ad aliquid illicitum faciendũ, Rim. iun. cons. 355. nume. 8. lib. 3. nisi ad id habeat indiuiduum mandatum, Farinac. d. q. 159. num. 20. versic. Limita quarto. Menoch. de arbitr. iud. casu 315. n. 23. Franc. Burs. cons. 122. nu. 12. cum versemur in clara voluntate Domini certificati de falsitate, & nihilominus vtentis, & ratificantis dictum mandatum vti in actis productum.

De Cerruto autem sic dicendum, puto teneri de consilio malo dato Regreto; & contra ordines Illustriss. Cardinalis Borromei, de quibus supra, quorum ipse certam scientiam habet, argum. cap. quoniã contra iura. de reg. iur. in 6.

Nam patiendo suppositionem dicti mandati non producti in actis, cum ad eius officium attineret prohibere; non caret scrupulo societatis occultæ, iuxta not. in l. qui patitur, ff. mandati. l. semper qui non prohibet. de reg. iur. cum similib.

Et cum versemur in prohibitis, error D. Cerruti non admittitur, imò dolus, cum sit de pertinentibus ad officium suum, glos. in l. iubemus. §. fin. & ibi glos. in verb. dolosè. C. de testamen. & hæc est præsumptio iuris, & de iure, Felin. in cap. ex litteris. nu. 4. de fid. instrum. adden. ad Dec. in l. si librarius. nu. 12. in littera præsumitur. vers. Tamen, 10
vt limitatur, ff. reg. iur.

Cum enim iam orta esset controuersia super hoc, debuisset citari prius eum de cuius interesse agebatur, & audire

illius exceptiones, quod cum non fecerit, sed dissimulauerit, author huius falsitatis est habendus, cum nihil mutari posset de actis absq; partis citatione. Ex his puto contra eum procedi posse, & debere, ne tàm futilis sit alienum damnum.

Sunt præterea omnes puniendi ob hanc falsitatem pœna arbitraria, Farin. d. q. 150. nu. 21. vers. Tertia sit conclusio. Caball. resolut. crimin. casu 165. num. 21. Grauius ta-
31 men puniuntur ij, qui inseri mandarunt mandatum, & qui illud inseruerunt, quàm illi, qui vsi sunt, Honded cons. 109. nu. 11. lib. 1. Taceo quibus modis, & circumuentionibus peruenerint ad sententiam contra Borronum, vt verè me pudeat viros sanctioris vitæ, iustitiam sic contemnere, ferédo senté tias venalibus proximas, Quibus Deus ignoscat. Ex his &c.

LAVS DEO.

Nota est iam lippis, & tonsoribus, vt aiunt quæstio quæ Coram Ill. Magistratu Extraordinariorum redditum huius status agitatur num facta comparitione per Didacũ Velaschium Coram Ill. Delegato à S. Excell. in causa nuncupata testamentorum falsorum in qua præsentiendo contra eum agi processum occasione aureorum plusquam sex mille extractorum e regia Thesauraria prætextu dictorum testamentorum ne caperetur, prout maxime formidabat obtulit fideiubere de se consignando &c. & etiam de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo petens ideo capturam si quæ contra eum concessa erat tolli vt tutò, & liberè vacare posset eius officio locumtenentis computatoris principalis exercitus huius status, & hoc tàm ratione temporis præteriti, quàm futuri, & secuta ordinatione per dictum Ill. Delegatum omissis verbis superfluis in hæc præcisa scilicet *PRAESTITA tamen prius per eum fideiussione de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo, & de se consignando &c. ad omnem ipsius delegati requisitionem, & toties quoties &c. Et hæc omnia sub pœna scutorum quingentorum auri R. Cã. applicandorum casu &c.* Et demum præstita fideiussione pro ea summa de stando &c., & de consignando &c. omissis illis

illis verbis, *& hæc omnia* dici possit in iure fideiussionē hanc restrictam fuisse ad illos aureos quingentos pro vtroq; capite tam quo ad consignationem quam quo ad promissionem de stando iuri &c. ita vt fideiussore soluente hos aureos quingentos dicatur liberatus quoad vtramq; obligationem, An verò melius dicta fideiussio scutorum quinquecentum verificetur tantùm in ea obligatione quæ respicit iudicium criminale videlicet cōsignationis ipsius Velaschi ad omnem requisitionem, & toties quoties pro delicto, remanente nihilominus fideiussore obligato simpliciter quoad interesse rei persecutorium quod ciuile redditur ex formula de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo.

Et licet ad sustinendam, & verificandam hanc postremā, & veriorem interpretationem superioribus diebus multa deducta fuerint, & in iure, & in facto pro Illustri Secretario Echauarri cuia interest ob molestiam quæ ei corā præs. Ill. Magistratu infertur à fisco ratione obligationis in solidum cum ipso Velaschio pro quadam pecuniarum summa cum damnis interesse, & expensis vigore prætensæ sententiæ in prædicta causa testamentorum latæ; & præsertim quod secundum postremam hanc intelligentiam, ita fuerit votatum per magnam curiam Regni Neapolis, vt apud Afflictum decis. 274. quem sequuntur Carauita super ritu 182. nu. 8. Follerius in suis fragmentis post. pract. crim. nume. 160. vers. sed pone quod quis, & nouissimo loco Moscatellus Neap. in sua pract. fideiuss. par. secunda quæst. secunda num. 11. Attamen quia videtur suborta dubitatio casum illum Afflicti non esse adeo cōsimilem huic nostro, & adesse nescio quas scribentium authoritates quæ in contrarium facere videntur ne tempus super hac disputatione diutius teramus operæ pretium esse existimaui nonnulla alia quæ quæstionem hanc pro ipso Ill. Secretario, & siue verius pro Regio Fisco cuia magis interest tàm ratione exemplaritatis, quàm vtilitatis clarissimam reddunt in mediū afferre.

Et primo, quòd illa adiectio facta post promissionem de soluendo iudicatum, & de se consignando in hunc modum, *Et hæc omnia, sub pœna scutorum 500. &c.* non nouat præcedentem obligationem, sed magis illius effectum auget, ex doctr. Barto. & aliorum ad l. ita stipulatus, & l. qui Romæ

tribus numeris sequentibus, & acta inter alios probāt etiā fauore tertij quando ille tertius ius habet commune cum iure illius qui fuit in lite. Bald. l. 2. C. de ed. nu. 17. Mascard. de prob. conclus. 33. nu. 30. vers. limitatur tamen.

Sed punctualiter adduco Bart. in l. ex duobus nu. 35. vers. sed iuxta ff. duobus reis, vbi format quæstionem in creditore existente in mora recipiendi quoad vnum ex reis debendi qui exempli gratia obtulit pecuniam debitā quæ postea perempta est, an alteri scilicet correo debendi prosit; dicit Bart. quòd sic, quia quolibet alio extraneo offerente prodesset, per multa iura quæ allegat, ergo in casu nostro si diceremus quòd Fiscus acceptasset fideiussionem limitat. ad scutos 500. reiecta oblatione fideiubendi pro tota summa diceretur fuisse in mora recipiendi fideiussionem oblatam pro toto debito, & illa mora ei nocere debet, e contra verò prodesse d. correo debendi Ill. Secretario Ecchauarri, vt dicatur liberatus à iure solidi.

TErtiò licet glossæ vlt. authoritatem ad l. vlt. ff. si quis in ius vocat aliqui prosternere conentur, quia sic dicat: *Sed quid si adiecit pœnam, & est minor, quàm interesse, nunquid ad interesse agere poterit? respond. quod sic, nisi nouatio fuerit, quæ præsumitur secundum vetera iura, hodie non.* At pœna scut. 500. est longè minor debito: ergo &c. Attamen hanc glo. communiter esse approbatam vult Ias. ad l. primam §. in fideiussorem num. 5. ff. qui satisd. coga. vbi reprahendit Castren. dicentem quòd illa gl. loquitur in principali, quia errat Castren. ex quo glo. verè loquitur in fideiussore de iudicio sisti. Ego verò ad d. l. vlt. incip. Cum quis colligo ex Castren. non improbari d. glo. sed tantùm circa illud, an nouatio præsumatur, necne recurrit ad doctrin. Barto. ad l. ità stipulatus ff. de verb. obligat. an præcedat stipulatio ex causa onerosa, & non præsumitur nouatio; aut ex causa lucratiua, & præsumitur. At in casu nostro præcedit stipulatio ex causa onerosa, ergo per appositionem pœnæ non inducitur nouatio: ex quibus conuincitur falsa opinio Farin. allegati in contrarium nulla authoritate suffulti, sed tantum sua opinione, & quidem dubitatiua; cum etiam aliàs omni in casu in dubio pro fisco esset pronunciañ. l. Non puto ff. de iure fisci.

Ad

Ad hæc cùm fideiussio de iuditio sisti sit incerta, & de iudicatum soluendo, sit certa, cùm habeat quantitatem annexam, pœna non tollit certam quantitatem expræssam. Doctores enim omnes ponunt quæstionem in fideiussore de iudicio sisti, nam pœna demonstrat tanti interesse fisci, quòd ille sistat. At cùm agitur de præstanda certa quantitate, nihil ineptiùs quàm quòd ille soluendo pęnam minorem quantitate stipulata liberetur. Non enim consonat, quod qui promittit centum sub pœna viginti liberetur soluendo illa 20. in stipulatione deducta; ex vna enim fideiussione ad aliam non infertur, cum sunt diuersæ, prima extinguenda morte rei, secunda nequaquam; latè Farinac. q. 34. tit. de carceribus nu. 37. vers. sublimita. Quòd hæc fideiussio contineat certam quantitatem est tex. rotundus in l. iudicatum solui ff. iudica solu. facit in simili, quòd emphiteota ob non solutum canonem cadit à iure suo, etiam si in contractu emphiteusis apposita sit pęna ob non solutionem cannonis. Corbul. in tract. de iur. emphiteu. tit. de caus. priuat. ob non solu. cano. limit. 9. cuius fundamenta, & rationes casui nostro deseruiunt. Ideo in casu nostro pęna illa non perimit sortem.

Hæc opinio verissima est in se, quia quando pena adijcitur facto, cuius interesse est declarandum, & probandum videtur adiecta, & subrogata loco interesse, Benintend. decis. 16. in fin. Alex. conf. 66. num. 11. lib. 7 per t. x. in l. vlt. ff. de prætor. stipulat. vbi quæ pœnæ nomine pecunia promittitur, interesse vice nihilominus succedit; & hoc infinitis comprobat auctoritatibus Crauett. cons. 693. nume. 11. vers. neque ad rem, & ferè per tot. præsertim verò, vers. non obstat secundum, vbi quod quoties loco eius quod interest, adiecta pœna creditur; si pluris intersit quàm in pœna, sit id quod pluris interest, rectè exigitur. Et hic est casus noster.

Adde quod si animaduertamus ad memoratam petitionem Velasquij in dicta eius comparitione quæ principaliter tendit adhoc, vt captura contra eum concessa tolleretur offerens ideo absolutè, & absque vlla limitatione fideiubere de se consignando, & ne id denegaretur propter interesse fisci ob dictas pecunias extractas e regia Thesaura-

ria

In una falsitatis commissæ.

NVlo modo auffugere possunt pœnam l. Corneliæ de falsis hi, qui in actis fori Ecclesiastici inseruerunt manda tum tanquam sub anteriore tempore, super quo consistit vis totius Iudicij, & sententiarum obtentarum. Nam sero sapiunt Phriges, & hæc suppositio propriè cadit sub incude d.l. Corneliæ iuxta text. celebrem in l. Paulus. §. 1. ff. eodem.
1 Farinac. tit De falsitate q. 150 nu 96. 99. vers. Amplia 21. & hoc quando hæc suppositio fit fraudolenter, & dolosè, & in alterius præiudicium. Idque præsertim locum habet, quia in specie fuit oppositum contra Canonicum Bolati agentem vti Sindicum, & procuratorem Capituli.

Malitia crescit, nam cum aduersarij dicti Borroni sub die 20. Iunij coram Reuerendiss. Præposito Scalense vidissent fuisse oppositum defectum mandati, & processum esse nullum, calliditate Damiani Gardini eorum sollicitatoris conuenerunt Notarium Archiepiscopalem, & ab eo petierunt extrahi processum, Quodque in eo insereretur mandatum, sicque in processu inseri obtinuit.

Ad quam falsitatem probandam accedit fides Notariorum, & præter fabricationem dictæ falsitatis, accessit etiam vsus dictæ falsitatis; Nam coram M. Reuer. D. Fideli Iudice appellationis dictæ causæ dictum mandatum productum est, & petitum est declarari benè iudicatum per M. Reuer. Vicarium Archiepiscopalem, & malè processum per Reuerendiss. Præpositum Scalensem, qui ad fauorem Borroni iudicauerat attẽtata esse reuocanda, & admonito dicto Reu. Fideli de dicta falsitate commissa, fuerunt interrogati aduersarij, an vellent vti dicto processu, & actu, cui interrogationi respondit procurator, & sindicus velle vti.

Accusati fuere a Borrono dicti aduersarij de falsificatione, & petita fuit coram dicto M. Reu. Fideli, vel vbi ex defectu iurisdictionis non posset iudicare, vt remitteret causam ad Iudicem ordinarium.
2 Ad fundandam autem intentionem prædictus Actor, petijt coram dicto M. Reu. Fideli videri originalia acta, vtq; informationes a Notarijs assumeret de dicta falsitate, atque

que interim in causa ciuili supersederet, ex regulis communibus, de quibus per Bart. in l. Diuus. ff. de publ. iud. Capic. decis. 25. In causa num. 1.

Hic Egr. D. Fidelis etsi viderit oculis proprijs inter acta nõ adesse aliquod mãdatũ, aut mãdati productioné, procedere haud tñ voluit, nec illius falsitatis rõnem habere, quia ita in animo gerebat, aduersantibus legibus, & omnibus cõtéptis, sentẽtiã Vicarij Archiepiscopalis confirmare, prout fecit; Nam stans pede in vno, ad balistam, non adhuc visis actis agitatis coram dicto Reuerendiss. Præposito Scalensi uiro summę eruditionis, & Iudice iustissimo, & transmisso peremptorio sine expressa die comparendi, in loco insolito, & abscondito, fugitiuè, pugnæ Parthorum instar, facta etiam, quod deterius est, mentione, quòd viderit dictum mandatum, reuocare sententiam dicti Reuerendiss. Præpositi, condemnando etiam in expensis, & reijciendo etiam dictam appellationem, veluti per contemptum omnia agendo: & ne quid deesset ad tantam iniustitiam, & ad coronidem, addidit condemnationem in fructibus, non constito de eorum liquidatione, attentando contra Borronum pendente appellatione, quæ executionem suspendebat, & omissis tot nullitatibus vrgentibus contra dictam sententiã. Et complectendo tantùm ea, quæ pertinent ad hanc falsitatem, vt illa eniteatur, & se se prodeat.

Agitur de pluribus personis comprehensis in hac accusatione.

Primo, Damiano Gardino sollicitatore aduersariorum, qui inseruit dictum actum mandati malitiosè, & fraudolenter vt ex fide notariorum apparet. Secundo, idem mandatum produxit coram Iudice D. Fideli, petens declarari benè iudicatum per dict. Reu. Vicarium Archiepiscopalem, & malè processum per dict. Reuerendiss. Præpositum Scalensem ad reuocationem attentatorum, cuius mandati nullã habenda erat ratio, quia non erat de actis, c. quoniam contra de probationib. & de substantia Iudicij erat mandati productio, quando oppositum est, iuxta Crau. cons. 108. In ista causa, quicquid sit quando non est oppositum, ex Bald. cons. 122. Vtrum dictus processus lib. 3. & quando nõ resultat ex actis perindę est, ac si nullum factum foret, quia falsitas probatur

tur per inspectionem actorum, ita in terminis Vant. de nullitate ex defectu inhabilitatis, seu mandati comparentium num. 62. vers. In primis, & tenetur ad refectionem damnorum, interesse, & expensarum, Vant. ibi num. 67. De dolo autem eius apparet ex eo, quòd delegata tota causa dicto M. Reuer. Fideli, Gardinus interim pro suo cliente procurauit, vt extraherentur processus agitatus in prima instantia coram dicto M. Reueren. Vicario Ciuili. Cumque in actis non reperiretur dictum mādatū procuræ, fuit de hoc admonitus a Regreto coadiutore, substitute, Cui statim attulit dictū mādatū, & omni ope studuit vt insereretur in processu, quod Regretus facere renuit, sed cum Gardinus processū habere nollet absq; dicti mandati insertione, cum Regreto conuentum est, vt de hoc alloqueretur Actuarium Iacobū Antonium Cerrutum, qui requisiuit ab ipso Cerruto, An id impunè ab eo fieri posset, a quo responsum habuit, An pars opposuerit defectum mandati; At Regreto respōdente, quòd non inuenerat aliquam oppositionem, tunc Cerrutum dixisse, quod apponeret. Qui. Gardinus appofuit post comparitionem vltra annum, & addidit hæc verba, Et pro legitimatione personæ suæ, dict. comparens exhibet instrumentum mandati, & insertum est mandatum, nulla facta expressione diei in quo facta est dicta additio, & contra dictum Gardinum examinatum vti confessum agitur. Ideò nullo modo eius causa defendi potest, iuxta illud, Non est confessi causa tuenda Rei. l. 1. C. de confess. l. qui sententiam. ff. de pœnis. Nec Gardinus habet aliquam excusationem, ex eo quod sequutus fuerit consilium dicti Cerruti, Nam pro officio suo tenebatur requirere an oppositum fuisset, cum vere oppositum fuerit coram Reuerendiss. Præposito Scalense sub die 10. Iulij, & etiam in prima instantia modo expresso per dictum Regretum, ita plenè habetur apud Mascar. de prob. littera Dolus. nu. lib. 1. Crau. cons. 172. nu. 5. Quin etiam obstabant ordines Illustriss. D. Cardinalis, tenoris huiusmodi vlz.

Forensis quilibet, siue Actor, siue Reus in prima citatione, præceptoiè, vel monitione, aut comparitione, suum teneatur eligere domicilium in præsenti ciuitate Mediolani, vel procuratorem cognitum, & reperibilem constitue-

re,

re, instrumentumq; mandati in publicam, & authenticam formam in actis dimittere, sub pęna nullitatis.

Deniq; in suis constitutis fatetur Gardinus, post sententiam etiam procurasse executionem, tàm coram Vicario ciuili, quàm coram ipso D. Fideli, licet haud eum lateret se commisisse dictam falsitatem. 3

Videamus, an excusetur ille Gardinus, ex quo dixit se fecisse additionem sic cantantem, Et pro legitimatione personæ suæ præf. comparens instrumentum sui mandati, quæ additio posita fuit sub die 3. Iulij 1611. post sententiã prolatam per dict. Vicarium ciuilem, nulla facta expressione diei, in quo illa facta fuit. Augetur istius dolus, quia coram Reuerendiss. Præposito Scalense in specie fuerat oppositum de defectu mandati sub die 20. Iunij, & dictus Gardinus replicauit fuisse exhibitum, licet verum non esset, & ideò sub die 27. eiusdem mensis dedit ordinem Regretto pro extractione processus, & mandatum inseruit.

Regretus etiam non euadit pœnam falsi, quia licèt dicat se consuluisse Cerrutum, vtrum posset dictum mandatum inter actã recipere, quod ante non fuit productum, attamen cum Cerrutus eum monuerit, vt videret, an oppositus fuisset defectus mandati, sibi imputandum est, cum non potuerit sub die repetita, citra pœnam falsi, permittere, quod adderet dicta verba Gardinus, nec poterat processum edere cum dicto mandato, cum non esset de actis productis.

Neque error aliquis potest eum excusare contra quem præsumitur dolus, quia fecit rem prohibitam, Anchar. cōs. 73. nu 6. Curt. sen. cons. 55. num. 11. verf. Nec ob quintum, & num. 18. Ceph. præceptor meus cons. 113. nu. 20, & dolus præsumitur in his, quæ sunt de genere prohibitorum, C. siccar. lib. 1. Crescit dolus in iste notario, quia iam aduerterat dictum defectum mandati, & renitentem se præstiterat in edendo acta cum dicto mandato, cum verè non esset in actis, & vt haberet aliquam excusationem, confinxit se consilium requisiturum a Ceruto, quod tamen non fuit sequutum, omni in casu cognita falsitate debuisset abstinere ab vsu illius actus, iux. cumulata a Farin. q. 159. nume. 25. verf. Limita quinto. 4 5

Præterea quæritur, an Sindici, & Capitulum de delicto

Mm hoc

hoc argui possint, quorum nomine acta vitiata, & corrupta sunt, & ad eorum vtilitatem, quo casu subintrat consideratio; cuius bono, de qua per Bart. in l. fin. in 5. quæst. ff.
6 quæst. & apud Franc. Aret. in conf. 163. col. pen. in prin. vbi quòd præsumitur mandatum retrofactum, quodq; per vtilitatem quæ quæritur ex delicto, videtur declarari abinde retrò eius nomine esse delictum commissum. Omni in casu, Capitulum, & Sindici sciebant non esse productum mandatum, & per partem fuisse oppositum, & tamen ratã habuerunt falsitatem inter acta commissam, & in Iudicio comparuerunt coram M. R. Fideli, & hac exceptione non obstante, sententiam retulere, & executionem enixè petiere. Tenetur enim principalis de vsu falsæ scripturæ productæ à suo procuratore, & de eius mandato, quando fal si-
7 tatem sciebat. Add. Giacar. ad Clar. §. falsum litera M. Farinac. d. q. 159. num. 20. circa med. Ergo tanquam participes, & Rei huius falsitatis sunt habendi, cum sine insertione dicti mandati perijsset iudicium, Crauet. conf. 237. col. penult. lib. 2. Tiber. Decian. in 2. tract. crimin. tit. de ratificante. cap. 38. nu. 8. lib. 9. Mascard. de prob. lib. 3. conclus. 1256. in littera Ratificatio. n. 8. Roman. conf. 105. n. 2. Cum ergo isti Sindici institerint pertinaciter vtentes falsa mandati insertione, & factum procuratoris falsum ratificauerint, expressè, & tacitè, & Gardinus examinatus deponat, quod facta fuit interrogationi si vult vti responsio sciente Reu. Canonico, quod etiam in confrontatione sustinuit, non video quomodo illi effugere possint, quin vti socij in delicto puniantur, cum debuissent data scientia huius falsitatis vt sup. abstineri.

Venio modò ad Meliauacam, qui antequam ab alio cõdemnetur, seipse ipsum condemnat, & iudicij sui acrimoniam hoc in casu a se abiecit: fatetur ille in suo examine, è suo capite, neque communicato negotio cum Præposito, & Canonicis Bollati, Respondisse intertogationi, quòd volebat vti, Videtur enim ille in dolo, quia omne, quod egit, tendebat ad sustinendum acta nulliter ab eo acta, cum nunquam ille existimasset emersuram dictam falsam mandati
8 insertionem, & hoc casu cum procurator Meliauacha non teneretur respondere. attamen cum respondiderit ipse, tenetur

netur de falso, Castren. in l. si ius iniquum. §. procurator. nu. 5. ff. quod quisque iur. Rom. conf. 105. num. 2. Tenetur ergo falsi procurator, qui dicere potest illud Francisci Petrarchæ. *Se dalle proprie mani questo n'auien, Hor chi fia che ne scampi.*

Nunc de horum pœna differendum est.

Quo ad primum, cum falsitas fuerit commissa inter acta, ipso iure Canonici perdiderunt causam, Boer. dec. 292. nu. 1. & licet procurator committendo falsitatem inter acta, non faciat perdere causam suo principali, iuxta Farin. d. q. 150. nu. 36. vers. Limita primo. Attamen, quia vt supra dixi, ex ratihabitione falsitatis delictum Domino ascribitur, 9 idem dicendum est; Nam cessat ratio, quod non sit credendum eum dedisse mandatum ad aliquid illicitum faciendū; Rim. iun. conf. 355. nume. 8. lib. 3. nisi ad id habeat indiuiduum mandatum, Farinac. d. q. 159. num. 20. versic. Limita quarto. Menoch. de arbitr. iud. casu 315. n. 23. Franc. Burs. conf. 122. nu. 12. cum versemur in clara voluntate Domini certificati de falsitate, & nihilominus vtentis, & ratificantis dictum mandatum vti in actis productum.

De Cerruto autem sic dicendum, puto teneri de consilio malo dato Regreto; & contra ordines Illustriss. Cardinalis Borromei, de quibus supra, quorum ipse certam scientiam habet, argum. cap. quoniā contra iura. de reg. iur. in 6.

Nam patiendo suppositionem dicti mandati non producti in actis, cum ad eius officium attineret prohibere; non caret scrupulo societatis occultæ, iuxta not. in l. qui patitur, ff. mandati. l. semper qui non prohibet. de reg. iur. cum similib.

Et cum versemur in prohibitis, error D. Cerruti non admittitur, imò dolus, cum sit de pertinentibus ad officium suum, glos. in l. iubemus. §. fin. & ibi glos. in verb. dolosè. C. de testamen. & hæc est præsumptio iuris, & de iure, Felin. in cap. ex litteris. nu. 4. de fid. instrum. adden. ad Dec. in l. si librarius. nu. 12. in littera præsumitur. vers. Tamen, 10 vt limitatur, ff. reg. iur.

Cum enim iam orta esset controuersia super hoc, debuisset citari prius eum de cuius interesse agebatur, & audire

illius exceptiones, quod cum non fecerit, sed dissimulaverit, author huius falsitatis est habendus, cum nihil mutari posset de actis absq; partis citatione. Ex his puto contra eum procedi posse, & debere, ne tàm futilis fit alienum damnum.

Sunt præterea omnes puniendi ob hanc falsitatem pena arbitraria, Farin. d. q. 150. nu. 21. vers. Tertia fit conclusio. Caball. resolut. crimin. casu 165. num. 21. Grauius tamen
11 puniuntur ij, qui inseri mandarunt mandatum, & qui illud inseruerunt, quàm illi, qui vsi sunt, Honded cons. 109. nu. 11. lib. 1. Taceo quibus modis, & circumuentionibus peruenerint ad sententiam contra Borronum, vt verè me pudeat viros sanctioris vitæ, iustitiam sic contemnere, ferẽdo sentẽtias venalibus proximas, Quibus Deus ignoscat. Ex his &c.

LAVS DEO.

Nota est iam lippis, & tonsoribus, vt aiunt quæstio quæ Coram Ill. Magistratu Extraordinariorum redditum huius status agitatur num facta comparitione per Didacũ Velaschium Coram Ill. Delegato à S. Excell. in causa nuncupata testamentorum falsorum in qua præsentiendo contra eum agi processum occasione aureorum plusquam sex mille extractorum e regia Thesauraria prætextu dictorum testamentorum ne caperetur, prout maxime formidabat obtulit fideiubere de se consignando &c. & etiam de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo petens ideo capturam si quæ contra eum concessa erat tolli vt tutò, & liberè vacare posset eius officio locumtenentis computatoris principalis exercitus huius status, & hoc tàm ratione temporis præteriti, quàm futuri, & secuta ordinatione per dictum Ill. Delegatum omissis verbis superfluis in hæc præcisa scilicet *PRÆSTITA tamen prius per eum fideiussione de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo, & de se consignando &c. ad omnem ipsius delegati requisitionem, & toties quoties &c. Et hæc omnia sub pœna scutorum quingentorum auri R. Cã. applicandorum casu &c.* Et demum præstita fideiussione pro ea summa de stando &c., & de consignando &c. omissis illis

illis verbis, *& hæc omnia* dici possit in iure fideiussionē hanc restrictam fuisse ad illos aureos quingentos pro vtroq; capite tam quoad consignationem quam quo ad promissionem de stando iuri &c. ita vt fideiussore soluente hos aureos quingentos dicatur liberatus quoad vtramq; obligationem, An verò melius dicta fideiussio scutorum quinquecentum verificetur tantùm in ea obligatione quæ respicit iudicium criminale videlicet cōsignationis ipsius Velaschi ad omnem requisitionem, & toties quoties pro delicto, remanente nihilominus fideiussore obligato simpliciter quoad interesse rei persecutorium quod ciuile redditur ex formula de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo.

[?] Et licet ad sustinendam, & verificandam hanc postremā, & veriorem interpretationem superioribus diebus multa deducta fuerint, & in iure, & in facto pro Illustri Secretario Echauarri cuia interest ob molestiam quæ ei corā præf. Ill. Magistratu infertur à fisco ratione obligationis in solidum cum ipso Velaschio pro quadam pecuniarum summa cum damnis interesse, & expensis vigore prætensæ sententiæ in prædicta causa testamentorum latæ; & præsertim quod secundum postremam hanc intelligentiam, ita fuerit votatum per magnam curiam Regni Neapolis, vt apud Afflictum decis. 224. quem sequuntur Carauita super ritu 182. nu. 8. Follerius in suis fragmentis post. pract. crim. nume. 160. vers. sed pone quòd quis, & nouissimo loco Moscatellus Neap. in sua pract. fideiuss. par. secunda quæst. secunda num. 11. Attamen quia videtur suborta dubitatio casum illum Afflicti non esse adeo cōsimilem huic nostro, & adesse nescio quas scribentium authoritates quæ in contrarium facere videntur ne tempus super hac disputatione diutius teramus operæ pretium esse existimaui nonnulla alia quæ quæstionem hanc pro ipso Ill. Secretario, & siue verius pro Regio Fisco cuia magis interest tàm ratione exemplaritatis, quàm vtilitatis clarissimam reddunt in mediū afferre.

Et primo, quòd illa adiectio facta post promissionem de soluendo iudicatum, & de se consignando in hunc modum, *Et hæc omnia, sub pœna scutorum* 500. *&c.* non nouat præcedentem obligationem, sed magis illius effectum auget, ex doctr. Barto. & aliorum ad l. ita stipulatus, & l. qui Romæ

§. Flauius ff. de verb. oblig. & l. apud §. Labeo ff. de dol. excep. Nam pro regula constituitur, quòd stipulatio pęnalis non nouat præcedēt. sed ex vtra voluerit agere stipulator semper possit, vt quod plus est, in altera consequatur, siuè pœnalis plùs contineat, siuè minùs glo. ad l. 2. C. de iur. emphitheut. siuè ex causa onerosa contrahatur, siuè lucratiua, Castr. ad l. quàmuis, C. de vsur. Et huius conclusionis ratio est, quia qui pœnam subijcit, confirmandæ stipulationis principalis causa facere videtur, vnde quod in fauorem stipulationis inductum est, non debet retorqueri in odium Id quod maximè procedit, si pœna sit adiecta vice contemptus, Hoc clarè explicat Alcia. ad d. l. ita stipulatus quæ est l. 115. nu. 39. vers. quid ergo.

Nihil ergo, esset insulsiùs, quàm quod fiscus loco pænæ adiecisset longè minorem quantitatem, quàm inesset in prima stipulatione de iudicatum soluendo.

Hoc insuper confirmo ratione efficacissima. Clarum est, quòd pœna, quę in stipulationibus prætorijs apponitur, nō exigitur, nisi quatenus intersit, Quare cùm fisci non intersit exigi pœnam, sed id, quod à debitore debetur, idest id, quod commissum est indebitè à Didaco Velasco: ergo non pœna, sed sors ipsa debetur. Nam sequeretur quòd extraordinaria pęna ad commodum fisci operaretur maximam diminutionem sui iuris: ita enim distinguitur inter stipulationes conuentionales, & prætorias, vt latè apud Osasc. Pedemont. decis. 70. Cùm in castro. impress. Venet.

Ad hæc aduertat Regius Fiscus, quod vbi velit insistere super hoc, quod fideiussio sit restricta ad pœnam, & eam eligere possit fideiussor; sequeretur, quòd ipse videretur pro parte Didaci recessisse à iure solidi, & diuisisse creditum suum, & sibi imputandum foret, qui cùm posset à detento, solidum, & totum exigere, illa parte fuerit contentus. In quam rem est doctrina Barto. ad l. ex duobus, in 1. q. ff. de duobus reis per tex. in l. si creditores C. de pact. vbi quòd ex receptione partis debiti soluti ab vno ex correis debendi, inducitur diuisio debiti, ex qua quoad omnes reos debendi inducitur exceptio pacti de non petendo, & sic alij pro virilibus partibus tantùm conueniri possunt, secundùm Alex. ibidem ità colligentem ex illo textu &c.

Secun-

SEcundò accedit alia consideratio punctum hunc attingens. Clarum est quòd quando prima obligatio plus continet quàm secunda, nunquam censetur inducta nouatio primæ l. qui vsumfructum ff. de verb. obligat. Bar. in l. 1. §. 2. ff. de præt. stipul. Abbas in cons. 24. illud de iure. col. 2. ante nu. 1. vers. & si diceremus, in secundo vol.

Quarè si diceremus per pœnæ adiectionem limitatæ ad scutos 500. nouatam fuisse præcedentem promissioné simplicem de iudicatum soluendo, multò esset debilior pœna, quàm prima obligatio simplex, quæ longè maiorem summam continebat.

Hoc verò tanto clarius est, quia iam Didacus à Velasco vtrumque se præstiturum obtulerat, & fideiussionem de se consignando, & fideiussionem de iudicatum soluendo, vnde concessio subsequuta per Ill. Delegatum præsumitur cōformis nō autem difformis petitioni, & supplicationi porrectę, cap. inter dilectos vers. cæterum de fide instrum. vbi Bal. & facit tex. in l. 1. ff. de diuers. rescript. & probatur in l. si deffensor §. Qui interrogatus ff. de interrog. act. Alex. cons. 84. col. vlt. in primo vol. & vbi concessio dubia est, debet referri ad petitionem, & secundùm eam intelligi. Ruin. cons. 43. circa id num. 8. lib. 1, & 37. visis his. nu. 1. in 5. Alci cons. 163. Illust. nu. 9. Gram. decis. 103. nu. 201. Aliter enim intelligendo videretur Ill. Delegatus plus ei concessisse quā peteret, imo id quod non petebat, quia non petebat se admitti cum fideiussione tantum scut. 500. sed cum fideiussione simplici indeterminata; quare si fieret interpraetatio in minori summa, quam se se offerret, eum esse obligatum, esset sententia difformis libello, & petitioni, & inæpta cōtra l. vt fundus ff. communi diuid. cap. licet Hely, de Simo. Crauet. cons. 188. col. 1, & iudices qui lædunt ius fisci damnum ei inferentes contra ius, tenerentur de suo resarcire damnum fisco.

Vlterius ex oblatione facta in iuditio in quo quasi contrahitur erat ius quæsitum nedum fisco, sed etiam cæteris correis debendi vnde illud ius auferri non poterat ex communibus regulis quod ius etiam in spe quæsitum auferri nō potest inuito eo cui quæritur ex cumul. per Tiraq. de retra. conuent. §. 1. glos. 7. in verbo *ferunt preferer*. nu. 18 cum

tribus numeris sequentibus, & acta inter alios probat etiā fauore tertij quando ille tertius ius habet commune cum iure illius qui fuit in lite. Bald. l. 2. C. de ed. nu. 17. Mascard. de prob. conclus. 33. nu. 30. vers. limitatur tamen.

Sed punctualiter adduco Bart. in l. ex duobus nu. 35. vers. sed iuxta ff. duobus reis, vbi format quæstionem in creditore existente in mora recipiendi quoad vnum ex reis debendi qui exempli gratia obtulit pecuniam debitā quæ postea perempta est, an alteri scilicet correo debendi prosit; dicit Bart. quòd sic, quia quolibet alio extraneo offerente prodesset, per multa iura quæ allegat, ergo in casu nostro si diceremus quòd Fiscus acceptasset fideiussionem limitat. ad scutos 500. reiecta oblatione fideiubendi pro tota summa diceretur fuisse in mora recipiendi fideiussionem oblatam pro toto debito, & illa mora ei nocere debet, e contra verò prodesse d. correo debendi Ill. Secretario Ecchauarri, vt dicatur liberatus à iure solidi.

TErtiò licet glossæ vlt. authoritatem ad l. vlt. ff. si quis in ius vocat aliqui prosternere conentur, quia sic dicat: *Sed quid si adiecit pœnam, & est minor, quàm interesse, numquid ad interesse agere poterit? respond. quod sic, nisi nouatio fuerit, quæ præsumitur secundum vetera iura, hodie non.* At pœna scut. 500. est longè minor debito. ergo &c. Attamen hanc glo. communiter esse approbatam vult Ias. ad l. primam §. in fideiussorem num. 5. ff. qui satisd. coga. vbi reprahendit Castren. dicentem quòd illa gl. loquitur in principali, quia errat Castren. ex quo glo. verè loquitur in fideiussore de iudicio sisti. Ego verò ad d. l. vlt. incip. Cum quis colligo ex Castren. non improbari d. glo. sed tantùm circa illud, an nouatio præsumatur, necne recurrit ad doctrin. Barto. ad l. ità stipulatus ff. de verb. obligat. an præcedat stipulatio ex causa onerosa, & non præsumitur nouatio; aut ex causa lucratiua, & præsumitur. At in casu nostro præcedit stipulatio ex causa onerosa, ergo per appositionem pęnæ non inducitur nouatio: ex quibus conuincitur falsa opinio Farin. allegati in contrarium nulla authoritate suffulti, sed tantum sua opinione, & quidem dubitatiua; cum etiam aliàs omni in casu in dubio pro fisco esset pronunciañ. l. Non puto ff. de iure fisci.

Ad

Ad hæc cùm fideiussio de iuditio sisti sit incerta, & de iudicatum soluendo, sit certa, cùm habeat quantitatem annexam, pœna non tollit certam quantitatem expræssam. Doctores enim omnes ponunt quæstionem in fideiussore de iudicio sisti, nam pœna demonstrat tanti interesse fisci, quòd ille sistat. At cùm agitur de præstanda certa quantitate, nihil ineptiùs quàm quòd ille soluendo pęnam minorem quantitate stipulata liberetur. Non enim consonat, quod q.ui promittit centum sub pœna viginti liberetur soluendo illa 20. in stipulationem deducta; ex vna enim fideiussione ad aliam non infertur, cum sunt diuersæ, prima extinguenda morte rei, secunda nequaquam; latè Farinac, q. 34. tit. de carceribus nu. 37. vers. sublimita. Quòd hæc fideiussio contineat certam quantitatem est tex. rotundus in l. iudicatum solui ff. iudica solu. facit in simili, quòd emphiteota ob non solutum canonem cadit à iure suo; etiam si in contractu emphiteusis apposita sit pęna ob non solutionem cannonis. Corbul. in tract. de iur. emphiteu. tit. de cauf. priuat. ob non solu. cano. limit. 9. cuius fundamenta, & rationes casui nostro deseruiunt. Ideo in casu nostro pęna illa non perimit sortem.

Hæc opinio verissima est in se, quia quando pęna adijcitur facto, cuius interesse est declarandum, & probandum videtur adiecta, & subrogata loco interesse, Benintend. decis. 16. in fin. Alex. conf. 66. num. 11. lib. 7. per t. x. in l. vlt. ff. de prætor. stipulat. vbi quæ pœnæ nomine pecunia promittitur, interesse vice nihilominus succedit; & hoc infinitis comprobat auctoritatibus Crauett. conf. 693. nume. 11. vers. neque ad rem, & ferè per tot. præsertim verò, vers. non obstat secundum; vbi quod quoties loco eius quod interest, adiecta pœna creditur; si pluris intersit quàm in pœna, sit id quod pluris interest, rectè exigitur. Et hic est casus noster.

Adde quod si animaduertamus ad memoratam petitionem Velasquij in dicta eius comparitione quæ principaliter tendit adhoc, vt captura contra eum concessæ tolleretur offerens ideo absolutè, & absque vlla limitatione fideiubere de se consignando, & ne id denegaretur propter interesse fisci ob dictas pecunias extractas e regia Thesauraria

ria etiam de stando, & parendo iuri, & quod agebatur de crimine peculatus notabilis quãtitatis in præiuditium Regij Fisci commisso, vt prætendebatur per ipsum Velaschiũ virum non contemnendæ existimationis exercentem officium publicum regium eminens, & pecuniarium, & tàm ratione temporis præteriti, quàm futuri, & coram Illust. Delegato à Sua Excell. quæ valde cupiebat Regiæ Cameræ satisfieri, & vt delinquentes exemplariter punirentur nulli dubium quin hæc fideiussio scut. quingentorum ne dum satisfaciebat soli obligationi de se consignando, sed satis minori constabat quam par erat: tanto magis, quia idem Ill. Delegatus ab alijs correis minoris qualitatis, & officij tunc temporis maiorem fideiussionem exegerat, & postmodum vnà cum alijs condelegatis ipsummet Velasquium ad præstandam fideiussionem aureorum mille, respectu solius cõsignationis adegit. Quòd si quis pertinaciter adhuc asserere velit fideiussionem hanc deseruire posse vtrique obligationi in illud longè absurdius, & insulsius impinget, quia facta horum aureorum quingentorũ diuisione partes neutique vel nisi in modica, & nullius consideratis parte singulis promissionibus, & obligationibus correspondebunt.

Neque adiumentum aliquod à subsequenti ordinatione omnium delegatorum mendicetur ex quo in ea primò loco referatur fideiussionem hanc aureorum quingentorum præstitam fuisse ratione promissionis de stando, & parendo iuri, quia iam ex quampluribus rationibus, & fundamentis allegatis corruit, & tanto magis, quia si fideiussio hæc præstita fuerat pro sola obligatione de stando, & parendo iuri vbinam gentium reperiemus in ea prima ordinatione fideiussionem aliam, vel aliquam præstitam fuisse de se consignando quæ principaliter, & primo loco in dicta comparitione super qua facta fuit dicta ordinatio obiata fuerat? & necessariò præstari debebat?

Addo punctum vnum qui certe ratione proprij interesse mouere potest, & debet tàm Iudices, quàm Fiscum ad amplectendam memoratam interpretationem sequendo iuris terminos amoto arbitrio, quia si declararetur fideiussorem ad amplius non teneri quam ad solutionem illorum aureorum quingentorum dato etiam quod iam illi soluti

sint

sint adhuc tamen Regia Camera, & Fiscus in damno euidenti, & irreparabili erunt summæ aureorum circiter sexcentorum quorum adhuc ipse Velasquius ex persona propria computatis damnis, & interesse, ac expensis in hunc vsque diem passis, & factis debitor extat Regiæ Cameræ, vt liquet ex computis factis ex ordine præf. Illust. Magistratus per Rationatorem Generalem Torniellum in actis Cancellarij præsentis causæ, & hic quæso diligenter animaduertatur ne ipsi Iudices de suo refundere cogantur, prout teneri scribit Bos. in sua praxi titulo de carcerat. fid. com. num. 70. & 71. vers. Aliud etiam est aduertendum.

Laus Deo.

Franc. Bernardinus Porrus I. C. & Aduocatus Mediolanensis.

Allegationes iuris Egr. I. C. DD. Petri Cantoni, & Franc. Bernardini Porri.

D. Cantoni.

IVSTE contendunt Franciscus de Magistris, & Notarius Pinotinus, vt, antequam ad vlteriora procedatur, omnes testes instrumentarij examinentur, ex quibus veritas haberi facile potest, cum ad iustum Iudicem pertineat rei veritatem inuestigare, ne quis innocens vexetur, & alioquin satius esse duxerint legum conditores, nocentem absolui, quàm innocentem condemnari.

Quamuis enim Senatus Excellentiss. ad importunas preces Querelantis, D. Iudici mandauerit, vt, vbi ex dicto Pronotariorum, & testis noti constet quòd non fuerit numerata pecunia, Notarium, & dictum de Magistris detineri faceret, & facto examine, reos constitueret, & non relaxaret inconsultò Senatu: nihilominus re melius intellecta, opportunè omnium indemnitati, & iustitiæ consuluit, datis ad eundem D. Iudicem huiusmodi litteris, videlicet.

Visis expositis in inclusis precibus Francisci de Magistris, & socij, vbi pro veritate facti necessariæ sint petitæ diligentiæ, mandamus vobis, vt antequam ad aliquam determi-

minationem in narrata causa deuenietis, omnes testes, & Pronotarios instrumentarios examinetis, & curetis habere veritatem huius negotij, & eis omnibus examinatis, negotium in plena Curia proponatis, & cum ea quod iuris erit statuatis, tam super reatu, quàm super alijs omnibus in causa per ambas partes deductis.

Quod rescriptum, & prouidentiæ Amplissimi Ordinis, & iuri valde congruit; quandoqidem ipsemet Senatus Excellentissimus suis ordinibus editis die 15. Ianuarij 1580. cauit, ne iniungatur, vt pendente processu quis relaxetur, uel retineatur, aut aliud fiat, quod per Iudices prouideri potest, & debet, sed omnia Curiæ, & Iudicibus permittantur; nisi euidenter Iudices indebite facerent; quo casu, habita aliqua causæ cognitione, Iudice vocato, & negotio in Senatu tractato fiat prouisio. Itaq; quòd Senatus Excellentiss. negotium hoc Curiæ remisit, sua prouidentia, suisq; decretis vsus est. Quod verò testes omnes instrumentarios examinandos censuit, rectè, atq; ordine, more suo fecit. Agitur enim de capite, & existimatione non solum ipsius Francisci Magistri viri probi, & honesti, sed etiam Notarij probatæ vitæ, aduersus quem nihil mali vnquam suspicatum fuit.

Præterea non allegatur aliqua causa propter quam moueri debuerit Pinotinus ad falsum committendum, quæ committi non solet sine causa, nec sine animo lucrandi. Vulpell. in cons. 129. nu. 33. Ambrosin. in decis. 25. nu. 29. p. 1. Immo committi non solet, nisi aliquo magno suscepto, vel proposito commodo. Alex. in cons. 129. nu. 10. vol. 3. Bertazol. in cons. 56. nu. 6. & cons. 140. nu. 23. vol. 1. crim. Farinac. in cons. 60. num. 85.

Agitur etiam de Querelante nedum extero, verum etiã vt fertur, deploratæ conditionis, qui posteaquam foro cessit, & non minus famæ, quàm bonorum suorum iacturam fecit, aliena quoq; prodigus est; quamobrem in negotio excitato per decoctorem aduersus creditorem ne soluat, cautissime procedendum est, & præ oculis habenda sunt verba Baldi in cons. 166. nu. 4. & in cons. 382. in fine, & in cons. 400. nu. 3. vol. 5. quem etiam refert Benuenut. Strach. de decoctor. p. 3. nu. 1. videlicet falliti sunt infames;

mes, &c. & more antiquissimæ legis deberet tradi creditoribus laniandi &c. facilesq; sunt ad mentiendum, & colludendum; & à communiter accidentibus falliti sunt deceptores, & fraudatores, præsumiturq; omnibus inesse, quod omnibus est commune, nec excusantur ob aduersam fortunam: & decoctor, ergo fraudator; vnde edictum fraudatorium.

Huic tàm vrgenti suspicioni ex Querelantis qualitate orienti succedit alia nihilo lenior, quòd ipse Querelans integro biennio machinam hanc moliendo distulit, quæ dilatio calumniæ præsumptionem inducit, Bald. in cons. 37. in fin. vol. 1. Cephal. in cons. 187. nu. 15. vol. 2. & alij relati per Mascard. in concl. 531. nu. 59. vol. 1. Menoch. in præsump. 48. nu. 16. lib. 1. Farinac. in quæst. 66. num. 103. & in cons 24. nu. 13. Hector Felic. in alleg. 162. nu. 4. part. 2.

Sed & alia maior suspicio emergit ex eo, quòd querelans ex toto numero testium pronotarios, & vnum testem expiscatus fuit, quos ad votum parabiles habuisse credendum est; cum tamen debuisset petere, vt omnes testes examinarentur, qui instrumento interfuerunt; nam quandò pauci testes producantur de negotio, in quo alij interfuerunt, oritur suspicio contra producentem, Aretin. in cons. 13. nu. 11. vers. Præterea. & in cons 82. col. 3. in prin. vers. Nisi fortè. & Crauet. in cons. 824. nu. 3. Immò verò suspicio oritur si non omnes testes examinentur, qui actui interfuerunt, vt in specie de eo, qui non fecit examinari omnes testes descriptos in instrumeto, quòd de falso arguebatur, scripsit Castr. in cons. 231. nu. 1. col vers. Resultat etiam. lib. 2. Presumiturque ipsos non producere, quia cognouerit eos contrarios sibi futuros Crauet. in cons. 665. num. 18. vers. Inde suspicioni. Testes enim, licet pauciores, concordantes cum Notarios bonæ famæ, & adiuuantes instrumetum, vti verisimiliora deponentes, præferendi erunt Crau. cons. 400. n. 32. & in cons. 653. nu. 51. Præcipuè notario viua voce deponente, Farin. in q. 158. nu. 169. 172. & seq. Itaque, vt cognoscatur quinam præferendi sint, necesse est omnes examinare.

Neq; dicendum est, q cum intentio Querelantis, & Fisci fundata videatur, non sint examinandi alij testes, ne forte

forte destruant fundamentum iam factum; quia hoc militare posset, si ageremus de testibus, qui superuenissent post fundatam fisci intentionem; sed cum sint testes necessariò edocti, & suspicione carentes, vti descripti in instrumento, nihil est, quod repugnet, quominus examinentur, ex traditis per Clar. in §. fi. quæst. 23. nu. 1.

Neque etiam ommittendum est, quod Querelans non satisdedit coram Abbatibus Collegij Notariorum, prout tenebatur facere inprimis, & ante omnia, iuxta formam stat. Mediolani cap. 344. vol. 1. quod procedit annullando, adeout processus aliter factus non valeat, & aliter contra notarios procedi non possit. Quamobrem non præstita dicta fideiussione & processu existente nullo, vlterius quærendum non sit. & ita &c. saluo &c. Mediolani die 10. Aprilis 1615.

Neq; poterit pars aduersa recitati statuti dispositionem euitare sub eo prætextu, quod de interesse Notarij non agatur nisi incidenter: tum quia quotiescunq; agitur de huiusmodi falsitate, non proceditur contra aliquem ex contrahentibus, nisi constito quod doli particeps fuerit: & ideo de eius interesse principaliter agi dicitur. Quin etiam, si essemus in casu in quo procedi posset etiam contra Franciscum de Magistris, adhùc vterque esset principalis: & ità sensit Senatus Excellentiss. dum dixit vt procederetur contra Magistrum, & socium. Prætereà quomodocunq; agatur de falsitate, quæ per Notarium commissa dicatur, semper verum erit, quod de interesse Notarij, deque eius existimatione agitur, ideoque semper præstanda est satisdatio, quæ virtute allegati statuti præstare debet pro expensis, damnis, & interesse, ac pro infamia.

Laus Indiduæ Trinitati, Deiparæq; Virgini.

D. Francisci Bernardini Porri additio.

Condescendo in sententiam prædictam, vt ad effectum procedendi criminaliter necesse sit omnes testes instrumentarios examinari, quando data paritate probationum excluditur falsum, & præsumitur pro notatio, & pro instrumento, alioquin daretur materia grauandi opinionem Notarij, & adducendi contrahentes in certum periculum

lum tàm famæ, quàm rerum. Ideò Iudex debet laborare in examinando omnes testes instrumentarios numerarios, Id colligitur ex solemni decis. Boerij 118.num. 17. & 18, & testes reprobantes instrumentum debent esse plures, quàm hi, qui stant pro instrumento latè Farin. q. 62. in tract. de test. & in tract. de fals. q. 158. nu. 100. post Curt. sen.cons. 55. nu. 5. adduco Bursat. cons. 33. nu. 15. vbi vult quòd quatuor testes, & plures requiruntur ad reprobandum instrumentum, quando aliqui stant pro instrumento, & ita sentit Menoch. casu 105. de arbitr. Iud. maxime nu. 18. Non debet ergo Iudex captare occasionem procedendi de falso, onimissis examinibus cæterorum testium, cum debeat laborare circa innocentiam inuestigandam.

Quo ad statutum 344. de quo in secundo puncto, illud est in viridi obseruantia, & vidi annullari multos processus, cum multum præsumatur de Notario, & eius bona qualitate, ideo non est ab ea recedendum. Laus Deo.

1615. De mense Maij.

Et ita fuit iudicatum cum assistentia Abbatum notariorum omnes testes examinandos, dicta per me publicè causa, mox etiam fuit liberatus cum honore.

Instructio in facto, & in iure pro M. Antonio Pinotino Notario. Indiuiduæ Trinitatis, Deiparæque Virginis Auspicijs.

Agitur sextus mensis ex quo M. Antonius Pinotinus, & Franciscus de Magistris coràm Egr. D. Iudice Equi Mediolani molestantur ad falsam querelam cuiusdã Octauij Ferri Bergomensis decoctoris, super eo *Quod 1 rafatus Magister opera quorundam fratrum de Vulpis, & memorati Pinotini induxerit ad confitendum per publicum instrumentum ab eodem Pinotino receptum vsque in Cal. Iunij 1612. sibi mutuo datas ab ipso Magistro lib. sex mille imp. præsentialiter, & in præsentia, &c. gratis, & amore Dei*, asseriturque in ea querela *nullas pecunias præsentialiter interuenisse, minusque numeratas, & traditas fuisse.*

Super ea querela mense Augusto 1614. Ferrus produxit pronotarios & testem notum descriptos in instrumẽto, qui à solo Notario examinati deposuisse videntur nullas interuenisse pecunias.

Cumque ad minus veras preces d. Ferri Senatus Excellentiss.

lentiss. D. Iudici Equi rescripsisset; *Vt constito quod in recitato instrumento scriptum reperiatur narratas libras 6000. pro memeratum de Magistris præsentialiter mutuatas, & exbursatas fuisse supplicanti, contrarium verò appareat ex depositione protonotariorũ, & testis partibus noti, qui dicto instrumento interfuerunt, statim nominatos de Magistris, & Pinotinum detineri faceret, & reos constitueret.* Virtute cuius rescripti Magister detentus fuit, & Pinotinus spontè se constituit.

Hi, cùm scirent eam querelam per maximam imposturam fuisse compilatam, & porrectam, vt debiti solutio euitaretur, &, licet illi testes fortè à querelante corrupti, veritatem obruere conati fuerint, nihilominùs impossibile esse quin veritas ex depositionibus aliorum testium instrumétariorum emergeret, adito Senatu Excellentiss. alias litteras ad eundem D. Iudicem reportauerunt, eidem mandantes, *Vt antequam ad aliquam determinationem in narrata caussa deueniret, reliquos duos teste instrumentarios examinaret; & curaret habere veritatem huius negotij.*

Negotio itaque per ipsum Iudicem in frequenti Curia proposito, auditisque Aduocato Magistri, & Pinotini, nec non & Agentibus Querelantis, ex voto ipsius Curiæ ordinatum fuit *Memoratos testes examinandos cum interuentu ipsius D. Iudicis, & Egr. Fiscalis Rubei, ac D. D. Abbatum Collegij Notariorum, antequam ad vlteriora procederetur: & interim Magistrum, & Pinotinum non esse relaxandos è domibus eisdem pro carcere assignatis.*

Postea citati testes ad perhibendum testimonium, comparuerunt, & die xvij Iulij prox. præt. coràm omnibus memoratis Egr. Viris, ac cum ipsorum omnium ac notarij caussæ interrogatorijs, de interuentu pecuniæ in actu instrumenti deposuisse creduntur.

Quorum depositio, si ita se habet, sicuti pro veritate se habere debet, totum Querelantis fundamentum subuertitur, ità vt Pinotinus & Magister sint in casu omnimodæ absolutionis; cùm & aliàs id fieri debere videatur.

Siue enim attendamus Quærelam, & tempus quo porrecta fuit, siue factum circa quod querela vertitur, siue personas Querelantis, Testium, & Querelatorum, siue Testimonia, semper ad fauorem Querelatorum concludendum est.

Quod

Quod enim attinet ad Querelam, illa continet titulum
criminis falsi, quod est grauissimum, & vituperat famam, 1
& statum hominis magis, † quàm aliud crimen, ex quo
propterea perditur nobilitas, & nobilitatis priuilegium,
& homo remanet sine fide, & ad nihilum reducitur, *vt post
Hip. Marsil. in Rubr. C. ad l. Cornel. de fals. num. 17. Castrens. in
cons. 130. num. 1. vol. 1. Afflic. in decis. 434. nu. 3. tradit Farinac.* 2
in quæst. 150. nu. 15. Ideoque falsitas † nonità de facili con- 3
iecturanda est. *c. accedens. de accusat. c. illud de. præs. gl. s. in l.
1. C. de fid. Instr.* Immò capienda † est ea interpretatio per
quam falsum excludatur, *Grammat. in cons. 68. nu. 2. in crim.* 4
Multò magis cùm non allegetur † aliqua caussa propter
quam Pinotinus, moueri debuerit ad falsum committen-
dum, quod neque sine causa, neque sine animo lucrandi 5
committi non solet. *Vulpell. in cons. 129. nu. 33. Ambrosin. in
decis. 25. nu. 29. p. 1.* Non enim falsitas committi solet, † nisi
aliquo magno suscepto, vel proposito commodo, *Alex. in
cons. 129. nu. 10. vol. 3. Bertazol. in cons. 56. nume. 16, & in cons.
140. nu. 23. vol. 1. crim. Farinac. in cons. 66. nu. 85.*

Quo ad tempus porrectæ querelæ, sciatur à die instru-
menti ad diem querelæ intercessisse biennium, & vltra; cu-
ius temporis lapsus, si non efficit, vt † actioni criminali cæ- 6
ssatur præscriptum prout in crimine stellionatus. *Balb. de
præs. r. 4. part. 4. part. princ. 2. q. nu. 6. Foller. in prax. crim. vers. Fo-
vindicentur. nu. 21. Farinac. in q. 10. nu. 22.* Saltem in Querelan- 7
te † calumniæ præsumptionem inducit. *bald. in cons. 37. in
fin. vol. 1. Ceph. in cons. 187. n. 13. vol. 2. & alij relati per Mascard.
in concl. 537. nu. 59. tom. 1. Farinac. in q. 66. nu. 103, & in cons. 24.
nu. 13. Hector Felic. in alleg. 162. nu. 4. p. 2.*

Quo ad factum contentum in querela, illud est, Quòd
Querelans inductus fuerit ad confitendum se præsentiali-
ter recepisse pecuniam, quæ præsens non erat: quæ res mul-
tiplicem habet considerationem: Siquidem instrumenti
verba ità se habent, *Et hoc causa, & occasione totidem librarum
sex mille Imper. d. Ferro ibidem præsentialiter, & in præsentia,
&c. mutuo datarum gratis, & amore Dei &c.* Quæ non viden-
tur necessariò inferre pecunias fuisse præsentes; sed præsen-
tialiter fuisse mutuatas: † potest enim mutuum contrahi 8
præsentialiter ratione contrahentium, si vterque sit præ-

ſens, nec tamen ſequetur pecunias fuiſſe præſentes. Et hoc
eſt quod dixit Caſtren. *poſt Iac. But. & Bart. in l. prædia. 48.*
9 *nu. 5. ff. de acq. poſſ.* Nempè: † quòd ſi in inſtrumento dictum
ſit. *Quòd talis mutuauit Titio centum in præſentia teſtium, & te-*
ſtes interrogati dicunt, quòd tempore inſtrumenti nulla interuenit
numeratio, & quòd non potuiſſet interuenire, quin vidiſſent; non
tamen reprobatur inſtrumentum: quia verba inſtrumenti
poſſunt verificari in mutuo ficto, quòd ſit nulla interueniē-
te pecunia, vt quando debitum ex vna cauſa conuertitur in
10 mutuum. Mox ibi *in ver. Tu dic*: diſtinguit hoc pacto, †
vt, quòd aut notarius dicit, *quod Titius mutuauit Sempronio*
centum in præſentia ſua, & teſtium, & verum dicit Iac. Bu. &
Bart. Aut dicit, *quod numerauit ex cauſa mutui*; & tunc debet
intelligi de vera numeratione. Et hoc etiam diſertis ver-
bis comprobat Alex. *in conſ. 179. num. 6. vol. 2. & ſequitur Bol-*
leon. t. in l. ſingularia. nu. 110. ff. ſi cert. pet. vbi dicit idem eſſe ſi
dicatur *Habuit, & recepit*.

Neque dicatur aliud eſſe *Mutuare*, aliud autem *Mutuum*
dare; quia differentia hæc, quòd ſciam, apud probatos au-
11 ctores non reperitur; † vnde fit vt illa verba *Mutuo datarum*
nihil plùs ſignificent, quàm ſi dictum fuiſſet *Mutuatarum*;
adeò vt tota clauſula *Ibidem præſentialiter, & in præſentia &c.*
Mutuo datarum, intelligi poſſint de mutuo ciuili, & ficto, non
ſecùs ac ſi dictum fuiſſet *Ibidem præſentialiter, & in præſentia*
&c. Mutuatarum, ſecundum doctrinam Iac. Bu. Bart. Ca-
ſtren. & aliorum ſupra relatorum: explorati enim iuris eſt
verbum *Dare*, & alia eiuſmodi, non ſignificare veram rei
traditionem, niſi prolata ſint in conſpectu ipſius rei; vt ex
aliorum auctoritate tradit Bero. *in conſ. 42. nu. 26. vol. 3.*

12 Hinc eſt, quòd Senatus Excellentiſs. qui † eſt oculatiſſi-
mus, *vt tradit Rol. in conſ. 61. in fine. vol. 3.* Cuique omnia iura
nuda, & aperta ſunt, *ſecundum Oſaſc. in conſ. 67. nu. 4. in fine.*
Et qui ſpiritu Dei regitur, *vt ſcripſit Ceph. in conſ. 374. num. 69.*
vol. 3. Senatus, in quam, optimè callens differentiam quæ
eſt inter Mutuam pecuniam dare, ſeu mutuare, & Mutuò
pecuniam numerare, cum Iudici F. qui reſcripſit, non re-
ſpexit ſolam mutui dationem præſentialiter factam, ſed
exburſationem, quæ numerationi æquipollet: ideoq; dixit
Conſtito quòd in recitato inſtrumento ſcriptum reperitur narratum

lib.

lib. sex mille per memoratum de Magistris præsentia iter numeratas, & exbursatas fuisse supplicanti; contrarium vero appareat &c. Nam si Pinotinus in instrumento dixisset *pecunias præsentialiter exbursatas*, idque verum non esset, excusari non potuisset, *ex traditis per Claud. Bertazol. ad cons. Patris 544. vol. 2. crim. & Farinac. inq. 154. nume. 80. vers. Limita septimo.* Sed quia instrumentum saluari potest vt non intelligatur de præsentia pecuniæ, & nullatenus loquitur de exbursatione; ideò cessat dispositio recitati rescripti.

Neque interim omitto, quòd animus Pinotini non fuit attestandi, quod pecunia præsens esset, vt colligitur ex renuntiatione exceptionis non numeratæ pecuniæ, quæ † inanis est quotiescunque notarius attestatur de reali numeratione se præsente facta; vt colligitur ex dictis per Seraphin. *de priuil. iur. in priuil. 63. nu. 8. vers. Alij dicunt.* 13

Adhæc qualitas huiusmodi facti omnem doli suspicionem prorsus auertit, quia instrumentum celebratum fuit ex improuiso quo ad Notarium, & ipso meridie, fuitque in testem adhibitus famulus apothecæ ipsius Ferri Querelantis, & alij testes adhibiti, qui forte fortuna superuenerunt. Si enim falsitatem committere cogitasset Notarius, vel etiam Magister, † vtique verisimile non est, quod eiusmodi testes adhibere voluissent, cum facile possent adhiberi tales, qui negotio inseruirent, *iuxta tex. in l. hac consultissima. in fine. C. qui test. fac. poss. & in terminis consuluit Crauet. in cons. 75. nu. 19. nec non & in cons. viij. nu. 15. inter cons. crimin. vol. 1.* 14

His denique accedit stilus de quo testatur Collegiū Notariorum legitimè congregatum, per quem Notarij res in tuto collocatur siquidem dubium non est quin † stilus, & consuetudo ea licita faciant ne quibus alias dubitari posse videretur. 15

Quod autem attinet ad personam Querelantis non minor præsumptio innocentiæ Querelatorum ex ea desumitur, quàm ex hactenus dictis: nam considerandum est hūc esse debitorem, qui à moribus † aliorum non deflexit, quos eleganter retulit Ecclesiastic. c. 29. in hæc verba *Multi dum accipiant osculantur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam: & in tempore redditionis postulabunt tempus, & loquentur verba murmurationum.* Quem etiam retulit Bertrandi *in cons. 189. nu. 4. vol. 4.* 16

Neque solùm est debitor, sed etiam, vt mihi præsupp o-
17 nitur, fidefragus, & decoctor, de quo genere hominum, † eorumque fraudibus latè loquitur Bal. *in conf. 166. nu. 4, & in conf. 382. in fine, & in conf. 400. nu. 3. vol. 5.* quem refert, & sequitur Strach. *De Decoctoribus par. 3. num. 1.* Dicens *Fallitos esse infames, &c. facilesque ad mentiendum, & colludendum: & a communiter accidentibus esse deceptores, & fraudatores: præsumique omnibus inesse quod omnibus est commune; neque ob aduersã fortunam excusari: & valere argumentum Decoctor ergo Fraudator, vnde Edictum fraudatorium &c.*

Quamobrem si male præsumitur de ijs, qui ob aduersam
18 fortunam foro cesserunt: quid † credendum erit de eo, qui, vt fertur, suopte vitio decoxit?

Sequitur nunc vt de testibus à Querelante productis agamus, quã in re prius tractabimus de numero, mox de singulorum qualitate.

Quo ad numerum, ex tribus testibus instrumentarijs, &
19 & duobus pronotarijs, querelans tres † tantum expiscatus fuit, nempe testem notum, & duo pronotarios, quos ad votum parabiles excogitata forte ab initio fraude adhibédos curauit: Si enim negotium ità se habuisset, prout is ostendere conatus fuit, vtique omnes testes examinandos curasset; quod cùm non fecerit, in non leuem suspicionem
20 iure merito incidit: nam, † quando pauci testes producuntur de negotio in quo alii interuenerunt, oritur suspicio contra producentem. *Aretin. in conf. 13. nu. 11. vers. Præterea, & in conf. 82. col. 3. vers. Nisi forre, & Crau. in conf. 824. nu.*
21 3. Immò verò † si omnes testes qui actui interfuerunt, nõ examinantur, suspicio indè oritur; vt in terminis de eo qui non fecit examinari omnes testes descriptos in instrumento quod de falso arguebatur. scripsit Castren. *in consil. 231.*
22 *num. 1. col. 2. vers. R. saltat etiam lib. 2.* Præsumiturque † ipsos non produxisse quia cognouerit eos contrarios sibi futuros. *Crauett. in conf. 665. num. 18. versic. Inde suspicionis.*

Quo ad qualitatem testium productorum illa non est talis qualis requiritur in reprobatione instrumenti, qui
23 † debent esse omni exceptione maiores. *Bal. in l. 1. §. si quis neget. num. 2. vers. Sed Bart. hic. ff. quemad. test. aper. Crauet. in conf. 75. num. 34. versicu. Consideret igitur, & in conf. 544. nu. 17. vers.*

vers. Responsum. Foller. in prax. crim. vers. Item quod commisit falsum. nu. 64. qui dicit † *huiusmodi testes vndique idoneos, & omni exceptione maiores esse debere; adeò vt vel modicus defectus eos vitiet. Farin. in quæst.* 158. *num.* 92. *& seq. & nu.* 111. vbi dicit testes instrumentarios quo ad Notarium non censeri approbatos, nec ob id effici quin debeant esse omni exceptione maiores. Hæc autem qualitas quod illi testes essent omni exceptione maiores, non solùm non est probata, † prout probari debere dixit Bosl. *in tit. de fals. num.* 47. *Mascard. de prob. tom.* 3. *concl.* 1399. *num.* 7. Sed immò contrarium constat, ex quo testis ille notus erat famulus apothecæ querelantis; & huiusmodi † testibus gargionis appellatis diminuitur de fidẽ. *Bertazol. in cons.* 491. *num.* 12. *vol.* 2. *crim. Rota Genuen. in decis.* 199. *num.* 4. *Farinac. in quæst.* 55. *num.* 18. Alter autem ex pronotarijs erat nepos institoris eiusdem Querelantis, quamobrem vel admittendus † non erat, sicuti regulariter nec institor admittendus est; secundum Farinac. *in d. quæst.* 55. *num.* 18. & 19. *& in quæst.* 60. *nu.* 261. *& seq.* vel saltem † ei de fide arbitrio Iudicis detrahi debet, & in omnem casum omni exceptione maiori dici non potest. 24 25 26 27 28

Nunc videndum est quæ sit qualitas Querelatorum; nã & ex ea Querelantis calumnia, & Reorum innocentia facile arguitur.

Horum autem vterque vir bonus est, & honestus, ac de alio crimine hactenus nunquàm impictus; quinimmò eorum alter est notarius probus, & legalis, de cuius fide nullus recti sensus vnquàm dubitauit. Porrò † Notarius vir bonus est, cui ideò credendum. *Menoch. in cons.* 876. *nu.* 6. *vol.* 9. Quare pro rectitudine † Notarij præsumitur. *Bald. in l. Imperator. in* 1. *lect. vers. Sed an poterit. ff. de stat. hom. Alciat. de præs. reg.* 3. *præs.* 13. *Paris. in cons.* 88. *nume.* 21. *vol.* 3. *Menoch. in præs.* 79. *nu.* 2. *& seq. lib.* 2 Vnde fit, vt asserens † Notarium aliquid ex suo capite scripsisse, durioribus probationibus afficiatur. *Dec. in cons.* 105. *nu.* 4. *Alciat. in d. præs.* 13. *nu.* 2. *Mascard. de prob. conclus.* 1094. *n.* 18. *Menoch. in cons.* 38. *nu.* 194. *vol.* 1. *& in d. præs.* 79. *num.* 3. 29 30 31

Superest nunc vt testimonia discutiamus quantum fieri potest ex iactationibus partis aduersæ, & ex ijs, quæ stante rei veritate creduntur apparere.

Præsupposito enim quòd Pronotarij, & testis ille notus diuersim deponere à tenore instrumēti ausi fuerint, quodque alij duo pro instrumento vna cum Notario deponant,
32 res est in claris; nam testes † reprobantes instrumentum debent esse plures quam ij qui stant pro instrumento; *Bursat. in cons. 33. nu. 15. vers. Quinimmò vol. 1. & facit Menoch. in casu 105. maxime nu. 15. De arb. Iud.* Hic autem plures stant pro
33 instrumento, nempe duo testes, & Notarius, † qui vicem duorum testium sustinet. *Innocent. Butr. Felin. & alij in ca. cum Ioannes de fide instr. Socin. Sen. in cons. 92. num. 3. in fine vol. 3. Bursat. in cons. 311. nu. 148. vol. 3. Natta in cons. 394. nu. 30. Crau. in cons. 66. nu. 6. crim. Farin. in quæst. 158. nu. 166. post med.* Quòd si velimus Notarium pro vnico teste haberi, adhuc *Victoria nostra est.* Nàm essent pares numero, & nostri vti † approbātes instrumentum præferendi sunt. *Boss. de falsis nu. 21. vers. Et dicuntur.* vbi dicit plures testes censeri, quando impugnātibus duobus vnus adiuuat, & concurrit fides Notarij, quæ habet maiorem vim quam vnus testis, † quando scilicet viua voce deponit, vt in hoc casu, & idem tradunt alij relati per Farin. *in quæst. 158. nu. 160. & 172. & n. 184.* qui ampliat etiam si alij totidem superfint non examinati, vel mortui; nam per eos fit vt instrumentum non censeatur reprobratum. Quamobrem omnes testes examinari debere innouit Menoch. *in d. casu 101. nu. 9. vers. Primus est.*

Et hæc multò magis procedunt, cùm testes impugnantes eas patiantur exceptiones, de quibus supra nu. 22. & seqq.
34 approbatorij verò sint omni exceptione maiores: immo verò totus processus offensiuus corruat ob † non præstitam fideiussionem, & omissam formam traditam à stat. Mediol. *cap. 344. vol. 1.* quam etiam Senatus Excellentissimus Seruari mandauit.

Quibus attentis Pinotinus, & Magistei rogant Ill. Curiam, ac Senatum Excelientissimum vt se ab hac indebita vexatione eximere, & Querelantis calumniam coercere dignentur. Mediolani die 11. Septemb. 1617.

Laus Indiuiduæ Trinitati, Deiparæq; Virgini.

P.

Pro Ioanne Spata contra Tritium, & del Cornu, in causa falsarum depositionum redditarum in iudicio ciuili fauore Cauf. Bonifatij Farræ.

EGit Spata contra dictum Farram, qui successit in locum Balbiani, & eius iure vtitur virtute pacti de redimendo quandam periam Ronchi venditam per eum dicto Balbiano, non obstante quòd tempus gratiæ sit lapsum, & probauit magnam læsionem in pretio, propter quam pactum efficitur perpetuum ex Iacob. de S. Georgio in l. 2. in principio, ff. si cer. petat. Menoch. de Arb. Iud. casu 217. n. 2. idem cons. 1096. & quòd magnus fuerit excessus in pretii tenuitate cum tempore contractus esset lib. 25. & 300. pro singula pertica, probauit Spata, etsi Iudicis arbitrio relinquatur quantitas læsionis, prout vult Menoch. dicto casu 217. in fine dubio procul ita iudicabit, quando Farra Reus conuentus per multos testes probauit vilitatem pretij dicti Ronchi ad excludendum actionem propositam per Spatam, & quòd est minoris bonitatis in valle ima situs arboribus, ac siluis obsitus, totus ferè incultus instar brughariæ, solis radijs carens minimo pretio locari consuetus, & ex testibus in hac causa examinatis nomine Farræ. Primus Bernardinus del Cornu habit. in loco Pagnani pleb. Brippij Deposuit de pretio tantum lib. 100. & quod ipse pro eo non emeret, reddens rationem, scilicet, *Che il fondo di detto Ronco è terreno leggiero, & littoso, & esposto alla brina per esser vicino alle selue de castani, che rendono ombra, & freddo*, & addit, quod in anno 1591. & postea per aliquot annos locatus fuisset dict. Ronchus pro lib. sex pro singula pertica, nisi Domini promisissent restaurum ob damnum grandinis, & pruinæ, quod etsi creuerint pretia ob tempus non tamen repertus fuisset quisquam, qui conduxisset illud ad rationem lib. septem, & in anno 16 . o. non perceptæ fuissent libræ tres, & reddit causam scientiæ, quia ipse habet certam, & perfectam cognitionem dicti Ronchi, & tam animose deposuit in causa fauore Farræ, vt nemo præter eum magis informatus de qualitate dicti agri videri posset, quamobrem iure merito hic fuit Reus cōstitutus fol. 65 cum nun-

tis de causis sic arguatur; Nam in secundo examine post detentionem iussus describere cohærentias dicti Ronchi, Resp. *quello che hò detto è scritto*, in eum modum Resp. de qualitate ronchi, & sic successiuè in cæteris, & quasi tacitè fatetur fasiltatem suam, Dum in specie interrogatus, *se le selue, quali dice esser poco lontane dal detto ronco gli ponno dar ombra, ò danno*, *Io non sò che fargli quasi* eum conscientia flagellet; Monitio autem huic facta à testibus examinatis ab euidentia loci confirmatur, & distinctè Reatus causa sic recēsetur.

Primò, quòd ipse in sua prima depositione affirmauerit quòd dictus Ronchus Azani pert. septem vicinus erat siluæ castanearum, quæ vmbrarum opacitatem ferunt, & frigus.

Secundò, Quòd erat leuis terrenus, & infructuosus, cum verè sit fœcundus, & fertilis.

Tertiò, Quòd non erant, nec sunt syluæ proximæ, aut vmbriferæ, sed quòd sol in illum ingreditur à mane vsque ad vesperas.

Quibus ille auditis obmutuit, Dicens, *Penso d'hauer detto la verità*.

Huic succedit depositio Bernardini Tritij macellarij, de quo omnia mala sunt præsumenda cum sit grauatus numero querelatum triginta, nam & ipse conatus est in suo examine idem sustinere, quod alter, immo conuincitur ex propria confessione, dum ipse spontè Refert dixisse Baricello, *che era vn'imbroglio, perche gli era stato insegnato vn roncho, & poi haueua trouato ch'era vn'altro*, in hoc enim contradicit examini à se facto in causa ciuili, in quo constanter designat Ronchum, itaut non possit nunc errorem adducere, sed malitiam, & vti confessus potest puniri de falso, l. eos ff. fal. vbi Bart. Ridiculum autem est errorem allegari ab eo, qui ex certa scientia, & deliberatè, & prius agri facta inspectione accessit ad testificandum in causa conductus à parte prudenti, & sciente, & verba dictante, vt credere par est, ergo frustra imploratur beneficium erroris iux. glos. in l. Rura. C. omni agro deserto lib. 11. Castr. in l. 2. C. erro. Aduoc. Syluan. conf. 57. num. 27. vers. nam ad hæc Quare truffa est dicere testem errasse, cum nullam habeat pro se erroris coniecturam, sed contra se, & in examine reddito

co-

coram Iudice ciuili, Recenset cohærentias, & numerum perticatus, At coram criminali fol. 55. expressim negat se eas scire, Dicens; *quanto à me tengo gli habbi à fare M. Giouanni atorno*, Inuerisimile etiam est, quod accesserit ad iudicium non coactus, sed volens, & sponte se se offerens, nisi prius examinata accurate qualitate testimonij ferendi, & à parte producente sugesti.

Quò igitur ad hunc testem Tritium eadem excitantur grauamina, & Reatus, quæ contra proximum, quibus additur visitatio facta loci coram Egr. D. Capitaneo Iustitiæ ad præsentiam etiam eiusdem testis in multis contradicentis priori examini, & superuacuum laborem existimo super singulis insistere, & de his differere; Nam si quis velit etiam contendere probationem, quæ fit per rei aspectū non probare, plenè falsitatem, is veritatem impugnat not. in l. si irruptione. ff. fin. Regun. §. ad offitium Crau. cons. 969. num 6. lib. 5. vbi apparet certitudinem omnium clarissimam esse.

Neque obstant contrariæ visitationes factæ absque authoritate iudiciali per peritos tres, quia illæ non excludūt delictum falsitatis, quæ consistit in eo, quòd conati sunt probare longè minorem valorem dictorum bonorum ad hoc vt Spata careret beneficio Recuperandi dicta bona attento lapsu pacti, imo cum vnicuique perspectum sit, quod bona cum pacto luendi minore pretio venduntur ex not. in l. 2. C. pact. inter empt. & vendit. Tiraquell. de Retract. conuen. in præfat. nu. 26. vers. 4. fatuus fuisset dictus Spata si ad dicta bona conspirasset ad sui incommodum, & damnum, Ideo omnes hæ diligentiæ factæ ad saluandum testem à manifesta falsitate, quæ resultat ex oculari visione sunt spernendæ verisimilitudini repugnantes latè Tiraq, ad l. si vnquam nu. 36. vers. Hinc ad probandum. C. Reuoc. Donat. & in manifesta falsitate non fit conciliatio testium not. in l. scripturæ. C. fide instr. & c. imputa extra eodem, non omittendum etiam est, quod nullum indicium præstant Periti, quia nec à partibus concordantibus, aut à Iudice fuerunt electi iux. not. in c. proposuisti De probat. Mascard. de probat. conclus. 1169. per totum, & presertim circa fin. lib. 3: tum etiam non citata parte, & in casibus, in quibus

Quibus etiam proceditur sola facti veritate inspecta, non tamen creditur testibus examinatis parte non citata Bart. in extrauag. ad Reprimendum in verbo figura col. fin. vers. Sed an præsente parte Rim. iun. cons. 213. nu. 87. cum pluribus sequen. lib. 2. facessere ergo iure debet attestatio Ingenierij Vitruuij Serenij, Lælij Butij, & Aurelij Verri, qui in gratia amici, & liberalis conuiuæ relationem fecerunt vti Periti, quibus etsi alia obijci possint ad eorum fidem explodendâ, tamen illa abundè sufficiunt nec vltrà moror.

Concludo de eorum falsitate plenè liquer, nec expedire interrogare producentem, cum agatur de falsa articulatione, seu capitulatione iux. noti in l. si falsus C. ad l. Cornel. de fals. Bart. in l. 3. nu. 4. & ibi Bald. nu. 5. C. fide instr. Abb. in cap. præsentium nu. 10. De test. Menoch. casu 308. nu. 30. & tantò minus excusatur, quia sciens Farra vsus est testibus post disceptationem ibi num. 29. Pertinaciter in eis insistendo Foller. pract. crimin. par. prima 2. par. vers. Item quòd commisit falsitatem nu. 44. & vno eodemque libello conueniuntur testes, producens, & vtens l. accusatoribus. C. accus. l. ita vulneratus in fine. ff. ad l. Aquil. Bald. l. de minoribus C. His, quibus vt indignis Bart. in l. Atletas. ff. fals. cum multis similibus, & ita sétio, saluo iudicio melius sentientis. Laus Deo Opt. Max.

Pro Carolo Lugho è Pizeleone.

ETsi in generali abolitione criminum non comprahendatur regulariter falsum ob illius indignitaté ex l. Lucius ff. ad Turpillia. Decian. primo crimin. trac. cap. 25. de abolitio lib. 3. tit. abolitio quand. imped. accusatio sub n. 10. vers. fallit.

Attamen quia præsens decretum excipit crimina, quæ non vult comprahendi in ipsa abolitione, & de hoc nulla fiat exceptio, ergo censetur hic casus comprehensus sub decreto prout in terminis tradit Deciani dicto loco num. 21. vers. ex quibus colligi, & versic. cum igitur, vbi dicit tenédum, Quòd hodie facta generali abolitione in vniuersum omnia crimina censeri abolita, exceptis dumtaxat ijs quæ expresè, & specialiter reperiuntur excepta, & facit regula vulgata, quòd exceptio firmat regulam in casibus non

exceptis de qua in l. 1. vbi Deci. Cagnol. & alij de reg. iur.

Dubitatio igitur in hoc stat, quòd arguitur Carolus Lughus Notarius, commisisse falsitatem in alienis scripturis, scilicèt viciando quendam processum penes alium existentem, & hinc queritur, an hic casus sit exceptus; stante quòd decretum sic loquitur; neque Notarios, qui falsitatem aliquam in instrumentis, aut publicis scripturis commiserit, & vbi conueniunt verba conuenire etiam videtur dispositio l. 4. § toties ff. de dam. infect.

Verùm considerandum est, quòd aut Notarius deliquit, vt Notarius in actu pertinente ad confectionem instrumentorum suorum ab eo rogatorum, seu in imbreuiaturis suæ custodiæ datis, & hoc casu loquitur decretum, & non gaudet beneficio dicti decreti, Aut Notarius deliquit, vt priuata persona, & tunc instar aliorum frui debet dicto decreto, & cùm hoc crimen falsi sit comprehensum in dicto decreto, ideò suffragari debet huic Carolo, qui arguitur clam ingressum locum, in quo seruabatur dictus processus, & ibi immutasse, aut deleuisse quædam verba, ex quibus contingebat grauari quendam de delatione sclopi rotati, tanquam enim quilibet hoc crimen admisisse dicitur.

Hanc differentiam constituit additio ad Bertazzol. cons. crimin. 403. littera B. vbi distinguit, aut Notarius deliquit vti priuatus, aut in officio Notarij, & tunc distinguit, vt ibi post Alex. cons. 190. nu. 32. lib. sexto.

Addo Rimin. Iun. cons. 185. nu. 17 vers. vltimo non eundo, vbi post Bart. cons. 174. ser. Ioannes, dicit, quòd Notarius condemnatus ob falsum testimonium perhibitum, non impeditur instrumenta conficere, quia non deliquit vti Notarius, sed vti testis, & sic præter officium suum, & Nel de Santo Geminiano in trac. de Bann. in prima part. secundi tempor. quæst. 51. & Iason in l. Barbarius nu. 58. limit. 4. ff. de off. Præt.

Ex præmissis ergo sequitur citra difficultatem abolitionem concedendam esse dicto Carolo, & ita concludo saluo saniore iuditio. Laus Deo.

Et ita fuit liberatus cũ voto Fiscalis Federici Quintij, Senatoris Cæsaris Gallarati sub Propria fide Senatus Madio.

Franciscus Bernardinus Porrus I. C. & Aduocatus.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Suppone unam chartam loco alterius, aut Instrumentum aut personam tenetur pœna falsi.*
2 *Testis unus Instrumentarius an faciat vacillare, instrumentum & quando.*
3 *Instrumentum continens inuerisimilia de falso suspectum est.*
4 *Coniecturæ falsitatis relinquuntur Religioni Iudicis.*
5 *Constit. de bon. ad Crid. per §. comparentes declarantur.*
6 *Periurus supponitur criminaliter.*
Pœnitentiæ quando sit locus in Delictis.

Clarissimi I.C.D.F. Bernardini Porri, Allegationes criminales contra Bernardum Recalcatum super suppositione falso facta, & periurio falso.

CVM Bernardus Recalcatus creditor esset Ludouici Pleni aureorum 500.& vltrà, desperaretque d. creditũ à D.Pleno consequi cum iam diuulgatus foret per hanc Ciuitatem Mediolani in fide fragum, cum Pleno colludés impostiuram hanc composuit omnium ingeniosissimam omni pœna dignam; Nam curauit quod Io. Angelus de Bustis sexagenarius venderet ei quædam bona empta per eum à Io. de Ciseris appell. il Belcazul, cum tamen d Io. Angelus intenderet vendere. Nec D. Recalcatus emere, sed potius insolutum habere pro debito Pleni, cum nec prætium aliquod nomine d. venditionis fuerit ab eo solutum (vt fatetur idem Recalcatus) Nec verè vnquam bona illa fuerint in bonis,& dominio D. Io. Angeli Busti, falsumque nomen venditionis vsurpatum sit supponendo vnum contractum loco alterius videlicet. Emptionem loco dationis insolutũ, vnam personam loco alterius, videlicet. Io. Angelum de Bustis falsum venditorem pro Ludouico Pleno vero debitore in solutum dante, quo casu negari non potest quin agatur de crimine falsi, cum mutetur veritas,& transformetur vnum in aliud vt trad. Paris cons. 151 num. 25 lib. 4 Gerar. Muzol. cons. 41. nu. 8. pulchrè in materia suppositionis vnius chartæ loco alterius cons. Crau. 46. per totum Deficit enim

sub-

substantiale requisitum in contractu venditionis quod est pretium. §. item Pitium instituta de empt. & venditione: & cum adsit propria confessio d. Recalcati fatentis se emisse d. bona vt ex eis satisfaceret sibi de credito quod habebat erga Ludouicum Plenum dicemus versari in aperto crimine stellionatus iux. tex. in l. 1. ff. cri. stellio.

Cæterum hanc impostoram in aperto constituunt testes examinati inter quos sunt tum instrumentarij tum omni exceptione maiores, attestantes fuisse monitum Recalchatum ante instrumenti celebrationem subsecutam cum D. Io. Angelo de Bustis, ne cum D. Io Angelo contraheret cum d. bona ven di non possent, cum instrumentum inter d. de Ciferis, & D. Io. Angelum esset fictum, & simulatũ qui Recalcatus sepe respondit *andarà da vechio à vechio*, & *che lui, & il Pieno eran d'acordio à tuor de mezo il Bucio*. Quod affirmatur, & a Legnano Causidico, D. Angelo Vimercato Iac. Antonio Vasona, Bernardo Lanterio, Rursus, & hæc impostura egregia coadiuuatur ex depositione Sp. D. Prosperi Frottę Causidici D. Recalcati ad quem primo loco accessit D. Recalcatus, & ille de Bustis, cum Pleno, & cum intellexisset (vt vulgo dicitur) che era vna poltia noluit de d. instrumento rogari cum audiret præsertim Bustum dicentem *che in lui non era peruenuto cosa alcuna*, & *che non volea sentir danno per altri*, & hoc quia d. de Bustis nolebat in aliquo teneri pro manutentione bonorum. Qua de causa probus ille causidicus recusauit instrumentum conficere, cum animaduerteret à Ludouico Pleno omnia prossicisci, & subministrari, quem suspectissimum habebat ex publica fama contra eum laborante: d. D. Frottæ testis additur Christophorus Riboldus eadem fere omnia testificans, ex quibus sanè ad falsitatem instrumenti inferendum est. Videat (rogo) circunspectus Iudex an puniendus sit de falso D. Recalcatus falsò supponens personam d. de Bustis, & an plene ex his probata sit d. falsitas ex conclusione præcedẽte firmata, ne ille de Bustis in aliquo teneretur qui persuasus à Pleno quod emebat eius nomine, cum ipse Plenus multis oneratus debitis emere non auderet ei concessit vt eo tanquam submissa persona vteretur argum. eorum quæ dicit Cur. Sen. con. 55. num. 20. Quod si vnus testis instrumentarius 2

rius

rius vacillare facit fidem instrumenti saltem quando nullus pro instrumento testificatur vt in causa Mantuana consul. Alcia. cons. 598. 599. Cels. Hugo cons. 97. nu. 8. Boer. quæst. 118. nu. 12. Quid hic dicemus vbi falsitas à verisimi-
3 litudine adiuuatur, cum inuerisimilimum sit quod d. de Bustius pauperet mendicus emerit d. bona del Belcazul. Vnde succedit quod sicut instrumentum continens non verisimilia non probat vt late apud Tib. Decian. cons. 110 num. 24. lib. 2. Ita inspecta qualitate d. de Bustis hominis incepti, & ignari qualitatis bonorum, & qui nūquam recedit ab exercitio suo vili, & sordido inter ipsos contrahentes d. contractus sit falsus, reique veritas ex personæ suppositione sit mutata. Tum & verisimile est quod cum venditio illa facta per Io. de Ceseris sit falsa cum nunquam ille vendiderit dicto de Bustis, Ita & hæc vt à primordio tituli posterior formetur euētus, & talia sint subiecta qualia prædicata demōstrāt, & finis respōdeat principio, Et ex his quæ ante cōclusa sunt tēpore instrumēti vēditionis factæ per Io. Angelū de Bustis, Recalcato per hæc verba *che si contentana di detto instrumento men re che non patisse cosa alcuna*; ne scilicet teneretur in aliquo d. de Bustius vt recitati testes, Laterius, & Vassona instrumētarij. Quæ verba inferunt quod nolebat teneri aliquo periculo euictionis sed tantū pro suo dato, & facto, & correspondent verbis prolatis coram D. Frotta. Quod si in his coniecturis relinquitur locus arbitrio Iudicis vt inquit Iac. Menoch. de arb. iud. casu 115 in fine Port. latè cons. 46. nu. 20. lib. 1. & 55. nu. 99. ver. quamobrem graues sunt iuditio vniuscuiusq; hæ considerationes vt verè in dubium reuocari non possint, cum ex preordinatione simulatio detegatur inquit Ias. in l. titia idem respondit ver. obligati.

Ex præmissis sequitur D. Recalcatum comparentem ad contradicen. cridis, & obligatum adiurandum iuxta formam traditam in N. Const tit. de bon. ad crid. pon. §. com-
4 parentes iurasse cum d. venditio sit ficta, & simulata vt supra dictum est, & per consequens vti periurus puniri potest
5 latè Menoch. de arb. iud. casu, 19. nu. 10. lib. 2. Paul. Grammattheoren 3. Rom. & Apostilla sing. 416. 425. cui nō proderit quod testes non fuerint eo citatio recepti cum ipse

Recal-

Recalcatis protestatus fuerit de his habendis pro repetitis, quod satis sufficit.

Cui etiam nocere debet instrumentum, & reliqua, cum fuerit interrogatus, & respōdiderit velle vti omnibus adeò vt pœnitentiæ locus non foret ex Merenda cons. sept. num. 34. 35. Alex. Sriot. in praxi. cap. 22. nu. 20. Vrsill. dec. 489. Bursat. cons. 188. nu. 11. lib. 2. Berta2. cons. 496. & in apostilla lib. 2. Ideo, & tanquam falsarius, & tanquam periurus puniendus est cum in præsente themate omnia falsitatibus referta sint. Quæ cum satis manifestā videantur non puto expedire vt vlterius insistatur.

L. D. & D. O. M.

Porrus I. C.

Ad has falsitates accedit quod omnia iunguntur ad huius falsitatis cōprobationem & finis à principio,& à medio determinatur,& omnia consequentia referuntur ad suum antecedens. Namque instrumen. venditionis factum per Io. Ang. de Bustis Recalcato rog. per Sp. D. P. Fran Ondegardum fuit fact. per Bernar. Lanterium falsum procuratorē Ioannis de Ciseris cum loco Ciseri sit supposita persona Baptistæ de Berbestis adeo vt omnia falsitatibus plena sint. Neque aliquid vacuum à falsitate relinquatur.

§. Fideiussor.

Fideiussor conuentus à creditore cogendus est,& condēnandus ad solutionem, non obstante, quòd ante condēnationem mortuus sit Reus principalis; ita in fideiussore de iudicatum soluendo, qualis hic est tradit Bart. in l si verò pro condemnato. ff. qui satisd. cog. vbi dicit fideiussorem quantitatis non liberari seu ciuiliter, uel naturaliter Reo mortuo. ita singulariter habetur apud Farin. q. 34. nu. 37. vers Sublimita tertio. Boss. in tit. de carcer. fid. com. nu. 5,& vbi post Nell dicit, quòd fideiussor tenetur ex sua obligatione, etiam quod principalis moriatur sine hærede.

Benè verum est, quòd hæc fideiussio de iudicatum soluendo non potest exequi antequam Reus sit condemnatus, Castren. l. cum quæritur. ff. iudic. solui. per l. pri. eo. tit. Afflict. dec. 182. nu. 3. Quare rectè fuit citatus hæres,& fideiussor simul,& lis contestata cum reo citato etiam fideiussore, sententia

tentia tamen contra principalem defensum mittitur executioni contra fideiussorem iudicatum solui ex eodē processu, firmat Vrsill ibidem nu.3. & fit executio absque nouo libello, Moscatell. in tract. de fideiubendo modo 12. n.32

Facit quia fideiussor censetur acceptus in omnem casum, & causam in quàm principalis tenetur, argum. l. si seruum. §. nunc videamus, & in l. mora rei ff. verb. oblig. l. quæritur. ff. loc. Craue. cons. 45. num. 6. & 72. num. 2. & executio debet fieri donec sit creditor integraliter satisfactus, Crau. d. cons. 45. n. 5. Boer. dec. 314. Non erit igitur fideiussor liberatus nisi sequuta satisfactione etiam quoad expensas, Moscatell. modo 12. nu. 16. in tract. de fideiubendo.

Quo verò ad principalem cum quo est lis cōtestata, & ventum est vsque ad conclusionem in causa, vt per mortem non soluatur obligatio respectu pecuniariæ quantitatis, vide insignem locum apud Farin. q. 10. nu. 50. vt sententia possit ferri contra hæredes, post Osasc. decis. Pedem. 149.

LAVS DEO.

Portus I.C.

Pro Io. Antonio Curto, Contra Petrum Antonium Ruffinum filium & hæredem q. Iulij Cæsaris Ruffini, & Io. Baptistam Reynam fideiussorem dicti Iulij Cæsaris.

Res in facto sic se habet.

PRæfati fratres Ruffini iam pluribus annis vendiderunt præf. Io. Antonio Curto nonnulla bona, & iura Immob. sit. in Territorio Burgi Desij prætio lib. 16000. in circa, ex quibus Curtus persoluit lib. quatuor mille publ. apparentibus documentis de quibus in processu.

Ex post compertum fuit dicta bona subiacere alijs obligationibus, & hyppothecis specialibus, & item per eos vendita prius fuisse Gotardo Frisiano qui ea ad se auocauit publicis apparentibus instrumentis, & documentis pariter in processu exhibitis.

Qua propter Curtus videns se priuatum bonis, & pretio, nec

... c viam inueniens prætium per eum exbursatum recuperandi coactus fuerit porrigere querelam cõtra dictos fratres Ruffinos venditores coram D. Prætore Mediolani ex eo quod eandem rem duobus vendidissent, prout ex processu superinde agitato apparet.

Qua de causa detentus fuit præf. Iulius Cæsar, qui examinatus fassus est rem duobus vendidisse, & fuit reus constitutus.

Ex post præf. Ruffinus fuit relaxatus fideiussori de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluendo, ac de se consignando in termino præfixo reseruato iure declarandi super eo, an res haberet originem à contractu, Mox per Curiam ordinatum fuit procedendum esse criminaliter, & postquam fideiussor citatus fuit ad allegan. eo quia dictum Iulium Cæsarem non consignasset, dictus Iulius Cæsar ab hoc seculo migrauit.

Quapropter Curtus prætendens iudicium tam ceptum in eadem instantia prosequi contra hæredem dicti Iulij Cæsaris, ac contra fideiussorem insolidum obligatum reportauit litteras à Senatu Excellentiss. mandantes præf. D. Prætori, vt super petitis iustitiam administraret, & seruatis seruandis obtinuit præf. Petrum Antonium Ruffinum pronuntiari hæredem patris, vt ex processu patet, & quia D. Ayala tunc Prætor huius Ciuitatis dum negotium prædictum in Curia proponere intenderet pro illius diffinitione, ascensit ad officium Auditoris Generalis, & exinde ad officium Quæstoris, ideo præsentatæ fuerunt litteræ Senatus Excellentiss. mandantes præf. D. Ayalæ vt ad expeditionem narratæ causæ deueniret non obstante, quod functus esset officio suo.

His igitur sic stantibus præf. Curtus petit deueniri ad expeditionem narratæ causæ præfatumque Petrum Antonium, & Reynam fideiussorem condemnari ad restitutionem prætij per ipsum Curtum exbursati, & ad solutionem omnium expen. & damnorum, &c. prout ità pro iustitia speratur &c.

Pro Bernardino Bellono.

BErnardinus Bellonus, qui promisit sistere in iuditio coram Illustri Iudice monetarum Franciscum de Ciresis

Oo ad

ad certam diem absque purgatione moræ sub pæna scutorum centum Regiæ Cameræ applicandorum nequaquam de iure molestari potest præsertim coram suo Tribunali, in quo proceditur ex æquitate per Constitutiones Ducis Status, cum ab eo ad Magistratum ordinarium detur recursus titulo de offitio Magistratus ordinarij videnda decisio Osaschi 71. nu. 58. 59. vbi dicit subueniendum ei esse ex æquitate, qui confestim comparuit, & mora modici temporis obesse non solet maxime re integra. Hoc verò tanto magis locum habet etiam si præcesserit comminatio, de hoc late agit Farin. tit. de Carcer. q. 34. nu. 135. & sequen.

Secundo principaliter conquiescere debet omnis controuersia ex eo quod principalis iam fuit absolutus, ergo Iudicis officium cessat in accessorijs, quando enim reus venit absoluendus, tunc nec ciuiliter condemnari potest, quia absolutoria lata in causa criminali præiudicat in ciuili, l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt. l. 1. §. quia ciuilis actio præiudicat criminali concordantes adducit Farin. de Inquisit. q. 1. num. 65. vers. licentia prima Anguiss. cons. 19. in conf. criminali.

Tertio licet in promissione dies, & pęna exprimantur tamen mora non incurritur sine noua interpellatione Decius conf. 2. nu. 7. & plures relati per Berta. cons. 360. fine. Accedit quod principalis non erat in statu quod condemnari posset, quinimmo per sententiam reperitur absolutus, quo casu non debet maiorem pænam subire fideiussor, quam principalis.

Votum Fisci stante clausula in fideiussione apposita de non purganda mora pęnā, & stipulationem ob lapsum diei non consignati rei, fuisse fauore Fisci commissam, videtur de stricto iure dicendum, & ideo ab ordinatis per Curiam minimè recedendum an auté sit apponenda manus, quia dictus Ciresa nō esset in casu, quòd posset condemnari, cum potissimum ratione nummi aurei parum in pondere deficientis attenta rei modicitate fuerit absolutus, & respectu adscriptæ prohibitionis offitialibus in tormentis tantum interrogatus, & pariter liberatus, & rigorosa nimis videatur dicta clausula, iuditium sit M. V. cui Fiscales se remittunt. Signat. Corius. A Sclaffenatus. Torniellus. H. Rubeus Panigarola.

Pro Io. Petro Patono.

In vna fideiussionis de sistendo in iudicio.

COndemnatio, de qua circumscribenda agitur, lata contra Petrum Patonum in aureis mille, quia non consignauerit Antonium Planam, iure merito nuncupari potest partus abortiuus, & per consequens non vitalis, vt ex sequentibus clarè liquebit.

Adueniente enim fine biennij superioris, quo iurisdictio Aeumeniæ apud Co. Carolum Borromæum erat, & sequenti apud Comitem Fabium Vicecomitem Borromæum esse debebat, omni studio, & nimia celeritate data fuit opera, vt d. condemnatio in illo biennio fereretur, quamobrem cum fideiussio concepta esset de consignando d. Antonium Planam toties quoties, transmissa fuit ex ordine Prætoris Maraffi sub die 6. mensis Nouembris proximè præteriti, citatio dicto Patono fideiussoris, & Ioannino Borgniæ eius collaudatoris, vt intrà vnam diem dictum Planam consignarent, successiueque die 9. eiusdem mensis præceptum ad allegandum intra vnam diem. Rursus die 23. mensis Decembris aliud simile præceptum ad allegandum reiteratum fuit cum termino bidui, quod incidit in Vigilia Natiuitatis Domini Nostri, & in ipso eodem die Natiuitatis, quo vix elapso, & sic die 26. eiusdem mensis Decembris citati fuerunt perhemptoriè cum termino vnius diei, & die 28. denuò perhemptoriè, in quo termino facta fuit comparitio ab eisdem fideiussore, & colaudatore, & plura deducta, præsertim verò, quod perhemptorium esset nullum, cum deberet continere saltem terminum tridui ex forma stat. Aeumeniæ, & quod principalis erat absens, & ideo certiorandus super qua comparitione L. T. Syndicatoris fecit sequentem ordinationem.

Qui præfatus D. L. T. visa dicta comparitione, & in ea deductis, & eis non attentis, & præcipuè cum dictus Antonius Plana publicè incedebat per Plateam, & Burgum Aeumeniæ, & notitiam habuit præceptorum emanatorū, & fuit à præfato D. L. T. visus incedere per Burgum Aeumeniæ post transmissum præceptum dictis fideiussori, &

collaudatori ad allegandum, & etiam primum peremptorium, prædicta reiecit, & reiecit, & eis non obstan. ordinauit, & ordinat esset ad vlteriora procedendum.

Sicque transmisso nouo perhemptorio sub die 29. dicti mensis Decembris, cum termino vnius diei tantum; non obstante quod in eius termino repetita fuisset comparitio per dictos fideiussorem, & collaudatorem; isdem L. T. Visis (vt inquit) litteris Doctoris Ritij Auditoris dicti Co. Caroli Borromæi, & etiam Syndicatoris, datis die 23. Decembris, vt citaret fideiussorem Planæ; ad illum consignãdum; Et visis etiam alijs litteris eiusdem Ritij diei Natiuitatis Domini, vt ad condennationem deueniret contra fideiussorem, vbi recusasset consignare Planam eius principalem, ad dictam condemnationem deuenit, illam tamen reducendo ad terminos iuris.

His itaque in facto sic se habentibus, constat d. condemnationem triplici ex capite circumscribendam esse; primo enim citatio illa ad allegandum data die 23. Decembris pro duobus diebus sequentibus, fuit nedum nulla, sed huiusque inaudita, cum terminus comparendi incideret in diem Natiuitatis Domini nostri, qui est feriatus, l. omnes. C. de ferijs, quemadmodum & etiam dies 26. 27. & 28. quibus duo prima perhemptoria transmissa fuerint, in quibus diebus propterea non potuerunt decerni citationes, etiam pro comparendo diebus non feriatis, Innoc. in tract. de except. sub tit. de except. contra sententiam nu. 1. Vant. de nullit. deffectu citationis nu. 46. quicquid sit in ferijs introductis ob necessitatem hominum. Id ipsum quoque voluit Bertaz. consi. 146. nu. 2. lib. 1. criminal. post Bald. Marant. & alios ibi per eum allegatos, Ad idem Federicus Schinc. in tractatu de in ius vocando num. 11. quemadmodum etiam difficultatem non habet, quod citatio data die non feriata pro aliquo explicando in die feriato in honorem Dei nihil valet, Lanfranch. de Oriano post Bart. Bald. Ant. Butr. & Imo. in tractatu de arbitris 5. membro num. 20 Vant. vbi supra nu. 66.

Secundo in d. perhemptorijs fuit datus terminus vnius diei tantum, cum triduum esset dandum ex forma statuti, quæ seruari debuit Boss. de senten. nume. 10. quemadmodum

dum etiam in omnibus alijs citationibus, quæ non seruata, omnis condemnatio redditur nulla; etiam si stat. ulterius non progredietur illam annullando, Clar. quæst 31. vers. dictum est de forma citationis, Bettaz. post multos alios dicto cons. 146. num. 3. & cons. 119. nume. 4, & 5. eod. lib. 1, & cons. 263. num. 20, & seq. & cons. 462. num. 11. lib. 2. criminal. Farin. cons. 85. nu. 101. & non solum ex dispositione statuti requiritur triduum in peremptorio, sed etiam secundum ius commune Plot. cons. 51. nu. 25, & est regulare, quod si citationes malè concipiantur, totus processus etiam si à Principe factus esset, corruit Boss. decitat. nu. 13.

Tertio, quia non fuit concessus terminus ad certiorandum, qui de iure omnino concedendus erat, Clar. quæst. 34. vers. Sed numquid, vbi etiam Baiar. num. 16. cum alijs allegatis per Farin. quæst. 11. ad num. 42. & quæst. 34. num. 147. Menoch. casu 40. Neque obstat quod ille L. Tenens in ordinatione dixerit, se terminum denegare, quia absentia per calumniam allegaretur, quia in hoc eius assertioni minimè standum est, sed opus erat, vt ea de re constaret apud acta, Cum. ritu 266. Franch. decis. 327. in princ. & nume. 5, Baiard. vbi supra num. 13. & hoc iure quotidie vtimur. Atque obstat si dicatur citationes alioquin nullas legitimari ex sequenti comparitione, Boss. dicto tit. de citationibus num. 28. quia verissima est distinctio, de qua per Farin. cons 86. num. 21. post Mandos. C. Gomes. ibi per eum allegatos, quòd scilicet scientia citati sanat deffectum malè factæ, vel executæ citationis, non autem breuitatis temporis, & aliorum, vt hoc in casu.

SVMMARIVM.

Mendacium quod indicium faciat nu. 1.
Furis depositio quando faciat indicium nu. 2.

In vna furti.

GRauatur à fure quòd eum instigauerit ad furandum in diuersis vicibus, qui examinatus negauit, nec se grauauit; Verùm videtur obstare, quòd arguitur de mendacio,

quia negauit se aliquam habere societatem, & tamen constat quòd simul ederunt ad hospitium appellatum il Cantoncello: Verùm hoc indicium non est super causa propinqua sed remota, quia non tangit substantiam delicti. Farin. de indic. & tort. q. 52. & conf. 33. Imo excluditur præsumptio delicti à contraria præsumptione, quia nemo vidit eum ementem spiculas argenti, & cum dicat fur se pluribus, ac pluribus vicibus vendidisse dicto Ioanni della Guarda, nec det certum argumentum, aut nominet contestes. Ideo vix credibile est, id quod ille dicit grauando dictum Ioannem. Quartò relinquitur nuda depositio furis de se confessi, ac Rei confessi, & grauantis hunc, quæ nullũ, aut leui præstat indicium ex Clar. q. 21. vers. Socij criminis dictum Farinac. q. 43. nu. 43. & seqq. Debuit enim adiuuari adminiculis grauibus, & ponderosis, Imo inuerisimile est, dum dicit quod vbi dictus fur cessabat in afferendo ad eum argentum furtiuum venale, ei minabatur de eo notificando domino suo, & quod hoc metu territus de nouo attulit: Nam periculum propalationis eum quoque tangebat: & erat in pari periculo furti ob emptionem, & instigationem ad furtum.

Omittuntur discordiæ mutuæ inter furem, & dictum Ioannem annotatæ per Causidicum peritum.

Ex his, &c. Et fuit absolutus.

Laus Deo.

Porrus I.C.

SVMMARIVM.

Exilium mentis in sene excusat a delicto nu. 1.

Sententia lata pro vno prodest consorti nu. 2.

Confessio extorta per suggestionem non sufficit ad condemnãdum nu. 3. nec nocet alijs nu. 6.

Furtum quando temperatur à velamine cõtractus criminaliter procedi non potest nu. 4.

Depositum contrectans ne teneatur accusatione furti nu. 5.

Præstans opem, & auxilium furto, furti pœna tenetur, etiam quòd inimicitiarum causa opem præstiterit, quod procedit in furto nõ manifesto, & quid in cõsulente furtũ, & quid si fur erat

erat aliàs facturus. Et quid si opem fert sine dolo, & quid effectu non subsequuto. Et quid post furtum cōmissum Farin. q.131. a num.14. vsque ad num.23.

Confessio Formagiarij multis modis impugnatur, quæ contra se, & alios sequuta est.

PRimo, quia incerta, & dubia est, ideo non afficit cum deberet esse certa, & in uulnerabili.

Secundò, In uerisimilis in multis eius partibus, & quæ reprehenditur de temerario iudicio, quod omnes in furto sa lis conuenissent, qui ab eo nominati sunt, cum alter ab altero seorsum ageret, nec eo reddente rationem scientiæ dicti sui, quo fit, vt hic sit instar peccudis errantis.

Tertiò, Impossibilis, quia deponit, quod tres Baiuli ingrediebantur Gabellam, qui non poterant ingredi quin & ille vidisset cum ipse assisteret receptioni salis, quod deferebatur à Naue in Gabellam annotando singulas portaturas in suis (ita appellant) cicognola, adeo quod dicta eius confessio remanet insulsa; & destituta omni ratione.

Quartò, contraria in multis partibus, tam inter se ad seipsum, quam ad alios testes, & ideo videtur extorta, vi & metu, aut dolosis persuasionibus præsertim impunitatis promissæ.

Quintò, Memoriæ lapsus, mentis exiliu mi n sene excedēte annum 60. prope delirium, ac timente omnem auræ motum, qui nunquam fuit ab alijs Iudicibus examinatus, tum existentis in teterrimo carcere in quo obliuiosus ex eius incommodis factus est latè Farinacius de Pen. temperandis q.92. per totum.

Sextò, plurimum adiuuat suæ confessionis falsitatem id quod ipsemet in sua scriptura professus est, nempe quod quicquid contra Pompeium Milanum testificatus est id fecit ad subornationem Commissarij Cararie, & aliorum sub promissione impunitatis pro eo habendæ.

Septimò, Falsitatem dictæ confessionis meticulose demonstrant probationes factæ per eos quos ipse in suo examine grauauit, quæ ipsi quoque communicantur, nam licet dicatur res inter alios attamen cum de causa communi

agatur illæ probationes prosunt cum lex facilior sit ad nefaciendum quam ad nocendum, Nec probantur ex a per Crau. conf. 205. in proposito, & ideo sententia lata vno consortio prodest omnibus, & quod hæc confessio p suggestionem extorta non sufficiat ad condemnandũ Ma fil. in l. 1. §. qui ad condemnationem, & ibi DD. ff. quæstion. Bossius de examine Reorum, num. 12. vers. & illa confessio Scaccia de iud. in ciuilibus, & criminalibus, c. 86, num. 7. & 40. Dolosa enim deceptio iudicis semper fuit prohibita Scaccia ibi num. 35.

Postremo cum delictum habeat originem ab administratione Gabellæ ad cuius reddendam rationem tenentur, tum hic, tum Pompeus Milanus ex lege contractus cri-
4 minaliter non videtur posse procedi quando furtum temperatur à velamine contractus locationis Gabellæ textus in l. tres fratres. ff. pactis Craueta conf. 244. num. 8. col. pen. vers. tertia Caball. resolutionum crimi. 156. nu. 18. consideratur enim initium Receptionis, quod fuit licitum, & honestum, & satis est, quod retinens teneatur reddere Rationem dicti rei ei à quo habuit vel suis hæredibus, & ita intelligendus est Bal. in conf. 410. in causa eo. pen. sub nu. 5. & col. fin. nu. 10. vers. Ex quo deposito lib. 2. id verò tanto magis locum habet in casu nostro stante decreto Mediol. in quibus cas. criminaliter procedi non potest tradit Cassanus de Conf. Burgundiæ Rub. 1. §. 5. nu. 13. Nam & depositarius Contractans depositum tenetur actione furti, at-
5 tamen ob velamen contractus depositi excusatur à crimi. iudicio Bos. tit. de decreto Mediolani, nu. 3. vbi dicit ita seruari ex hoc colore quod satis fit, vt occasione aliqua res ipsa deducatur à contractu, idest quod si non fuisset dictus contractus non secutum esset delictum.

Ad hæc dolosè cum hoc actum videtur in eliciendo confessionem delicti ab hoc Sene deliro, nam apparet fuisse sæpius sollicitatum eum intra carceres per Nicolaum Bouerium, Petrum Mariani Pisanum notificantem, & Io. Paulum Rubeum notarium causæ, ad accipiendam impunitatem, annotauitque dictus notarius propria manu tenorem scripturæ, seu precum offerendarum Prencipi pro habendis litteris impunitatis ad effectum, vt ille grauaret dictũ Mi-

lanum,

lanum, & Cattaneum, & seipsum, vnde hac spe illectus creditur deposuisse id quod à veritate alienum est, & confessio per suggestionem extorta, non solum non nocet confitenti, sed nec alijs Granıat. voto 74. Farin. quæst. 83. à num. 84. incipiente regula vsque ad finem, ergo &c. Quare concludo iniustè vrgeri hos crimine furti ex causis recensitis, & quod puniantur tantum ciuiliter non autem criminaliter tradit latè Farin. de furto q. 169. nu. 11. vers. limita. 2.

Porrus I. C. Suprascripti.

Pro Illustribus Abduis,

In vna furti insignis.

IAm supra annos tres fuerunt furto subtracta diuersa localia, Margaritæ excedentia valorem aureorum quinque mille, fur fuit Philippus Binagus famulus Illustris Equitis de Abdua, qui peracto hoc scelere vela dedit, neque amplius visus est.

Nunc petunt dicti Abduæ in primis inquiri, mox ad fures condemnari, cum credatur ex processu abundè constare de substantia furti, & de fure, qui hæc diuersis personis distraxit, præsertim in contrata aurificum Mediolani.

Arguuntur diuersi emptores scienter dictas res furatas emisse, extantque contra eos diuersa scientiæ, & participationis argumenta, ex quibus contra eos procedendum est, iuxta terminos l. in ciuile. C. de furtis de quo abundè apud Farin. de furtis. q. 177. Inter alias conjecturas in societate furti, hæc esset, Quòd hi emerant à persona cui tantum conueniebant dicta iocalia multi valoris tanquam Asino lyra, videlicet à famulo dict. Abduarum, quam considerationem plurimum fieri tradit Farin. in d. loco, ca. 26. Tum qui a creditur quoque constare, quòd hæc pretiosa retinebant in loco abscondito, ne possent manus inijci a veris eorum dominis. Eodem modo accusatione furti conueniendi sunt ij, qui in depositum, seu pignus dictas res furtiuas recepere, iuxta text. in l. si seruus, ff cond. indeb Farin. vbi sup. nu. 19. De his plura apud Iac. Menoch. de præsump. lib. 5. præs. 29. num.

29.num.33.vers.Ceterum.Rol.cons.45.nu.16.lib.1. Rom. cons.473.

Deueniendo ad particularia,

Primus Hieronymus Zanarellus non leuiter suspectus est, cum emerit torquem mutata illius facie, scilicet amotis margaritis, vt vix cognosci possit quis illius esset dominus, cum fateatur se scire, quod hæc torquis erat Nob. Angelæ de Abdua, Actus enim clandestini inferunt dolum.

Secundus, Pet. Paulus Vicecomes Aurifex, dicitur fassus se emisse dictas res furtiuas ab Agente d. Abduæ, nec vlteriorem adhibuerit diligentiam, Dicitur etiam se confessum fuisse non cognoscere agentem d. Abduæ, sed credidisse Malosserio Sardo, Non enim ex interuentu proxenetæ, seu mediatoris purgatur dolus emptoris aliundè suspecti.

Tertius Hieronymus Ferrarius emptor torquis, videtur negasse id de quo ab alio teste grauatur, & sic ex hoc paratur via Iudici ad procedendum.

Quartus Vallasina fuit mediator omnium contractuum sequutorum de dictis rebus furtiuis, & omnibus interfuit, & particeps fuit.

Quintus, Pironanus emit argentea vasa à dicto fure, & aboleuit insignia ne cognoscerentur.

Sextus, Frigerius habuit in depositum roseras quas retinebat super sacrato, cum dubitaret de statu suo, Negauit se illas habere, & de mendacio conuictus est, Mox etiam fassus est se dictas rosettas pignori habuisse in depositum à Rocia pro fideiussione quam pro eo fecit, ex qua arguitur conscius furti. Addatur publica fama, quod hic est vsurarius publicus.

Ex his contra omnes procedendum est.

Laus Deo.

Porrus I.C.

Allegationes iuris in una scachi commissi per Antonium Castellum allegantem rem habere originem à contractu.

SVpponitur in facto quod Antonius Castellus debitor Iacobi Philippi, & fratrum de Bertis creditorum de no-

tabili pecuniarum quantitate nempe librarum quatuor mille Imper. promisit vendere domum, seu partem illius quam Berti inhabitabant vti conductores eiusdem soluto tamen restante pretio; quod solutum est per publica acta in actis exhibita, modò dictus Antonius, & eius fratres de Castellis dictam domum fratribus de Solis alienarunt, & vnitim vendiderunt, Quæritur an dictus Antonius detentus teneatur pæna l. qui duobus ff. falf. Dico resolutiuè quod & si aliud sit venditio & aliud promissio de vendendo, ex congestis per Bursat. conf. 103. Verba in principio lib. 1. attamen quia secuta est solutio pretij, & promittens poterat cogi ad vendendum, nec præstando interesse liberabatur cum haberet facultatem tradedi venditio pro perfecta, & consumata habenda est ibi nume. 37. & licet DD. requirant traditionem tamen cum corporalis insistentia dicto tempore esset penes conductores ex noua causa mutatur possessio, vt qui primo possidebant titulo conductionis nunc possideant vti domini, Nec noua traditione opus est, ita intelligo DD. in hoc citatos per Thesaur. decis. pedem.233.num 10. vers. 3. limita fo. 197. per conf Bal. 452. Dominus Nicol. lib. 2. Nec enim conductores tenentur relaxare domino ob dominium in eos superueniens ex Menoch. in 11. remed. recuper.nu. 42. cum seqq. Videntur enim possidere de voluntate venditoris, & causa possessionis mutatur, & dominij exceptionem contra eum opponunt, & præsumitur quis possidere vigore dictę promissionis Ceph. conf. 315. num. 8. lib.4.

Omni in casu negari non pôt quin sit locus pæna stellionatus dũ iste impostor nõ cõtẽtus maiore pretio soluto extorsit sub clipeo dictæ promissionis reliquas pecunias restantes sl2. libras cētum sexaginta ad complendum totam summam librarum quatuor mille *Per far del resto* iuxta l. 3. ff. de crimine stelli. Farin. de falsit. quæst. 150. num. 220 & seqq vbi late.

Non igitur Res habet originem a contractu, sed à dolo, & à furto cum sit delictum nominatum iuxta decis. Osaschi 137. & subueniendum est ipsis pauperibus fratribus de Bertis priuatis omni substantia bonorum ex hoc delicto per

cun-

eundem Antonium Castellum detentum commisso, & ita &c. Laus Deo.

Porrus I. C. & Aduocatus.

DVm duo milites Hispani collocati fuissent in capsina appellata de Roncelle prope Cassanum, vt ibi hospitarentur, sic ab eorum Præfecto distributi, vt eorum alter obueniret Nob. Helenæ massario, eò accessit Nob. Philippus dictæ Helenæ frater, qui viso, quòd ille miles non satis commodè ibi hospitabatur, eum inuitauit, vt secum Inzagum veniret, vbi dicta Helena habebat domum à Nobili munitam, & instructam. Non recusauit miles oblatam humanitatem, & sibi adiunxit alterum commilitonem Camillum nomine; & vnà cum d. massario in dicto loco discubuissent, cena sumpta recessit versus dictam capsinam massarius, qui ad duas horas noctis redijt, significans furtum factum duorum equorum militarium repositorum in stabulo suo, & Capitaneum militum loco equorum abduxisse quatuor boues ad hospitium Cassani, ad quod fuit idē massarius conductus à militibus, vt examinaretur, & deponeret, Philippum Legnanum suo periculo receptasse boues in stabulo, cum milites vellent assistere dicta nocte suorū equorum custodię, quod ille fecit à dictis militibus coactus tunc sub fide data restituendi boues abductos.

Est igitur primo loco sciendum, omnem iudiciorum ordinem prostergatum, cum procedi debuisset ratione dicti furti contra massarium vti custodem, & depositarium dictorum equorum in eius stabulo dimissorum, orbe conuerso, dictos milites, scientes quòd dicti boues abducti proprij erant obligati dictæ Helenæ dominæ bonorum. Fuit per Iudicem absolutus massarius, & iudicium translatum ad Philippum, quem sciebant opibus idoneum, & facilis exactionis, & sic merces ei reddita ex geniali hospitationes: facilem habuere milites aditum ad Iudicem vtentem clipeo rescripti Principis, qui ei iniunxit, vt indemnitati militum pro iustitia prouideret, in cuius exequutione iussu Iudicis fuit dictus Legnanus (hic ter miser) captus, & coactus fideiubere, nec relaxatus nisi prius depositato, vel

so-

soluto pretio equorum, vsque ad summam scutorum 80. cum expensis factis per milites pro retinendis bobus super hospitio, taxatis in libris 90. per modum prouisionis.

Videndum modò, an dicta ordinatio de manifesta iniustitia argui possit, ita quod Iudex dicatur fecisse litem suā, & teneatur ad damna, & expensas versus Legnanum, & actione iniuriarum erga eum, quia iure ita cautum est, & in ea actione iniuriarum veniunt damna, & interesse, tex. in l. item apud Labeonem. §. si quis seruo liberato. ff. iniur. Ant. Gomez var. resol. lib. 1. tit. de iniur. nu. 9. latè Farin q. v11. nu 467. cum seqq. Baiard. ad Clar. quæst. 28. nu. 13. cum seq. Neque iudicium debet incipere ab executione, prout fecit hic Iudex, ex abrupto procedens, & ad balistā, l. 1. C. exec. rei iudic. & ibi Bald. & reliqui, Ias. in l. nec quicquam. §. vbi decret. col. 4. ff. de off. procur. & legali; Dicitur enim sententia prolata non auditis partibus, nec re cognita ob id nulla, ex Bart. in l. prolatam. C. sen. & interloc. omn. Iud. Alexan. & Ias. in l. 2. C. de edendo. Vant. tit. de nullit. tit. de nullit. ex defect. proc. nu. 34. Quid autem iniustius audiri potest, quàm quod proruptum fuerit ad capturam nullis precedentibus indicijs, prout mox dicemus, contra virum Nobilem, & nulli dubium est quod etiam captura infamet de facto bonam hominis opinionem, & lædat existimationem apud graues viros, inde oritur iniuriarum accusatio, Conrad. de offic. Prætor. lib. 1. cap. 9. §. 3. tit. de iniurijs, & cum ante sententiam fit captus, id nullo iure fieri debet, Conrad. lib. 2. de captura, nu. 16. (Hactenus de Iudicis iniustitia, nunc ad causæ merita festinandum est.)

Videndum modò quibus inditijs nitatur præsens casus, & accuratè inspecto processu, intrepidè dico nihil contra dictum Legnanum obstare.

Nam primum deducitur ex depositione Caiani massarij dicti Legnani, qui cum bobus tractus est ad locum Cassiani, in quo boues erant super hospitio, per vim, & metum à dictis militibus, ex dolo eorum inductus ad grauandum dictum Legnanum de d. promissione sub fide ab ipsis data relaxare faciendi boues abductos. Nec vis, & impressionis metus probetur per coniecturas, & præsertim cum quis

facit

facit actum de re non verisimili, Bald. cons. 364. col. 1. vol. 3. & in cons. 204. l. regum thema. in fi. vol. 3. vbi asserit, habere pro probato id, cuius contrarium nec credibile, nec potest persuaderi alicui bono viro, Peregr. cons. 139. nu. 19. vol. 4. Cæterum quis adduci poterit, ad credendum, quòd massarius, citra aliquam suam vtilitatem voluerit grauare dominum quo ad dictam promissioné, Erat enim ille tutus, & securus, quòd tanquam depositarius dict. equorum repositorum in suo stabulo non poterat molestari, cũ nec teneretur de furto in quo nullam culpam præstitit, iuxta l. qui fortuitis. l. si nulla. l. pignor. C. de pignor. ex Gabr. lib. 3 comm. opin. de rebus credit. concl. 2. nume. 3. de quo late apud modern. Rom. de furt. quæst. 168. num. 41, & seq. & vbi dicatur quod adhuc eo tempore furtum non erat probatum, ideoque in eo cessat præmissa ratio: tunc respondeo, contra eum vrgere, quod ad exonerationem sui ipsius dominum grauauerit, cum in dubio furtum præsumatur commissum non casu fortuito, sed culpa ipsius custodis, per infinitas authoritates quas congerit d. Farin. d. q. 168. in prin. indiciorum. concl. 43. num. 3 lib. 2 Ideo ex hoc dolo illius fides perimitur, Bart in l. deferre. §. idem decreuerunt ff. iure fiscal. leg. cons 71. nu. 48. lib. 7. Crau. cons. 112. nu. 10. lib. 1. Quare vertat se se Iudex quoque vult, nullum contra Legnanum desumere potest indicium ex huius dicto, & credendum est hunc miserum captatum, & allectum dicta promissione restituendi et boues ea dixisse, non repeto, quia subornatio etiam per coniecturas probatur, Mascard. concl. 1341. lib. 2.

Ad hæc dictus massarius in sua libertate existens, dictũ illud reuocauit iudicialiter, & veritatem professus est penes Iudicem competentem. Et si dicatur attendi primum dictum, & præualere secundo, ex not. per Bart. in l. eos. ff. falsi. vers. item opponit. ad idem Ant. Gabr. de crimin. lib. 7. concl. 29. nu. 1. & sub nu. 3. dicit hanc esse communem opinionem, quòd quando testis ex interuallo variat ab his, quæ dixerat prius in iudicio neutri indicio standum creditur. Et omni in casu, cum iste adducat iustam causam, scilicet, quia erat in horum militum manu, & paupere, & charior ei erat boues promissos restitui, quàm domini vtilitas, aut

aut casus, quæ causa remittitur arbitrio Iudicis, vt apud Iac. Menoch. multas authoritates citantem de arbit. Iud. casu.108.nu.7.vers.Tertius est casus.lib.2.centuria 2.

Addatur etiam pro ratione, quòd à dicto eiusmodi à qua quis secundo recessit variando, sententia ferri non potest, nec locus est iuramento in supplementum probationis ex eodem Menoch.nu.27.28 tum etiam primum dictũ fuit prolatum coram Iudice incompetente dicto Legnano, ciui, & subdito maiori Magistratui, quo casu statur secundo dicto coram Iudice competente, Menoch. ibidem num.29. vers. Octauus est casus.

Non obstat, quod dictus massarius coadiuuetur à duobus his militibus equorum dominis. Nam respõdetur, quod ex eis nisi vnus grauat Legnanum de dicta promissione, & dictum vnius est dictum nullius, Obstant etiam mutuæ inter eos contrarietates recollectæ in themate ad me trãsmisso; sunt etiam testes in causa propria, quo casu repellũtur, l. omnibus, C. testib. Denique imperfectæ probationes non iunguntur, latè Gabr. de probat. conclus. 1. num. 31. & testibus singularibus quod non coniungantur, sub num. 35. vers. Tertio limita, Nec attendendi sunt testes de auditu ab eo cui non creditur, quia si non creditur originali minus creditur copiæ, authen. si quis in aliquo. C. edendo.

Postremo, non est omittendum, quod cum custodia equorum pertineret ad massarium, qui receptauerat eos in stabulo suo, & dicatur prædictus Legnan. promisisse dictis Hispanis præsente dicto massario, sequitur, quod teneretur vti fideiussor massarii, ex Bart. in l. reos. ff. duo rei: Castren. cons. 332. in causa Silu. in prima parte. Hier. Gabr. cons. 63. nu. 5. & lib. 2. quod verum est etiam, quod promiserit uti principalis, quia non attenduntur verba, sed effectus. Ideo sententia absolutoria lata pro massario prodest fideiussori Dec. cons. 7. & pro tenui. col. 1. & sicuti depositarius non tenetur de furto subsequuto cum connumeretur inter casus fortuitos, vt supra dixi, Ita nec fideiussor, qui vtitur iisdem exceptionibus, quibus vtitur principalis, l. Græce. §. illud. ff. fideiuss. prout in terminis dicit Dec. d. cons. 7. n. 2 vbi quod damnum casu fortuito est domini principalis, non autem fideiussoris, Surd. decis. Mant. dec. 501. nu. 12.

Quare

Quare concludo, quod nullo modo potest molestari dictus Legnanus. Nec potuit non succensere huic imposturæ in remunerationem humanitatis acceptæ ab eo. *Perditur ingratis gratia viris.*

Laus Deo.

Portus I.C.

S V M M A R I V M.

1 *Differens accusare præsumitur suspectus de calumnia.*
2 *Accusationes quæ non sunt verisimiles circumducendæ sunt.*
3 *Præsumitur contra eum qui non vtitur Remedijs opportunis.*
4 *Præsumitur pro Nobili.*
5 *Furti an teneatur qui subtrahit tantum quãtum sibi debetur.*
6 *Furtum probatur per coniecturas, & per contrarias excluditur.*
7 *Delinquentibus non datur occasio Respirandi.*
8 *Sententia super furto an irroget infamiam.*
9 *Operarij in testes an admittantur.*
10 *Testi non reddenti causam sui dicti non creditur.*

Pro Iulio Cæsare Serenio Nobili
Contra
Io. Baptistam Prandonum.

Accusatus fuit in anno 1601. 28. Augusti; Nobilis D. Iulius Cæsar Seregnius à Io. Baptista Prandono Capellario, quod cum esset carceratus ad officium Sanctissimæ Inquisitionis dictus Seregnius die 17. Nouembris proxime præteriti accesserit ad domum habitationis quærelantis associatus à Io. Iacobo Rozzono consueto eius Brauo, absque iudiciali aliqua auctoritate exportari fecerit per totam eam diem, & noctem, & proximum sequen. diẽ omnem lanam paratam ad conficiendos Galeros, nec non & Galeros partim tinctos, partim tingendos, & alios factos, alios infectos vulgo *infeltrati, & non folati, & da folare,* valoris in totum scutorum mille quinque centum, & vltra contra voluntatem vxoris, quæ nolebat aliquid amoueri absque præsentia sui mariti, cui Serenius persuadebat ne dubi-

dubitaret, quia hoc fiebat ad vtilitatem dicti eius mariti, qui Serenius minatus est operarijs dicti Prandoni, vt opem ferrent, prout præstiterunt ad exportationem dictarum rerum committente dicto Serenio Robariam: & adducit in testem. *Philippum Mariconium* Opificem galerorum ad signum Cancri vulgo Gambaro, à quo quærelans intellexit, quod Serenius fecit perfici partem dictarum mercium, similiter in testem adducit; *Ioannem Speronum tinctorem*, qui cum haberet in manibus duodenas viginti galerorum tingendas Serenius apud eum institit, vt defferentur ad domum quærelantis, vt posset postea simul cum alijs eos auferre, prout fecit, ex eius domo, Quod statim atque relaxatus fuit è carceribus ab eo petijt Prandonus restitutioné dictarum rerum asportatarum qui renuit, & se quicquam habuisse negauit comminans ei baculationem, quare petit viriliter procedi contra Serenium vti facinorosum, & solitum, *bastonare, sfrisare, & occidere*.

Et quia quærela dilata fuit ferè per annum scilicet à mése Nouembris vsque ad mensem Augusti intercedentibus mensibus octo reijcit culpam, & excusationem in paupertatem suam qua impeditus non potuit quærelare, nisi hoc tempore.

Super hac accusatione producti sunt vndecim testes, Io. Baptista de Soldatis, Mattheus Trincherius, Vincentius de Curte, Baldassar de Fossate, Io. Baptista Ripa, Ioannes Speronus, Petrus Paulus de Verghis, Luccas de Baruellis, Camilla Glussiana, Philippus de Maricontis, Ioannes de Costis, ex quorum paucorum tamen depositionibus resultat, quod Serenius die Mercurij de mense Nouembris accessit ad eos vti operarios dicens *che lauorassero allegramẽte*, & die Iouis sequeñ. circa horam noctis, vnà cum Io. Iacobo postquam iàm allocutus esset vxorem Prandoni ingressus est apothecam, & exportari fecit galeros, Alio dicente quinquaginta duodenas, & balam lanæ, Alio ignorante quantitatem, Nemo tamen horum deponit quo nàm fuerint galeri allati, & si ipsimet Operarij examinati dicãt se iubente Serenio eos asportasse; Rursus resultat ex eorum Testimonijs quod in apotheca tempore dictæ asportationis aderant triginta duo operarij, Camilla vxor Prando-

ni deponit, quod aderant vltra viginti homines ex operarijs, & garzonis, Balthasar de Fossate, Quod erant præsentes triginta duo garzoni apothecæ, Io. Baptista Rippa, quod in apotheca aderant triginta operarij. Quamobrem his attentis dictus Serenius fuit reus constitutus à Curia, quod cum Prandonus esset carceratus de mense Nouembris accesserit ad eius domum, & cum verborum illecebris induxerit vxorem Prandoni ad permittēdum quod asportarentur, è domo merces parata ad artem suam persuadens ei quod satellites officij Sanctissimæ Inquisitioni venturi erant ad auferendum omnia, & alij ad instantiam creditorum, & quod quamuis illa ploraret, nec ijs vellet consentire hoc non obstante in tribus diebus, & etiam de noctæ auferri fecerit omnes galeros vulgo à rubbo factos, & infectos, & in magna quantitate, & vnam balam Lanæ magni pretij absque aliquo inuentario. Quodque simul etiam procurauerit habere aliquos galeros existentes domi Tinctoris promittens vxori Prandoni, quod statim atque fuisset relaxatus eius vir, ea omnia ablata restituisset, quod minime factum est in præiudicium tàm Prandoni, quàm creditorum suorum.

Nunc igitur pro deffensione Serenij videndum est nunquid legitimis indicijs vrgeatur. Deinde an ea sint elisa per contrarias probationes.

Præmitto igitur magnam insurgere præsumptionem calumniæ, cum accusator distulerit accusare vltra decē menses, quibus minime se impeditum fuisse docet. Neq; enim cum ageretur de toto eius patrimonio, & de omni ferè substantia sua imo de furto notabili excedente summam aureorum 1500. rem tam sibi præiudicialem tandiù dissimulasset, aut saltem de hac rapina non conquestus fuisset, amicos supponendo qui intercederent apud dictum Serenium, vt restitueret ablatas merces, argumento tex. in l. si quis forte §. si quis enim ff. pœnis, Castr. cons. 281. col. 1.
1 in cons. seq. col. 3. vol. 1. Crau. cons. 585. nume. 18, & cons. 969. nu. 15. cons. 75. num. 9. & cons. 161. num. 7. cum sim. in fin. latè Menoch. de præs. lib. 5. præs. 48. nu. 16. vers. supra est coniectura, & tanto magis cum esset ad paupertatem reductus (vt ille affirmat) ex causa dictæ rapinæ, Nec haberet

aberet modum ad continuandam apothecam suam, Nàm si pauperies magnum opprobrium iubet quiduis facere, & pati quanto credendum est quod Prandonus omnibus bonis spoliatus, & conclamasset, & opem aduersus insigne furtum quesijsset.

Secundo agi de furto satis inuerisimili, quare recte dicit Bursat. cons. 332. nu. 25. lib. 3. quod furti inquisitio debet esse de verisimili, scilicet quod persona conquerens de furto habere potuerit tot res, aut pecunias tempore furti ex Bart. in l. Dominus horreorum ff. locati Blanc. in l. fin. nu. 415. ff. quęstio, Nam cum supponatur ex depositione trium testium super offensiuo processu examinatorum quod in ea apotheca ad quam dicitur accessisse Serenius pro asportandis mercibus aderant triginta vltra operarij prædicti Prandoni haud credendum est quod ad præsentiam tot testium vir nobilis, & locuplex contempta omni iusticia ausus fuisset hæc bona rapere ex quo potuisset facile vti reus conuinci, & penas dare, Id enim fuisset hominis prorsus insani, Hinc accusationes quæ verisimilitudine destituuntur spernendæ sunt ad cumulata per Tiraq. in præfatione l. si vnquam num. 37. cum multis sequentibus C. reuoc. donat. Marsil in conclus. incip. verisimilitudo lib. 3. 2

Tertio minus verisimilitudinis habet, quod cum constet operarios iussu Serenij coactos fuisse merces illas asportare, nemo eorum recenseat quo fuerint allatæ; Id tantum verò fuit, vt illi deponerent quod euacuata fuerit dicta apotheca, non autem ad cuius domum fuerit portata, quare suspicans est is qui dicit de principio, & medio, sed non fine, & qui non totam seriem facti recenset, ita factum fuisse opinor ad tollendam facultatem Serenio probandi, non fuisse ad eum locum allatas aliquas merces quæ inspecta qualitate non poterat ita latere ne viderentur à cohabitantibus in dicta domo.

Quarto non mediocriter sunt suspecti testes, in eo quod dicunt Serenium habuisse multos ad dictum furtum explicandum, nemo tamen eorum nominatur, aut per nomé, aut per vestimenta, aut per alias demonstrationes, quod verisimiliter ab eis factum fuisset si verum fuisset aliquos homines ab eo adductos ad id fuisse.

Quinto quod mouere quemque posset, quid absurdius excogitare potest quam quod per tres dies continuos dederit operam dictus Serenius cum socijs in asportatione dictarum mercium vxore Prandoni semper lacrimante in eo quod illa egreferret d. res amoueri ex apotheca absente marito, Nàm cum illa videret apothecam prima die spoliari, nec Serenium dimoueri à proposito, ex eo quod ille lugeret cur non occurrit ne sequente die furtum ab eo reiteraretur cum adhuc melior pars rerum superesset conferenda, Aut cur sustinuit tertia, & postrema die omnes merces educi è domo, & apotheca? Aut cur maritum non monuit, qui licet esset carceratus non tamen difficilis ad eum dabatur aditus, cum sponte se carceribus tradidisset quem facile moneri facere poterat. Præsumitur enim contra eum
3 qui non vtitur remedijs opportunis, & tempestiuis. Mascard. de prob. concl. 531. nume. 144. & 150. & nume. 42. Crau. de antiq. temp. pri. parte vers. vidimus, & cons. 97. n. 7.

Sexto, Cum d. Serenius sit nobilis, & in anno 1595. Decurio Ciuitatis nostræ creatus difficilius concipitur contra eum facti præsumptio, cum per illud nobilitate vita
4 chariore exuatur, vt dicitur de crimine falsi Hier. Gab. cōs. 169. nu. 5. Pafet. cons. 7. nu. 8. cons. 127. nu. 5. 6 lib. 1. diuers. crim. larè Menoch. de præs. lib. 6. præs. 59. & 60. & multo minus præsumitur deliquisse furando cum sit diues Crau. cons. 332. nu. 13. lib. 3. excedens annuum redditum aureorũ Mille quinquecentum, in quo cessat causa furandi: quæ vt plurimum est earum rerum inopia quæ furatur.

Septimo additur; quod plurimum ad rem confert, cum constet Serenium fideiussisse pro Prandono ad summam vsque librarum quatuor mille versus quendam Raimondũ Mercatorem qui ei tradidit lanas sub fideiussione sua ad galeros conficiendum, satis verisimile est quod dictus Seregnius potuisset pro cautione sua palam abducere, & offerre omnes merces absque aliqua suspicione facti, & hoc modo à se amouere omnem furti accusationem re habente originem à contractu iuxta ter. Const nostræ Med.
Nam & his non tenetur furti, qui tantum subtraxit quan-
5 tum sibi debetur. Plot. in tract. de in lit. iur. §. 53. num. 8. vbi cit. Alciat. cons. 135. circa lib. primo. Grant. cons. 60.

Aetern. conſ. 106. num. 3. lib. diuerſ. cum primo.

Sicuti enim furtum probatur coniecturis l. non omnes §. a barbaris ff. re milit. Crau. conſ. 178 nu. 2. Boſ. de furt. nu. 66. Farinac. tit. de Inquiſit. q. 2. num. 14. ita contrarijs 6
coniecturis excluditur, vt contrariorum eadem ſit diſciplina Boer. q. 165. nu. 1. 2. Alciat. reſp. 453. nu. 5. Crau conſ. 151. nu. 18. & 175. num. 13. & cum furta clam committi ſoleant, nihil inſulſius eſt, quam quod palam quis furari velit, & ſe in diſcrimen certum exiſtimationis vitæ conſtituere. Bonifac. in trac. de furtis §. contrect. nu. 12. Hic dicitur furtum à furuo, quia clanculum fit.

Poſtremo cum d. Serenius poſt illam falſo obiectam accuſationem palam per hanc vrbem inceſſerit contrahendo vtique non adeo is eſt, reſupinus qui non debuerit timere leges fori iuxta illud Iuuenalis.

Reſpice quid valeant leges, quid Curia mandat. 11

Si enim criminoſus fuiſset conſuluiſset ſibi per latitationem, aut fugam non cum omnibus ſine delectu; & paſſim conuerſari, in locis publicis ambulare, Tribunalia frequentare, Iudicum aſpectum non refugere, Delinquentibus enim vix aliqua datur ſecuritas, aut reſpirandi occaſio Menoch. de præſ. lib. 5. præſ. 48. nu. 13. Nec ſe in facto tam manifeſto, expoſuiſset ſpontaneæ carcerationi latè explicat. 7
Menoch. præſumpt. præſ. 48. nu. 22. verſ. 2. Tib. Dec. conſ. 96. nu. 44. lib. 3.

Nunc ad deffenſiones feſtino quæ in pluribus verſantur, & quæ prorſus conuellunt contraria indicia, nec notam aliquam infamiæ relinquunt quæ incurritur ex ſententia Iudicis ſi quæ contra aliquem in furto feratur, vt per Corrad. de off. Præto. in crim. §. furtum nume. 20. Et omiſſis 8
contrarietatibus reſultantibus ex proc. offenſiuo alijs deponentibus, Quod Serenius adhibuit vim vxori Prandoni in exportatione rerum cum querela contrarium dicat ſcilicet Serenium hortatum fuiſse vxorem Prandoni, & inter hortationem, & compulſionem multum intereſt. Secundo in quantitate mercium exportatorum.

Prętermiſso etiam quod iſti ſint operarij Prandoni viles, ac nullatenenſes, vnde in criminalibus non ſunt idonei 9
tot defectibus concurrentibus de communi Oſaſc. conſ. 66,

num.22.seq. Farinac. de oppos. contra test. q. lvij. in fine.

Rursus omisso quod agant hi testes de se ipsis exonerandis cum præsentes essent l. furto, Nec prohibuerint quominus illud fieret cum possent etiam citra eorum periculum, vnde fit, vt non careant scrupulo societatis occultæ ex eo quod manifesto facinori non obuiarunt ad not. in l. culpa
10 caret ff. reg. iur. vbi Cagnol. nu. 7. in terminis furt. l. semper qui non prohibet ff. eo. Ideo tantò suspectiores sunt accusantes Serenium de furto in eorum testimonijs, maxime cum nullam vim cum armis adhibitam esse constet propter quam debuissent ante oculos suos ferre vxorem eorum domini plorantem, & Serenium, & eius famulum exportantes vt supra.

Omisso insuper. Quod ijdem laboratores qui affirmant auxilio fuisse ad exportañ. ignorasse se dicunt in quem lo-
11 cum merces exportate sunt, Vnde succedit iuris trita conclusio, vt non credatur testibus nisi plene deponentibus Dec. cons. 11. Bertrand. cons. 56. nu. 3. lib. 8. Bald. in l. Lucius nu. 5. ff. His qui nu. infam. Neque enim adducunt rationem cur non detulerint d. res vsque ad domum ad quã alij deferebant, vnde locum habent ea quæ dicuntur de teste non reddente causam, seu malam rationem Bal. in l. data opera nu. 41. C. qui accus. Bec. in l. quæ dubitationis nu. 6. ff. reg. iur. Monticell. in suo repert. de testibus in tit. testis depositio sine redditione causæ quando sufficiat.

Rursus omisso quod de calumnia etiam inde deducitur ex eo quod non designantur nominibus proprijs operarij qui vna cum alijs abstulerunt lanam ac galeros, cum tamen verisimiliter sciri debuissent, a cæteris operarijs examinatis, vel ab vxore Prandoni. Quare expedit his adijcere in eam rem S. Consultum. Tenoris huiusmodi.

DIlecte noster cum in causa narrata in precibus Iulij Cæsaris Serennij veritas quam vnam Iudex inquirere semper debet facile à tot operarijs præsentibus haberi posset, iuste conqueri videtur supplicans de Cruceio istius vestræ Curiæ Notario, qui eorum nomina à testibus examinatis, & de ipsorum operariorum præsentia attestantibus, ne perquisierit quidem, ideo vobis mandamus, vt si aliud quod nunc subticeatur non obstat ab ipsis Testibus examinatis,

natis, & ab ipso etiam Prandono curetis habere nomina operariorum qui dicuntur tempore narrati furti adfuisse in memorata appotheca cogatisque ipsum Prandonum ad exhibendum Testes examinatos; & de falso suspectos, vt narratorum in precibus veritas haberi possit Die 6. Aprilis 1602.

Condemnatus fuit Serenius ad magnam pecuniarum summam. Laus Deo.

Portus I. C.

Grauamina resultantia contrà Marcum Canalem bannitum & furem famosum nunc detentum in Ciuitate Derthonæ, ac Lazarum Spinulam receptatorem.

ANno præterito dum Scipio Panaterius publicus argentarius deputatus à Republica Ianuæ ad eius bancum haberet quandam Arcam, seu Capsulam in qua recondita erat non modica pecuniarum summa solidinorum Ianuæ recentium mediarum duplarum Ianuensium, & monetarum quattuor magnarum valoris lib. decem Ianuæ pro singula, crumena tillæ cerulæ, alia tillæ albę, & alia coraminis vulgo morello, & annullus aureus trium circulorum factus in modum serpis fuit dicta Arcula derobata per dictum Marcum de Canalis, qui mutato sibi prius nomine ad oppidum Saraualli se contulit, deinde ad locum Cassiani se contulit, vbi postea captus fuit; & in carceribus trusus.

Primò, quia omnes suprascriptę res derobatæ repertæ fuerunt partim penes ipsum Marcum tempore eius detentionis & partim ab eo prius fuerant dispositę, nàm respectu annuli fuit in eius proprio digito repertus, prout repertæ etiam fuerunt crumenæ cerulæ, & coraminis vulgo morello, vt etiam attestatur Catherina Comota crumena verò tilæ albæ visa fuit præ manibus dicti Canalis per Margaritam Comotam, & Baptistam Grondonum.

Respectu pecuniarum, conuictus pariter remanet, tum ex propria confessione, dum ad se osculandum dicit, se reperuisse crumenam quandam, in qua aderant duæ monetæ magnæ argenti à lib. decem pro singula, quas Antonius

Maria Turri aurifici ad permutandum dederat, prout ipsemet Turris examinatus affirmauit eiusque depositio, quo adiuuata remanet à Bernardo Bottario, aliam verò fatetur dedisse dict. Catherinę Comotæ caupone, vt & ipsa deponit eiusque depositio adminiculata extitit ab Antonio Fornario, & Margarita Comota, & quartam mutuauit Lazaro Spinulæ, vt resultat depositione Francisci de Bregno, Frãcisci de Bona, & Petri de Bona.

Respectu soldinorum recentium idemmet Marcus fatetur in certa quantitate mutuasse Lazaro Spinulę, & partim etiam dedisse dicto Turri aurifici, & obtulisse etiam maiorem quantitatem dare, vt ex depositione ipsiusmet Turris, Francisci de Bona, & Catherinæ Comotæ.

Respectu autem mediarum duplarum Ianuæ conuictus remanet fere ab omnibus testibus in processu examinatis, & sic inditijs indubitatis.

Grauatur quoque ex quo ipse fatetur se nihil penitus possidere, imò agricolturæ vacasse, & arti sutoris incubuisse, & tamen conuictus remanet, quod Lazaro Spinulæ dedisset scuta tercentum Ianuæ, ex depositione Francisci de Bona, Petri de Bona, & Pasquinæ vxoris Francisci, Luciæ vxoris Petri de Bona, & Andrea de Furnarijs de auditu ipsomet Marco, & scuta decem Capitaneo Gullielmo eiusdem Lazari patri, prout etiam deponit Baptista Grondonus, & hoc vltra alias pecunias, quas expendere volebat pro emendis metretis quinquaginta vini, vt constat ex depositione Francisci de Bona, & Petri eius filij, & vt ipse Marcus fatetur.

Grauatur quoque ex depositione multorum testium, attestantium esse publicam vocem, & famam, quod ipse Marcus Canalis furto subtraxerit capsulam de qua agitur in dicta Ciuitate Ianuę.

Vltra prædicta grauatus remanet etiam, quòd sit publicus lusor, ex depositionibus quatuordecim testium in processu examinatorum.

Item quod laute vixerit super hospitijs soluendo nedum pro eius persona, verum etiam pro aliis, & in specie pro dicto Lazaro Spinule ex quinque testibus, et prout etiam idémet Marcus fatetur.

Item

Item quòd sit publicus fur, & latro, & fuerit ob nonnulla furta fustigatus publicè per Ciuitatem Ianuæ, & aliàs inditiatus, ac etiam tortus pro alijs duobus furtis grauatur ex publicis scripturis, & ex depositione septem testiũ.

Conuictus insuper est, quòd sit vagabundus ex depositione trium testium.

Fatetur etiam exportationem armorum, contra formam proclamationum, & quòd se opposuerit Iustitiæ.

Item grauatur de mutatione nominis, & conuictus remanet ex depositione quindecim, & vltra testium adeo, quod euitare non potest, quin condemnandus non sit in penam furcarum, & ad restitutionem pecuniarum, & rerũ Scipioni Panaterio furatarum illata tamẽ prius dicto Marco acri tortura interpolatis vicibus etiam adhibito taxillo.

Quo verò ad Lazarum Spinulam ex solo processu fabricato, contra Canalem, & publicato diuersa contra eum insurgunt inditia vltra ea, quæ continentur in statu causæ.

Primò; Quia statim atque dictus Canalis Serrauallem peruenit dicto Lazaro se adiunxit cum eoque intrinsicè versatus est eundo etiam sepissime in hospitio dictæ Comotæ ad secum comedendum.

Secundò locutiones secretæ ad inuicem in quodam cubiculo dicti hospitij secutæ.

Tertiò errogatio pecuniarum in maxima quantitate facta in cubiculo hospitij dictæ Comotæ de omni genere pecuniarum derobatarum existentium in crumenis furto subtractis.

Quartò, Quod penes eum reperta fuit vna ex illis quatuor monetis à lib. decem Ianuæ, quæ recondita erat in capsula derobata.

Quintò ex depositione supra scriptorum testium probantium societatem trafficationis frumenti, castaneorum, & vini inter eum, & dictum Marcum initam cum tamen is Lazarus optimè sciret conditionem personæ d. Marci, qui est pauperimus de furtis difamatus, & pro furtis etiam publicè virgis cesus, & alias etiam detentus, & grauissimè tortus ob furtum vasis argenti factum Petro Spinulæ ipsius Lazari consanguineo, & quem tot pecunias non nisi ex furto parasse verisimiliter scire poterat, & debebat.

Sextò

Sextò mutatio nominis dicti Marci cui Lazarus ipse confessus sit, & magis etiam grauatus remansisset si Prætor Cassani officium suum legaliter gessisset, vt morem gereret Anibali Spinulæ ex Feudatarijs dicti loci Cassani auunculo eiusdem Lazari.

Nam primò loco liberauit rebus stantibus Octauium Montaldum domi sistentem sub fideiussione scutorum tercentum absque relatione Senatus.

Secundò ad publicationem processus properauit, & ad recipiendum dicti Marci deffensiones nulla habita ratione, quòd citandus erat Lazarus Spinula, & tamquam rei furto subtractæ receptator, & furis auxiliator reus constitui debebat imò dicto Lazaro nepoti Feudatarij Cassani parcere voluit in re in qua omni cum diligentia, & rigore procedere oportebat non obstante, quod supradictis inditijs vrgeretur.

Tertio, Quia post instructionem totius processus, & reatum dicti Marci ad fideiubendum pro expensis coegit d. quærelantem deindeque executionem concessit contra dictum fideiussorem pro expensis cibarijs ipsius Marci contra omne ius, & æquitatem.

Quarto, vt feudatario complaceret ratione interesse Lazari eius nepotis recusauit quærelanti traddere copiæ processus, licèt posteà originale transmisisset in loco Nouarij, & ibidem copia extracta fuit.

Quinto, quia plura à veritate aliena scripsit dicto Panaterio, & ab eo indebitas emungeret pecunias, vt ex verbis Epistolarum per ipsum Prætorem dicto Panaterio conscriptarum apparet.

Pro Io. Petro Vallio, & socio, In vna homicidij rixosi.

CVm supponatur in facto Io. Antonium Fusium, ægretulisse, quod Iacobus Vallius collocasset iu vxorem sororem suam cuidam Monoculo, quam ipse deperibat, accessit Fusius ad eius hospitium, quod exercebatur per eius patruum Ioan. Petrum Vallium, & dixit zelotopya compulsus. *Guardaua mi maritar questa figliuola in vno guerzo;* cui respondit patruus dictæ puellæ, *Hà veduto meglio lui con vno*

vno solo stchiopetto voi tutti due, con non ha tanto tante scarpe. Quibus auditis ille accepto sclopo suo, & accensa fune, & ea reposita super serpa exijt ex dicto hospitio, & collocauit se post arborem moram, vicinam dicto hospitio, appellatam morone cum dicto sclopo, animo (vt par est credere) occidendi aliquem ex dictis Vallijs cum explosione dicti sclopi. Quod cum aduertisset d. frater exijt & ipse è dicto hospitio, & ad eum accessit, & simul congressi sunt, His visis per patruum exijt & ipse, & arripuit telum hastatum, & in eum impetum fecit auxilium, & opem ferendo d. eius nepoti, & cum eo cecidit dictum Fusium super capite, qui inde ad pauci dies mortuus est. Formata fuit inquisitio contra ambos de dicto homicidio, alterum de homicidio, alterum de auxilio præstito.

Quæritur in quam pœnam sint puniendi, & an pœnam Condignam bin. de pœn. §. homicid.

Resolutiuè dico locum esse pœnæ extraordinariæ. Nam prouocati auxilio id fecisse dicuntur, non enim tenebantur expectare quod in eos exeuntes, è domo sclopos exploderetur, sed licuit eis præuenire, & paratum insultare occidere, dum domus ab eo obsideretur.

Roman. in l. cum mulieres, quæ est 49. nu. 66. ff. sol. matr. Dicit excessum in deffensione puniri mitius quia ignoscen. est, commoto iracundiæ calore, si iustum dolorem suum non potuit refrenare.

Clar. §. homicidium, vers. Sed quomodo, referens Ias. in l. vt vim, nu. 9. ff. iustit. & iure, dicentem quod ex sola præparatione ad offenden. vel aggrediendum licitum est mihi offendere, seu occidere. Referens Bald, ita tenentem. Probat. tex. in l. itaque, ff. ad l. Aquil. vbi dicitur si seruũ tuum latronem insidiantem mihi occidere securus ero.

Concordantes plures adducit mod. Rom. in tract. de homic. q. 125. nu 70. vers Limita secundo, vbi requirit signa præcedentia ad offensam apta, sed quid aptius est quã habere sclopum ad explodendum aptum, & paratum cum fune accensa super vipera, Nec dicatur, prout aliqui considerant quod poterant Vallij non exire è domo, & euitare periculum, iuxta id quod dicit Clar. in d. §. homic. vers. Potest etiam, in fin. vbi dicit quod quando ipse insidiator

vitari

vitari posset homicida, non esset excusandus ab ipsa pœna extraordinaria; Verum cum iste insidiator esset tam propè dictum hospitium, vt facilius potuissent Vallij ab hac offendi, non video quomodo illi potuissent occurrere ei in eorum faucibus, & iugulo imminenti cum sclopo, nisi præueniendo, & eum occidendo. Ille enim locus adeo apertus est, quod facile fuisset ei in domum irrumpere, & eos offendere. Ergo dicen. est homicidium sequutum ad necessariam deffensam, & quoad euitan. pœnam ordinariam stant duo consilia Bertaz. 433. & seq.

Boss. de homicid. nu. 88. dicit quod si quis præparabat se ad insultum contra me, & eum occido, præsumor fecisse ad meam deffensionem.

Bolognet. d. l. vt vim, nu. 26. vers. Tertium est dubium, dicit quod armorum terror inducit iustum timorem, & discrimen vitæ. Ita ille cum sclopo, cuius ictus dirigebatur in Vallios.

Ant. Gomez de delictis tomo 3. var. resol. lib. 3. rubr. de delictis, num. 22.

Mascar. concl. 489. num. 3. lib. 1. probat.

Vulpell conf. 78. num. 2.

Neque aliqua culpa ascribi eis potest, quando ob temporis breuitatem non potuerunt Vallij capere consilium aliquod deliberandi.

Quid facerent ij qui hostem ferè intra mœnia insidiantem ante oculos habebant? Recludere ne in abditam domus specum latebrosam, & tenebrosam, & ibi se continere ab ortu Solis, ad occasum, cum nec vix tuti fuissent, ergo de nulla culpa redargui possunt, nec de excessu, quia in tam breuissimo tempore nec olla feruens ab igne deposita quiescere potuisset, Cepol. conf. 29. num. 29. & 41. nu. 10. in fine, & rixa, & metus instantis periculi sunt pessimi consultores, Baiard. ad Clar. §. homicidium, num. 106. vers. Item addo. Iodoc. pract. crim. c. 76. nu. 20. in fine.

Fugere etiam erat summum dedecus, cum Vallij essent duo, ille solus quo casu necessaria dicitur deffensio, & impunibilis, ex Bal. in l. vt vim, col. fin. de iust. & iure. Vnde quicquid factum est id dicitur factum ad necessariam deffensionem, late Farinac. q. 125. num. 432. vers. Limita 3. in

tract.

tract. de homicid. & quod non teneretur fugere, Idem de communi nu. 128. vers. Prima opinio, & nume. 1343. vers. Contrarium, post Clar. §. homicidium, vers. Atque ideò, quæ procedit etiam quod agatur de persona abiecta, quia non tenetur fugere.

Quis autem sustinere potuisset hunc temerarium exprobrantem nuptias cum Monoculo sequutas, nepoti, & patruo, quæ sola ini uria ostendit prouocationem, quod solũ de se sufficit ad mitius agen. cum occisore, & recedendum à pęna ordinaria, ex congestis per Farinac. d. q. nu. 510, & seq. cum ille dederit operam rei illicitæ.

Excusan. est igitur ab omni pœna tam ordinaria, quàm extraordinaria. Laus Deo.

Franc. Bernardinus Porrus I. C.

Pro Nob. Cæsare Gambarella, & Octauiano Marliano.
In causa necis M. Antonij Rottulæ.
Adsit Christus spes mea,

Circa necem Marci Antonij Rottulæ in loco Cassani sequutam per explosionem sclopi factam à Gaspare Gãbarellio, pro qua facti fuerunt rei Cæsar Gambarellus, & Octauianus Marlianus de scientia, & participatione. Id primum est quærendum, An causa fuerit in Gaspare, cur ad dictum homicidium deuentum sit. Et sanè causa attribuitur; quod ex processu informatiuo coram Egr. Capitaneo Iustitiæ apparet, quod dictus M. Anton ius paulò ante occiderat clericum Pompeum fratrem Gasparis cum mille villipendijs, scilicet, abscisa tonsura, quam abstulerunt, Neque enim hoc factum celari potest, quoniã D. Capitaneus Iustitiæ eò accessit ad processum instr. endum, & descripta fuere bona dict. Rottulorum. Mirandum satis mihi videtur, quod conatus fuerit D. Fiscalis in hoc homicidio, quod cũ ex re notum est, viso improuiso inimico, multos comprehẽdere ex affinibus homicidæ sub vanis prætextibus, qui à iure non approbantur, vt infra dicam, & extendere ad dict. Cæsarem, & Octauianum, alioquin innocentissimos, quos non est credendum voluisse se conijcere in apertum discrimen

men rerum suarum; Consistendum est igitur sub cancellis regulæ, quæ vult, quod non præsumatur mãdatum nisi probetur. Doct. in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & in l. qui in aliena. ff. acquir. hær. Ant. Gabr. lib. 3. com. tit. de procur. cõclus. prima & quando quis reperitur interfectus ab inimico præsumitur ob propriam inimicitiam potius quàm alterius, iuxta terminos l. & magis. ff. solutio. Hier. Grat. consf. 52. num. 49. lib. 2. Gram. voto 6 nu. 19. lib. Decia. consf. 115. nu. 15. lib. 3. Gram. consf 63. num. 13. qui omnes loquuntur etiam in fortioribus terminis, quando appareret de mandato, & de inimicitia particulari, vt præsumatur motus ad occidendum ex odio particulari, & faciunt multa accumulata à Surdo consf. 40. lib. 1. nu. 591. Honded. consf. 87. nu. 73. lib. 2. vbi ad saturitatem.

Et licet Egr. D. Fiscalis habuerit hoc homicidium pro deliberato, & sequuta fuerit condemnatio contumacialis pro tali, non tamen ego benè assentior, quia potius existimo Gasparem motum fuisse ex subito impetu viso dicto Marco Antonio, & illius sententia contumacialis non nocet alijs tanquam res inter alios acta, tot tit. C. res inter alios &c. Si enim quis casu habet obuiam inimicum & ira commotus illum interficiat, non dicitur homicidium animo deliberato commissum, nisi appareat quod antea deliberasset id facere, & armatus ambulasset animo deliberato occidendi, ideo hæc deliberatio requirit interuallum. Farin. quæst. 126. n. 8. in pri. par. versic. Homicidium autem præmeditatum, & ita intelligitur Boss. de homicid. nu. 53. 54. vers. Nec fit differentia, & ex Clar. 5. homicidium nu. 7. vers. Deliberatum. Caball. de Homicid. nu. 182. vir et eum misterio. Cum ergo non appareat de aliquo tractatu præcedente, vel consilio, certè deliberatum dici non potest, & ita etiam in dubio hęc sententia tenendã est, Alba consf. 46. Menoch. q. 361. de arb iud. n. 23. vers. Primo infertur. Ceph. consf. 206 nu. 10. lib 2. Blanc. l. fin. nu. 54. 55. de indic. Neque enim apparet, quod dictus Gaspar sciret aduentum M. Antonij è loco Triuilij ad quem fuerant dicti tres pater, & filius de Marsis cum dicto M. Antonio, statim collocauit in loco apto, & sclopum displosit, Neque aliquis accurrit ad opem ferendam digladiantibus ex post, & quo tempore le-

uiter remansit Hieronymus vulneratus in manu. Quæ omnia sunt argumenta; quòd nemo in eo loco erat, nec conscius, nec particeps dicti insultus. Non enim verisimilie est, quod si Gaspar habuisset animum eum occidendi animo deliberato, quòd voluisset cum insultare in loco publico, in quo multi erant, qui eum potuissent deffendere, Mantica cons. 152. nu 8. Bertaz. cons. 85. præsertim cum ipse ab vno tantum scilicet Francisco Dugnano esset associatus. Non enim constat, quòd dictus Gaspar illum quæritaret. Præcedebat etiam iustus dolor fratris interfecti, Recens accusatio coram Egr. D. Capitaneo Iustitiæ in qua sollicitus erat de vindicta, & quotidie obuersabatur ante oculos detracta tósura a capite fratris, cuius facti indignitas in dies ex illius iudicij prosequutione ad animum reuocabatur, & nouos stimulos, & calcaria ad vltionem parabat, itaut semper animus conturbatus dici posset non recedente irato animo.

Hoc themate retento, sequitur, quòd omnes cæterorum affinium assistentia in loco, in die Dominico, dicitur fuisse casualis, & ita in dubio pronunciandum, Felin. cap. sicut dignum. in. 3. col. in fin. de homicid. Bertaz. cons. 166. nu. 6. & seq. in primo vol.

Et licet sciam Boss. tit. de homicid. nu. 65. aliter sensisse, attamen magis accedo Clar. in §. homicidium. vers. Ex proposito, vt attendantur coniecturæ, quarum potissimum hâc existimo, occasio innopinata, Cassan. de Malefic. tract. 5. Iudic. malefi. in delictum vbi siquis habuerit occidendi & sorte obuiat nô punitur de præmeditatione. Rursus, quòd si habuisset fixum in mente, & proposito occidere, præparasset socios, & alia, puta equos ad recedendum, & similia. Nec vt supra dixi se subiecisset periculo manifesto in insultando in tam publico loco, vbi facilè potuisset offendi si ictus sclopi successisset inanis, & aereus.

Hinc ex præmissis sequitur, quòd non docto de aliquo præcedente credendum est, omnes assitisse ignoranter, cum scientia elatere fisci sit probanda per liquidissimas probationes, Sim. de Pretis cons. 178. nu. 2, & 3, infinitos cumulat Farin. q. 131. nu. 81. cum seq. & tanto minus præsumitur assistentia, cum omnes inter se essent affines, ideo par cau-

sa

sa affinitatis minuit suspicionem, quòd ibi affuerint animo auxilium ferendi ad homicidium committendum, Brun. de indic. in 1. par. q. 3. nu. 6, & latius in 5. quæst. per tot.

Neque obstat, quod dicti Cæsar, & Octauianus vna cum homicida fuerint recepti in Ecclesiam S. Hieronimi, vbi conuersabantur, quia assistentia post delictum patratum non arguit auxilium aliquod præstitum esse, Felin. in cap. sicut dignum, nu. 2. vers. Quarto limita de test. Bart. l. non solum. §. si iur. ff. iniur. & associatio absque dolosa assistentia non reperitur iure culpabilis; Felin. cons. 168. num. 25. 26. lib. 1. post Bar. in l. in furti §. ope. nu. 4 ff. furtis & quòd excludatur dolus trad. Paris. cons. 152 nu. 32. 33. 35. lib. 4.

His non obstant causæ reatus in monitione expressæ, sub fol. relationis 114. scilicet, inimicitia ex causa cuiusdam accessij, & incisionis plantarum, & rixa, & digladiatio inter eum, & dictum M. Antonium occisum, & licet inimicitia esset etiam eadem de causa cum Gaspare, attamen nil ad rem facit, imò retorquetur, quando is, qui occiditur est inimicus. Secundo apparet vt sup. dictum est, de graviore inimicitia fratris Pompei interfecti, cum ludibrio ademptæ clericæ, & ea de causa eum fuisse motum ad hanc vindictam apparet ex verbis tempore vindictæ prolatis, & dictis, & in claris non est locus coniecturis, l. ille, aut ille §. cum in verbis, de leg. 3.

Minus obstat, quod Cæsar prosequutus fuerit accusationem contra M. Antonium de homicidio dicti Pompei, cum causa illa esset communis, & iniuria facta vni de familia censeatur facta toti familiæ, iuribus notissimis, nam pariter eodem modo respondemus vt s. Neque propterea dici potest ex his apparere inter eos de societate, & colligatione in dicto homicidio, quia ex diuersis non infertur, & mãdatum pariter, & participatio debent concludenter probari, & cum certus sit delinquens, certus inimicus, non debet vlteriori dubitationi esse locus, cum præsumatur iuxta regulas communes commissum nomine proprio, non autem communi, nec alterius, d. l. & magis. ff. solut. leg. & lib. 27. num. 32.

Pariter non obstat frequens conuersatio inter Gaspare, & Cæsarem, & secreta colloquia inter eos, & cum Octa-

uiano

tiano Marliano, quia hęc non sunt probata, & vbi probarentur, nil ad rem faciunt, iuxta cumulata ab Honded cōs. 87.nu. 141. vers. Aliud requisitum, & causa conuersationis refertur ad affinitatem mutuam, & ad honestam causam, Blanc. l. fin. n.201. in verbo Assoc. idē de associatione dicitur Menoch.de præs. lib. primo q. 89. n. 11. potest affinis ubi redimere quomodocunque sanguinem sui affinis. Idem dicitur de receptante post delictū qui licet præsumatur particeps & possit torqueri tamen fallit si receptetur consanguineus vel alia causa iusta probetur Cassa tract. 5. de ind præced.post delictū. In loco enim Cassani, qui est angustus sæpe alter alteri occurrit, ideo cessant hæ considerationes, quæ volumen conficere possunt, est enim hoc indicium remotum, Farin. de ind. q. 52. num. 85. cum seq. Postremò, vbi aliquis imputatur de aliquo maleficio, cuius incertus sit author, tunc conuersatio cum delinquentibus, & scelestis magnam vim habet, sed hic ista consideratio cessat, quia constat de delinquente certo, scilicet Gaspare.

Minus resistit, quòd dictus Cæsar laboret fama huius participationis in homicidio, quia negatur, & si qui testes hoc dicunt, ij sunt ex suspectis, vltra quòd deficiunt requisita ad illius esse, de quibus per Bart. in l. de minore. §. si plurium ff. quæstionib. Neque nominantur hi à quibus dici audiuerunt, cum debeat habere originem a fide dignis, & plura requisita seriatim recenset Honded. cons. 102. à nu. 68. cum multis seq. lib. 1. est enim fragile inditium huius famæ, & per raro vidi eam probatam.

Additur ab Egr. D. Fiscali delegato latitatio in diuersis locis sacris, & Ecclesijs timore capturæ, ex quo sumitur argumentum læsæ conscientiæ. Verùm respondetur, quòd hæc fuga, seu occultatio nullum facit indicium, quando is, qui latitat, vocatus venit, Bar. in l. quid sit fugitiuus, §. scienti.ff.edil.edict. Clar.§. fin.q. 21. vers. Fuga in fine.

Obijcitur quoque ad grauandum Cæsarem, quòd Gaspari bannito in causa dicti homicidij erogauerit alimenta, quæ verisimiliter non subministrasset nisi in recompensationem vindictæ pro dicto Cæsare sumptæ, occidendo dictum M. Antonium, Nam beneficium beneficio compēsandum est, & manus manum fricat, & hæc officiositas demō-

strat causam præcedentem, quia causatum refertur ad suā causam, l. 2. ff. acquir. possess. & sequentia referuntur ad præcedentia, §. pauonum Instit. de rerum diuis. l. si seruus plurium §. fin. ff. de leg. 1. Officium enim hoc pietatis in subueniendo nepoti de alimentis non est prohibitum, cum alimentatio etiam post condemnationem sit permissa, l. legatum .ff cap. dimin. Carer. de seruit. nume. 168. vers. Nam per dationem cibi, Bertaz. cons. 99. nume. 16. Claud. ad patrem cons. 98. nu. 8. & 9. in addit. in littera A Baiard. ad Clar. q. 90. nume. 33. Præter id, quòd dicuntur hæc alimenta præstari extra Statum, quod nullo modo prohibitū est, Auxilium etenim, non potest dici dari bannito extra territorium statuentium, Bertaz. cons. 126. nume. 9. & ibi Claud. in littera B. vers. Primo excusatur. Hip. Rim. cons. 28. nu. 2. lib. 1. Inciuile ergo est, quod dicatur ex hoc actu pietatis, quem dicitur exercuisse Cæsar, auxilium tulisse Gaspari ex fratre nepoti, etsi ille fuisset motus ex se ipso ob iniuriam factam patruo ad vindicandam iniuriam sibi factam, non tamen potest aliquid imputari eidem Cæsari, qui non præsumitur dedisse aliquod mandatum eidem Gaspari, iuxta congesta per Farin. q. 134. num. 67. Menoch. de præsumpt. lib. 5. præs. 27. Imo etiam si quis querelatur de homicidio per aliquem commisso, non propterea de mandato redargui potest; Farin. q. 134. nu. 3. Felin. cap. offerte, in 10. col. in fi. de præs. Decian. in 2. tract. crimin. lib. 9. cap. 38. nu. 10. 11. 12. fol. 310.

Vltimo fundatur reatus super eo, quod Cæsar tempore homicidij esset in loco Cassani cū tribus associatus, ex quo arguitur præcedens tractatus, & intelligentia in eo loco futuri homicidij. Verum huic occurritur, quod illa associatio alio non docto non parit aliquod indicium, iuxta cumulata a Farin. q. 52. num. 89. cum seq. vltra quòd associatio non est considerabilis quando is est consanguineus scilicet patruus Gasparis, & Octauianus Marianus est sororius Gasparis, & simul conuersari soliti erant, vt in octauo capitulo deffensionum, vel quando nullæ extant coniecturæ participationis, Thob. Non. cons. 96. Farin. tit. de consultoribus, q. 132. nu. 37. & seq. Non enim apparet accurrisse ad mutuam digladiationem, aut ensem distrinxisse, aut

accla-

acclamasse, aut aliud egisse, ex quo dici possit auxilium vel ante, vel in actu, vel post, tulisse, vel delinquentem occultasse, vel operam præstitisse ad euadendum, Ergo Cæsar liber est ab omni suspitione societatis.

Rursus excluditur animus deliberatus, quia ex depositione Nob. Hieronimi Clocij, qui præsens erat, quod ex testibus tribus examinatis super offensiuo resultat. Hic enim deponit, quòd die homicidij prope domum Nob. Io. Ambrosij Abduæ obuium habuisse Gasparem Gambarellam qui ei dixit, *Che lo voleua seruir fin al Porto d' Adà*, quo tẽpore Gaspar erat armatus sclopo ignito cum fune accensa, prout secum venit, ingrediens cum eo portum, cumq; ambo essent peruenti ad prædictum flumen Abduæ ad ripam superuenit vltra M. Antonius Rottula, vnà cum patre, & filio de Marsis omnes equestres, qui Gaspareis visis dixit, *Pagarei 25. scuti a non essere in vostra compagnia*, cui respondit testis, *Che se voleua andar in rouina lui nõ metesse me*, & sic quieuit, Quare cum transijsset saltu portum factus propior testis dicto Rottulæ eum monuit, vt caueret à Gaspare, ex verbis ab eo prolatis, qui respondit, *Che si marauigliaua di lui, & che l'harebbe fatto morir sotto vn bastone*, Quæ verba potuerunt exaudiri adicto Gaspare, qui postea equester regressus est ad portum, reddita salutatione eidem testi, & testis retinuit vltra ripam dict. Rottulam, & paulò post audita fuit explosio sclopi, mox aliæ duæ, intellexitque eum fuisse vulneratum, & eum in lecto visitauit, dixitque *che hauerebbe fatto meglio a far secondo il suo ricordo*. Quare credendum est, Gasparem fuisse motum ex illis verbis contumeliosis ad hanc vindictam, & licet hic testis sit singularis, attamẽ adminiculatur cæteras præsumptiones exclusiuas deliberationis, & appensamenti, iuxta not. per Ant. Gabr. de testibus concl. 2. in fi. Crau. de antiq. temp. in 4. par. num. 117. & cum agatur de viro nobili, fortius probat. Gab. ibi num. 71. & ex testibus singularibus potest Iudex in credulitatem adduci, cum omnis fides testium sit Iudici arbitraria, vt ibi nu. 62. vers. Secundo limita.

Excluditur etiam assistentia dicti Cæsaris ab homicidio ex testimonio Anniballis Melegarij Notarij publici super tertio capitulo deffensionum, ex eo, quòd per totam illam

Qq 2 diem

diem Cæsar fuerat ludens ad tarochi in domo M. Antonij Plantanidæ cum Petro Plantanida, quæ negatiua fuit coarctata ad formam traditam a Doct. relatis a Mascard. concluſ. 1092. nu. 9. lib. 2.

Clarè etiam deducitur ex quarto capitulo deffensionum quòd Gaspar occidit in vindictam fratris interfecti, per illa verba statim prolata; *Tuo mò, và adopra stoppar quel buso la chieriga*, per tres testes, quorum duo de propria auditu à Gaspare, & alter de auditu alieno.

Quod non erat aliqua causa, cur Cæsar procuraret offendi dictum M. Antonium, nam solus digladiatus est cum eo, & fratre Hieronimo senex cum duobus iuuenibus. Nec se eis inferiorem præstitit pugnando; Testes tres super quinto capitulo deffensionum.

Non etiam erat causa odij ex causa dictorum arborum incisorum, seu illius accessii controuersi, quia fauore Cæsaris causa sopita erat per duas sententias latas fauore suo, vnde remota causa remouetur effectus, cap. cum cessante, de appell. cum sim. vt probatum est in sexto, & 7. capit.

Quod attinet ad delationem tormentorum rotatorum ascriptam Cæsari, super ea non immoror, quia non est probatum tempus ad formam l. libellorum, ff. accusat. & ex Clar. §. fin. q. 11. vers. Dixi præter deducta, in 16. cap. deffensionum, P. Maria de Rubeis testis super hoc fatetur se inimicum, quia presbyter Pompeus Gambarella eum vulnerauit.

Vlterius gesta circa hoc caput sunt nulla, quia iurisdictio Egr. Fiscalis ad hoc non trahebatur, sed tantum ad pertinentia ad caput homicidij, toto tit. C. si a non compet. Iud. Delegatio enim est stricti iuris, nec extenditur, Castren. conſ. 23. Iaſ. l. a Diuo Pio. ff. re iudic. Præterquam quod est miles grauis armaturæ Ill. Marchionis Cassani, ideo licuit habere illud domi suæ.

Eisdem modis diluitur reatus datus dicto Octauiano sub folio relationis 92. De participatione, fundatus super simultanea inimicitia inter eum, & dictum Marcum Antonium, nam hoc non facit indicium, cum constet de inimico interfectore, vt supra dixi.

Sequitur alter reatus datus eidem Octauiano, De incessu

per hanc vrbem cum quadriglia contra formam cridarum Principis, negante, & dicente factum fuisse accidentale, ideò non comprehensum in dictis cridis, cum ageretur tantum de insultu facto ad domum Rottularum contra M. Antonium. Respondetur, quòd hæc vnio, & congregatio non est probata, & præsumitur vt supra dixi, casualis, & ad excusationem, Bald. cons. 425. lib. 5. vbi si quis habet inimicitias, & congregat amicos, & socios, vt vadat securius & iuit, non dicitur facere vnionem. Qualitas enim personæ dicti Octauiani, & facti, non patitur, vt dicatur incidisse in caput dictarum cridarum, seu Constitutionis, latè Menoch. cons. 28. nu. 10. & nu. 29. lib. 1.

Ex his liberandi sunt ab his indebitis molestijs, condemnandi aduersantes calumniosi iuxtà petita in animaduersionibus, procedendum de falso contra eos, & testes, vt in animaduersionibus, & grauaminibus impressis, declarandum nulliter processum, & iniustè positam in inquisitione illam conditionem, ex insidijs, & animo deliberato, & haberi pro non posita, iuxta etiam ipsas animaduersiones. & grauamina, ad quas &c. restituaturque Cæsari suum tormentum rotatum, quod potuit, & potest retinere.

Laus Deo.

Porrus I. C. & Aduocatus Mediolan.

Pro Iulio Cæsare Confalonerio in vna prætensa assistentiæ casualis ad homicidium.

Ex processu fabricato contra Iulium Cæsarem Confalonerium reum in Curia Prætoria constitutum de assistentia, & auxilio ad occidendum Io. Iacobum Brioscum, & de auxilio præstito post delictum non resultare video id, quod in reatu præsupponitur, Nam illa assistentia dicitur fuisse casualis, non autem data opera, nam si causa spectetur, cur ibi Iulius Cæsar reperiretur eo tempore, certè excludetur ab eo omnis auxilij præsumptio; venerat enim ad eum locum causa visendæ amasiæ quam deperibat, & vt interesset solemnitati Diuorum Iacobi & Philippi, quæ dicto die celebrabatur, nec post delictum associauit reum

homicidij, vt euaderet è manu iustitiæ, adeò quod in casu isto omnis hæc assistentia iure dicitur casualis, prout etiā in dubio præsumendum est, iux. Menoch. de arb. Iud. cas. 349.nu.6.vbi quod nullo modo punitur, Est igitur hoc probandum, & per liquidissimas probationes, & probandus est tractatus, Stort.Odd.cons. 15. Quod Franciscus ex Paris.cons.152.nu.30 vsque ad finem lib. 4.Mod.Rom.q. 131. num.32.& 81. Neque enim apparet, de aliqua inimicitia, quæ foret inter homicidam, & d. Iulium Cęsarem, nec hoc casu locus erit alicui torturæ, quæ non infertur nisi quando adsunt indicia, & coniecturæ præcedant, ob quæ torqueatur, vtrum scienter, & præcedente tractatu astiterit, iuxtà praxim Senatus, de qua Clar. q. 90. prout etiam ita declarat Farin.q.131.nu.37.ad finem, vers. sublimita secundo, & faciunt accumulata à Burs.cons.206.n.130.cum seqq. lib.2.Sed cum versemur in casu claro, attento, quod multi testes, imò omnes super offensiuo examinati deponunt. *Susanna de Longono vide vno giouanè, che correa in giù per la piazza con la spada nuda sfodrata in mano, & poi si voltò in vna stretta, nè sò à chi corresse dietro, perche non vidi se non lui con detta spada sfodrata, & vi èra gran popolo.* Et expressius Io. Antoninus Garimbertus, qui vidit integrè factum, sic deponit, *Nō vidi altri che lui, ne viddi arma sfodrata à niuno altro, che à lui, ne viddi altri à correr che lui, & vi èra grangente*, Io. Maria de Tagliabobus, *& lo viddi iui cō la spada sf drata*, Io. Maria Buzius testis de visu grauat homicidam tantum, & eius fratrem assistentem ei, *& d'altri non ho inteso, che ui fossero, & detto Confalonero vi potrebbe esser stato, che io non li feci a mente*, cum quo concordat Franciscus de Valtortis vidisse se dicit d. Paulum non autem Confalonerium, Sic & Maria de Torretis, quæ tantum grauat de visu dict. fratres, Cæsar de Fabrica concordat: Cum omni hi essent præsentes. Si verum esset, quod Iulius Cæsar astitisset cum occisore deposuissent id, Negatiua autem probatur à verisimili, Hercul. de probat. neg. Modo 53.Boss.de deffen.reorum nu.16.Farin.cons.65. nu.34.post Felin.cap. tertio loco de probat.cum effectus probationis nil aliud sit quam Iudicem mouere ad ita credendum, & de veritate opportunè se informari. Ego certè fateor magnam ei iniuriam factam fuisse in eo grauando

carcere

carcere cum ne minima quidem indiciorum vestigia adsint contra hunc cur astiterit ad auxilium ferendum cum nec homicida egeret ope alterius, quam fratris armati terzarola, & contra hominem solo ense armatum.

Sola difficultas consistit in confutando Philippum Comalachum Fabrum Ferrarium deponentem se vidisse tres iuuenes vicinos dicto Iacobo Philippo, & ex eis vnum euaginantem ensem, & vibrantem solum versus caput Iacobi Philippi verum in suo examine statim subdit, *viddi star cosi presenti, mà non vidde che cacciassero mano ad arma alcuna*, & tuc dictum Iulium Cæsarem fuisse accinctum solo ense; Nam præter id, quod iste testis est suspectus de falsô, quia nulla est causa cur inter eos obseruaret dictum Iulium Cæsarem cum ibi infiniti propè essent, Res igitur reducitur ad statum coniecturalem assistentiæ, quæ vt supra nullas habet coniecturas suspectam reddentes hanc assistentiam.

Superest alter testis Io. Angelus Brippius depones, quod erat de societate interfecti, & quod contra eos veniebat Io. Paulus Giussianus associatus sex, seu septem personis quas non cognouit, saluo dict. Iulium Cæsarem Confalonerium, & fratrem homicidæ armatum terzarola, & ad horum præsentiam insultus commissus est.

Hunc testem falsum esse conijcio, quia deponit contrarium eius, quod deponunt cæteri qui restringunt ad duos, seu tres, ideô falsus, quia contradicit pluribus, Boss. de oppos. contra testes nu. 13. & tit. de fals. nu. 22.

Secundo dicit, *non viddi alcuno che cacciasse mano se non lui solo*, intelligendo de homicida prædicto, *& non li viddi far cosa alcuna*, & allo in loco dicit *l'andauano ancor lor seguitando, ma non correano*, solent enim hi qui alterum insequuntur gradus accelerare, & celeri passu sequi insultatum.

Tertio, dicit se fuisse tunc temporis de societate occisi, & sic iniuria dicitur ei quoque facta, per quam factus est inimicus, qui nullum facit indicium, not. Innoc. in cap. cum oporteat de accusat. Bal. l. quoniam liberi, num. 4. & ibi Salic. nu. 8. C. de testib. Rim. iun. cons. 426. nu. 23. lib. 3. Et qui aggreditur eum, qui mihi comes est me ipsum aggredi videatur, d. l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi pub.

Quarto est massarius querelantis, & sic non probat.

Quinto, & criminosus ex pluribus attestationibus contra eum redditis, & super secundo capitulo satis hoc resultat.

In vniuersum autem constat de causa ob quam hic sollicitabat locum illum, scilicet ob amorem dictæ puellæ, & quam tunc temporis propè Ecclesiam expectabat è templo venientem, vt luminum suorum iocunditate frueretur, cum oculi sint in amore duces, ideò omnino absoluendus.

Fuit liberatus sub Prætore Sagaraga anno 1617. de mense Augusti Notarius Lambrugus.

Laus Deo Opt. Max.

Porrus I.C.

Contra Lucretiam Calcham mariti homicidam adulteram, & veneficam, ac complices.

GRauitas, & enormitas delicti subsecuti in personam Aluysij Cisnusculi viri confectæ ætatis ab inexplebili libidine vxoris Lucretiæ prouenientisquæ mercedem cum Mandatariis pacta est, & soluit, nulla mensura, terminari potest, omnemq; crudelitatem superat, Nec ordinaria vltimi supplicij pœna contenta est si quidem mulieres ita audaces ad facinora patranda inueniuntur vt eas nō mors, sed mortis genus facilè retrahere, & compescere possit: frequens etenim hoc exitium manet; vt mulieres maritos locupletes, licèt maturi capitis habere gestiant, honorem quē debent salua pudicitia exhibere recalcitrent, & si quæ castæ reperiuntur illis verè vice laudis potest attribui illud celebre dictum: *Rara auis in terris alboque simillima Cigno*: nam non propter prolem, quæ in ea ætate prope desperata est sed alium ad finem nubunt, videlicet, vt cito dissoluto matrimonio senili, neruoso iuueni luxurianti iungantur cum dote pingui, quam interim ex priore marito parant, & ad secundum maritum transferunt. Huc referendum est matrimonium in anno 1584 sub die vltimo Augusti subsecutum inter Aluysium Cisnusculum, & Lucretiam Calcam, Nam vt ex chirographo dotali colligo constituta fuit dos libr. 6000. cum onere dicto marito augendi dotem vsque ad summam libr. decemmilliũ prout aucta fuit, credendum

est

est insuper expensum fuisse in vestibus preciosis iuxta qualitatem temporum lib. 4000. ex proprijs peccunijs cum tot bona pro dicta dote sint assignata marito quas decedente marito absque filijs dicta vxor lucratur virtute statuti Mediolani, Quare hoc matrimonium magno pretio emptum videtur ab eo qui tunc temporis erat annorum circa quadraginta quinque, cumque ille diutius superesset quam vellet alieno obcecata amore, nempè Hieronimi Medices qui carnaliter cum ea commiscebatur in mortem mariti conspirauit vt simul nuberent, imò fornicarentur cum matrimonium inter eos de iure canonico non subsisteret, cap. super hoc de eo qui duxit in matr. quam polluit per adulterium: Capta simul cum complicibus confessa est: omnis nũc deffensio in minore etate constituta, & collocata est, cum nunc adducat immaturo se fuisse matrimonio traditam, ac in ea etate annorum 11. quæ vix viripotens esse consueuit (& si magis eo eundi potentia consideretur cum malitia quandoque suppleat etatem cap. puberes de desponſ. impub. iun. cap. de illis el secondo extra eodem Nam inter annum 1584. & præsentem intercedunt anni nouem adeo quod iuxta hanc supputationem dicta mulier tempore necis debuit esse annorum tantum viginti, & per consequens minor annis 20. in qua ætate ex communi minores nõ obligantur pœnæ ordinariæ, vt late apud Bertazol. conſ. 118. Dominus Iosephus vbi innumeros propè citat Bursa. conſ. 77. nu. 19. lib. 1. qui tamen loquitur in delicto quod non est de iure communi, aut naturali quale est homicidiũ mariti, citat Aymo. conſ. Aluern. Et alios add. Thesaur. decis. Pedem. 161. Burs. conſ. 645. nu. 12. & 52. lib. 4. Sfor. Oddus. de mino. q. 80. art. 9. nume. 93. 96. Clar. §. fin q. 60. in prin. Viuius com. opin. verbo pœna n. 159. Ludo. decis. Luc. 17. nu 68. qui tamen hoc admittit in peccato carnis nu 69.

Verùm contraria opinio & de iure, & de consuetudine præualet in ijs qui excedunt 14. annum per multa iura adducta per Ioseph. Ludo. d. decis. 57. n. 77. vers. Quintus casus. Flaminium Carthar. in trac. de execut. sen. cap. ban. in cap. fin. nu. 236. Quod ego intelligo inspecta qualitate doli, & ne frustra membranæ occupentur videatur plenum consil. Octauiani Vulpelli. 101. Pro absolutione vbi diluit

omnes

omnes obiectiones,& ostendit non indulgeri pœnam ordinariã adulto, quod præsertim locum sibi vendicat in atrocioribus delictis quale hoc est cum hæc mulier tum adulterata sit viuente marito, & à pluribus viris cognita, tum furata maximam pecuniarum quantitatem quam ad amasiũ detulit, tum dicatur venenum ad eum interimendum parasse: Postremò data pecunia occidi eum curauit. Sunt enim hæc maxima quæ nullam pœnæ mitigationem iure sperare possunt: Cum etiam solus conatus ad necem mariti puniatur pena ordinariã, vt per Bar. in l. 1. in fine .ff. ad l. Pompe. de parricid. licèt hanc opinionem Bar quoad conatum impugnet Salyc. in l. 1. C. His qui parentes,& Alex. post Bart. in l. vtrum ff. ad l. Pomp. de Parricid. Cepola cõs. vlt. per totum.

Quin etiam si vxor dat consilium adulterò, vt maritum occidat à quo tamen (vulgo alle fibbie alla rouersa) adulter occisus fuit tenebitur vxor, vt singulariter multorum authoritate fretus dicit Nicol. Boer. decis. Burdeg. 262. nu. 6. vers. Quinimo, quia dicitur author delicti qui tenetur non solum de delictis commissis cõtra illos quos persequitur, sed etiam de delictis, & damnis datis, & patratis contra alios l. Quoniam multa facinora C, ad l. Iul. de vi pub. & alioquin alio etiam non docto, nec probato præsumitur delicti conscia, & vxor occidi faciens maritum perdit dotem, & augmentum à marito factum l. pen. §. Scio, vbi Bar. ff. adim. lega. Carer. in §. Homicidium num. 150. Bal. in l. si tibi. C. de don. ante nupt.

Quod sit atrox delictum constat etiam ex qualitate pœnitentiæ, quæ per sacros Canones imponitur cap. admonere 33. q. 2. cum sint socij humanæ, & diuinæ vitæ duoq; sint in carne vna l. aduersus C. de cri. expil. hær. Cepola in terminis conf. 5. vbi quòd non licet etiam bannitum maritum occidere impune stante statuto quia equiparatur homicidio quo ad penam vt ibi nu. 24. Gram. conf. 57. num. 23. & adeo abominabile est, hoc homicidium, quod nisi irremissibiliter seuera pena coercerετur spes impetrandi pœnæ mitigationem vxoribus infensis erga mortem maritorum aleretur, & fouereτur si adulteræ sint, stante odio quo maritum habent veneno conarentur illum tollere,

Quod

Quod sentit Tullius ad Heren. lib. 4. *Maiores nostri quam impudicam iudicabant eam veneficij quoque damnatam existimabant, Quid ita? Quia necesse est eam quæ addixerit corpus suum turpissimæ cupiditati timere per multos: Quos? virum, parentes ceterosque ad quos videt sui dedecoris infamiam pertinere, Quid postea? Quos tantopere timeat eos necesse est vt quoquomodo possit veneno petat Cur? quia nulla potest honesta ratio eam retinere, quam magnitudo peccati facit timidam, intemperantia audacem, natura muliebris inconsideratam:* Perrarum enim est (vt hoc ei ego addam) quod hæc duo non copulentur adultera. & venefica l. consensu §. vir quoque Crepud. ibi Nisi adulteram vel veneficam §. Miciores auth. de Nupt.

Quamobrem & si probaretur dictam vxorem esse intra annos 20. quod tamen falsum est, habita consideratione dicti matrimonij contracti in anno 1584. die 26. Septembris, & dispensatione habita à Senatu in qua etatis fit mentio scilicet annorum quatuordecim, & chirographis subscriptis, altero sub die vltimo Augusti, & altero sub die 11. 1585. facta prius mentione de dicto primo chyrographo in quo dederunt nonnulla bona insolutum, & proinde omni ex capite redditur calumniosa etatis prætensio, & ex eis alter Hieronymus de Medicis est etiam annorũ 26. & vltra & Claudius frater ann. 22. Nec exhibita est aliqua fides Parochi de baptismo, quod fuisset eis facile & hoc respectu calumnia arguitur, & aspectus ocularisque visio facile indicat cuius probatio solet esse superlatiua vt in l. 1. §. primo, ff. ven. inspic. attamen nihil opitularetur ad effugiendam pœnam ordinariam mortis Quin etiam, & leues considerationes reiectę in mariti austeritatem in capitulis excitatæ deridendæ potius, quam auscultandæ sunt cum ex amplo augumento dotis vt supra cõstituto ex vestibus per honorifice ei factis & ex alijs commodis, que in domo mariti ipsa tota in libidine despumans percipiebat, illius auersi, & perditi mores ab omni remedio eam excludunt, sicuti etiã eam non excusat matris terribilis vultus, durum imperium dum esset sub lege mariti cui obedire tenebatur scriptum est. *Relinquet homo patrem, & matrem, & adherebit vxori suæ* Ideo cum filia non esset sub potestate matris sed mariti frustra de eius præcepto agitur a Inot. per Clar. quæst. 60.

verſ. ſolet dubitari Vis enim & compulſio non excuſat ſimilia delicta cum potius ſit appetenda mors quam manus tanto ſcelere fedanda.

Concludo Lucretiam vltimo ſupplicio afficiendam ac alios complices, Nec aliqua etatis excuſatione eos in hoc tanto ſcelere dignos &c.

Quod attinet ad Hieronymum Claudij occiſoris fratrē qui dum viueret Ciſnuſculus carnaliter cognoſcebat dict. Lucretiam cum promiſſione futuri matrimonij occiſo Ciſnuſculo, vt dotem haberet ſatis amplam excedentē libras quatuordecim mille computato augumento, & alijs eius (cauſa paratis preter furto ſubtracta è domo dicti mariti erant in arca Ciſnuſculi libr. 7000. e quibus libr. 3700. paulo ante in cauſam dotis fuerāt numeratæ à fratre dictæ Lucretię eidem Ciſnuſculo publico apparente inſtrumento & aliæ lib. 3300. vel circa repertæ partim penes Ioannā matrem, & Nouercam d. Hieronymi aliæ in feno abſconditæ, aliæ in foramine, que omnes debebant peruenire in cauſam dicti matrimonij tractati cum dicto Hieronymo: Dubium non eſt quin teneatur pœna Conſtitutionis §. Quicunque Titu. de Pęnis cum ſcientiam ille non neget, ſed tantum adducat ad deffenſionem ſuam ſe mandatum occidendi à patre quod ei commiſſum fuerat nunquam implere voluiſſe, ſed bona verba dediſſe patri & Nouercæ ac Lucretiæ, adeo ut neceſſe fuerit alijs mandarariis vti Adeſt enim qualitas in eo requiſita ex d. §. Quicunq; ſcilicet ſciētia iuncto preuio tractatu ad vtilitatem Hieronymi facto vnde habet locum pœna §. Quicunque cuiuſuis ſexus impoſita contra conſpirantes ſeu coniurantes, & per conſequēs eſt locus pœnæ ordinariæ, Quia ipſe prebuit cauſam delicto iux Clarum §. fin. Queſt 90. vbi citatur Grat. caſ. 52. nu. 3. lib 2. Dicens Quod vbi auxiliator prebet cauſam delicto punitur eadem pœna, & ſuper illo themate conſuluit Pariſ conſ. 166. lib. 4. Et dicit Boſſius tit. de Homicid. num. 33. Quòd quando auxilium dat cauſam delicto non diſtinguitur vtrum auxilium ſit proximum aut remotum, ſed tātum conſideratur vtrum dederit cauſam homicidio necne Hippol. Marſil. conſ. 24 nu. 17 & conſ. 43. nu xlvj. & precedente tractatu per quatuor vices de eo occidendo expeditum eſt

habere

habere locum pœnam ordinariam Iac. Menoch. Senat. de Arb. Iud. casu 349. num. 23. vers. declaratur primo; & dicit Bart. in l. vtrum. ff. ad l. Pomp. de Paricid. in fine quod ad incurrendam pœnam Homicidij ordinariam sufficit scientia, & quod sit particeps idem in l. 1. §. occisorum in fine. ff. ad sen. cons. Sillan, & participē fuisse omnium quæ moliebantur contra dictum Cisnusculum ipse Hieronymus non negat vnde conuenit vt particeps appelletur iux. tex. vbi Bart. in l. 1. C. si rector prouintiæ, quæ fortius vt dixi locum habent in hac causa parricidij.

Et in causa mariti à scelestissima femina vxore occisi cōsuluit Bertazol. cons. crim. 82. causa ista lib. 1. col. 2. in fine & seq. vbi quòd punitur attentatum non sequuto effectu ob illius inmanitatem, & quòd mandans & conscius talis parricidij etiam si sit extraneus punitur eadem pœna, & tenetur quis ratione solius scientiæ.

Nec infitiari potest Hieronymus conspirationem ante factam in futuram necem d. Cisnusculi ad d. effectum quā terque quaterque attentauit nam illius cōmodo hæc mors cedebat, Et quæ conspiratio probatur per testes deponentes de variis actibus vt apud Marsil cons. 1. nu. 63. vol. 1. Habuit enim hic tractatus varia preparamenta, varios actus destinatos ad homicidum Qui ex toto processu resultant Ergo omnes vnà in id homicidum conspirasse non est, ambigendum siquidem iam ante dabant operam Rapinæ & expoliationi domus d. Cisnusculi post inductam, ab eisdē Lucretiam, & sollicitatam ad furta, ad scelera ad adulteria. Nec probatur sententia Adoocati d. Hieronymi dicentis coniurationem non dari nisi simul iuretur siquidem ex Alex. cons. 13. nu. 15. vol 6. dicitur omnis conuenticula, vel conspiratio multorum quæ fit ad actum illicitum 11. q. 1. cap. coniurationum cum multis sequentibus.

Et omni in casu cū agatur de parricidio est speciale propter atrocitatem criminis vt conscij teneantur pœna mortis Dec. l. culpa caret, nu. 8. ff. reg. iur. alios refert. Tib. Decian. in tit. de Parricidio lib. 2. crim. cap. 13. De præstantibus auxilium vel consilium num. 3. vers. vtrum qui occiderint, quod notandum est.

Cæterum in hoc facinorosissimo homine concurrunt innumera

numera delicta, quæ delictum agrauant videlicet adulterium mulieris repetitum cum Lucretia. Secundo expilatio bonorum dicti Cisnusculi. Tertio hortatio vxori facta ad necandum maritum, quò ipse dotem vsurpare posset. Quarto mandatum fratri, & alijs factum ad occidendum in suã vtilitatem. Quinto pluries facta conspiratio in id delicti, quod diuino iudicio ad executionem produci non potuit; & si attentatum fuit nisi vsque die d. violentæ necis Omnes mater, filia & laqueo fuerunt suspensi.

Laus Deo, & B. V. M.

Franc. B. Porrus I. C.

S V M M A R I V M.

1 *Inditia Homicidij summatim colliguntur.*
2 *Indiciorum status duplex.*
3 *Inimicitia debet esse grauis ad parendum Indicium.*
3 *Testis vnicus super offensiuo probat contra producentem.*
5 *Inimicitiæ indicium diluitur siquis plures habeat inimicos.*
6 *Fuga diluitur post spontaneam præsentationem.*
7 *Fama originem habens a radice infecta non probat.*
8 *Suspiciones afferunt delicti leue argumentum.*

Pro Nob. Castillioneis, & Terzaghis,
In causa homicidij.

Responsum in facto, & in iure.

ANno 1608. occisus fuit Lucius Buzius circa quatuor horas noctis, ex innumeris suis delictis cognitus, filius alterius famosissimi banniti appellati il Caporalino, cuius caput fuit palàm in hac Vrbe positum in loco consueto, nõ degenerans hic à patre, multis vulneribus, & confectus, & confossus: Cumq; ille decesserit absque eo, vt loqui posset; facta fuit diligentia pro habenda veritate siccariorum, & sumptum initium ab eius matre Francisca Lucina, quæ in homicidas hos nominat, Franciscum Terzagum appellatũ Luisertum, Io. Bernardinum Terzagum dictum il Canegrarino

grarino, Cæsarem Castillioneum, Isepinum fratrem dicti Cæsaris, omnes, vt illa ait, deferentes sclopos rotatos, dicitque fuisse eius filiũ præmonitum Dominico die antecedẽte per litteras quas ea præsente legit, mox combussa, nec authorem nominauit, in quibus tamen monebatur, vt caueret à Luisetto, Cæsare, & Iosepho Castillioneis, Io. Bernardino Terzago, qui in eum conspirauerant, & qui quatuor oderant dictum eius filium tam supra octo menses, ob amicitiam, quàm habebat cum Catherina, ex qua suscepit filium antequam Comi carceraretur, vbi fuit vltra annum, & cum domum redijsset, inuenit, quòd dict. Isepinus ab ea habuerat ligulas, vulgo stringoni, sericeos, quas eius filius ei donauerat, & per vilipendium ostendebat eas omnibus, dicens, *Guardi mò Lucio sì Catherina lo stima poco, che hà buttato via tutte le cose, che hà donato à lei*. Quare dictus Lucius animum appulit ad reddendum par pari, nempe ad subornandum, & corrumpendum Angelam filiam Margaritæ de Agagnis concubinam eiusdem Isepini, & eam quoque cognouit carnaliter, & ex causa dictæ Angelæ coniurarunt in eius mortem, & post illas litteras latuit ille in domo per tres dies, postea amore obcæcatus, nocte illius hebdomadæ ad eam accessit, & cum ea concubuit contra eius solitum, & interrogatus de causa, respondit matri, *che doppò d'esser stato à casa di detta Angela si partì per venir à casa, & come fù fuora del suo vschio vidde sotto il portico di detta Angela tre incappati, quali vistolo si ritirorno*, & inter eos cognouit dictum Isepinum, Luisetum, & Io. Bernardinum Terzagum, & ob dictas litteras acceptas cæpit de eis suspicari, & redijt in domum dictæ Angelæ, & ibi dormijt, & die Iouis proximè præterito dictus eius filius misit ad Angelam sarcinam lignorum, significãs, *che la sera sarebbe andato là à scaldarsi*, prout accessit circa horas tres, seu quatuor, & in itinere fuit interemptus, & quod ex causa concepti odij ob Catherinam, & Angelam destiterunt ab alloquendo inuicem. Quodque dictus Io. Bernardinus odio habebat eius filium ex causa litis ciuilis quam Mediolani habebant.

Et in argumentum adducit, quod omnes visitarunt cadauer dicti Lucij ipsis exceptis. Quodque nullus præter eos illum oderat.

Quodque

Quodque illi omnes præ timore se retraxerunt, & latitant.

Cum matre concordat filia Lauinia, quæ grauat in specie Io. Bernardinum sororium suum; Quod quodam vespere petijt ab ea, an Lucius eius frater esset in domo, quo tempore ille habebat sclopum rotatum longitudinis vnius brachij, & perquisiuit etiam vnum pallium, dicens se velle ire acceptum tormentum rotatum longum, & certiorauit de hoc eius fratrem, quia notum ei erat odium quo prosequebatur eum, & propter litteras de quibus supra, prout à matre intellexerat, & plures causas odii prosequitur.

Lucia quoque de Tremontis, quæ fuit præsens vnà cum dicta matre interfecti cadaueri. Deponit de auditu ab ea, *che erano stati li sudetti Luisetto Isepino, Cesare Castioni, Gio. Bernardino Terzago, che l'haueuano ammazzato*, & concludit eandem inimicitiam, & grauat dictos fratres Castillioneos de delatione capillorum attingentium humeros.

Ioanna de Tremontis famula occisi, filia proximæ Luciæ deponit de auditu à dicto, *Lucio sono alquante sere, che vitrouò quà appresso à casa mia gente incantonata, & in particolare Cesare Castione*, & eandem cum cæteris inimiciam concludit.

Catherina Amasia Isepini concordat circa zelotypiam Isepini, & Lucij narrando ea quæ supradicta sunt circa stringonum & cum ea quoque cõcordat Lucieta mater dictæ Catherinæ meretricis.

Cæterum quòd non esset aliqua inimiciatia inter eos videtur probare Hieronymus Fontana super offensiuo, deponens se vidisse dict. Castillioneos, & Bernardinum Terzagum simul colloquentes in platea & cum eo contestis est Laura Fontana puella nubilis, dicens *gli hò visto parlare insieme in piazza, & sopra le feste ballare*, & Ioannes Galdinus dicēs, *vedeua Lucio practicar con tutti*. Thomas Lurascus seruus querelantis deponit; *sà che frà detti, & Lucio non vi era inimicitia alcuna*. Immò excludit etiam famam contra eos, dicens, Et per la terra d'Appiano non si dice niente se non r bocca di sua madre.

Adducitur etiam contra eos latitatio in Ecclesia, de qua constat ex relatione Baricelli,

Allega-

Allegatio Iuris.

CVM igitur indicia huius homicidij restringantur ad hæc.

Ad causam inimicitiæ orientis a riualitate mulierum. 1

Ad fugam incontinenti sequutam de qua constat ex latitatione in Ecclesijs.

Ad publicam famam contra eos statim ortam de homicidio.

Ad suspicionem ex eo, quòd nullus eorum accesserit ad honorandum funus dicti Lucij.

Ad timorem, quem habebat dictus Lucius de eis qui fuerat etiam litteris præmonitus, quòd conspiratio erat in eũ facta ab his qui sunt Rei constituti, laceratis etiam litteris & igne combustis Videndum est, quid hac inditia operantur quæ dicuntur remota à delicto.

In hac quæstione reperio, quòd Doctores ad duplicem statum reducunt indicia Altera propinqua seu immediata, Altera mediata seu remota. Prima attingunt negotium: Secunda, non: sed tantùm respiciunt circumstantias puta 2 per sensum visus vel proprij auditus, & eo posito ponitur criminis effectus, & eo remoto remouetur criminis effectus latè Ioseph Ludouic. Osasc. Blanc. & alij accumulati à Farinac. q. 36. in 2. tract. de indic. & tort. n. 55. cum seqq. Isto in casu indicia prædicta sunt remota, quia non tangut delictum homicidij cum nemo viderit quemquam ex homicidis dicta nocte, vel cum tormento rotato prope occisum, vel aliquem vibrantem ictus.

Verũ etiã dictis indicijs accõmodatur optima defensio.

Quò ad inimicitiam dicitur, quòd non est talis quòd ob eam moueri potuerit Castillioneus ad eum occidendum, Nam etsi inter eos intercesserit aliqua animi turbatio, & dissensio ex causa dictarum meretricum, erat tamen leuis, & erat sublata per mutuam compensationem, & mutuum furtum, cum alter in alterius locum successerit, videlicet Lucius præripuit amasiam Castillioneo, & viceuersa, itaut sit locus vulgati dicterio, *Nil Iudeus Iudeo, Nil Catilina Cetego*. Requiritur autem, quòd causa inimicitiæ 3 sit grauis, Innocen. cap. cum oporteat de accusat. Mascard. latè de probat. conclus. 91. volum. 2. Rimin. iun. consil.

302, volum. 3. Menoch. de Arbitr. iudic. casu 110. Ant. Gabr. lib. 7. commun. opin. conclus. 18.

Secundò dicitur quòd immò apparet, quòd mutuò se colloquebantur, salutabant, alter alterius domum adibat, ex
3 tribus testibus super offensiuo examinatis. Testis etiam vnicus super offensiuo probat contra producentem, & fiscum,
4 Socin. iun. cons. 69. lib. 1. nu. 11. Bursat. cons. 216. n. 45. vol. 2 cons. 168. nu. 4, & 15. diuers. crimin. tom. 1. Simon. de Præt. cons. 568. nu. 6. cum similibus.
5 Tertiò diluitur hoc indicium, quando quis plures habet inimicos, prout iste Buzius, Farinac. q. 29 n. 114. in 2. tract.

Ad fugam respondetur, quòd illa erat inconsiderabilis,
6 cum ea sequuta dicatur postquam satellites accesserunt ad hos Reos perquirendos: sed, & ea purgatur per spontaneā præsentationem, Gramm. vot. 10. nu. 2. Blanc. l. fin. num. 886. ff. q. Boer. decis. 215. nu. 27. Rimin. iun. cons. 88. nu. 49.
7 Ad publicam famam respondetur, eam habuisse originē à matre, & filia ac alijs eiusdem familia, & sic à radice infecta, ad not. per Bart. in l. de minore. §. si plurium. ff. quæstion. vltrà quòd etiam apparet de contraria fama probata per hos imputatos,
8 Ad suspicionem de qua supra, respondetur, quòd est leue ac debile argumentum, Farinac. q. 36. nu. 176, & seq. vltra quòd si non accesserunt ad funus dicti Lucij, est in promptu causa, quia clamosa mater cæpit eos diffamare in authores necis.

Ad vltimum de timore respondetur, quòd ille non probatur aliundè, quàm à dicta matre, quæ fuit auctrix harū litterarum: Neque enim verisimile est, quòd dictus Buzius in ignem dictas litteras proiecisset, sed seruasset penes se, vel matri tradidisset, & ideò hoc est friuolum fundamētum, & sic facili negotio omnes hæ obiectiones concidunt.

Deducitur autem innocentia horum ex defensionibus præstitis & ex primo capitulo ex quo resultat amicitia inter dictos Reos, & dictum Lucium, prout superius dictum fuit in secunda consideratione, Franciscus de Zaffarinis super primo fol. 26. abundè Lucius Fontana fol. 38.

Secundum capitulum se habet: Quod dicto tempore necis, Ioseph, & Cæsar Castillionei & Io. Bernardinus Terzaghus

zaghus appellatus il Canegratino ludebant in domo dictorum de Castillioneo folijs lusorijs multis ibi interuenientibus, & Franciscus Terzaghus appellatus il Luffettino, erat domi Reuer. Præpositi Applani, & eo tempore fuit pulsatum ad ianuam dicti Præpositi, & accitus ille ad confitendum peccata Lucij occisi, qui statim accessit, & post eum sequutus est dictus Terzagus, cum Ambrosio Biella, & inuenit, quod eum mortuum deferebant ad domum. Petrus de Brenijs fol. 49. concludit negatiuam quo ad fratres Castilioneos, & Bernardinum Terzagum. Secundus Stephanus de Brenijs appellatus de Guidis fol. 68. Tertius Philippus Villa fol. 84, & Honorius Terzagus fol. 95. omnes contestes quo ad dictos tres. Et quo ad Franciscum Terzagum Petrus de Luraschis fol. 114. Secundus Ambrosius Biella fol. 138. M. R. Bartolomeus Cantianus fol. 158. concludit negatiuam loci Applani Præpositus.

Tertium capitulum respicit, quod dicti Rei post necem, liberè incedebant per locum Applani, Stephanus de Brenijs dictus de Guidis, & Petrus eius frater fol. 49 & 68. Tertius Philippus Villa fol. 84. Honorius Terzagus fol. 95. Petrus de Luraschis fol. 114. Antonius fol. 138. omnes contestes ad excludendum indicium fugæ de quo supra in versic. Tertio ad fugam, præter ibi dicta.

Quartum, quod Lucius odio habebatur a multis, prout etiam apparet ex multis attestationibus, quodque multos ille offendit. Franciscus Zaffarinus fol. 26. Lucius Fontana fol. 38. Petrus de Brenijs fol. 49, Stephanus de Brenijs folio 68. Philippus Villa fol. 84. Honorius Terzagus fol. 94. & hoc corroborat ea, quæ supra dicta sunt circa inditium inimicitiæ.

Quintum, quod contraria fama laborat contra multos offensos ab eodem Lucio, & hoc præter supradicta circa indicium famæ Balthesar Carcanus fol. 187. Antonius Fontana fol. 190. Franciscus Niguarda fol. 192.

Sextum Quo ad bonam qualitatem Bernardinus Terzagus, qui viuebat ex suo reditu. Felix Terzagus Causidicus fol. 170 Balthesar Applanus fol. 175.

Septimum, Quoad impudicitiam Catherinæ, Angelæ, Luciæ, Ioanninæ, Franciscus de Zaffarinis fol. 26. Lucius

Fontana fol. 38. Paulus de Ayxaghis fol. 112. Franciscus Niguarda fol. 192.

Vltimũ bonæ vocis, & famæ probatur per multos testes. Ex quibus luce clarior redditur horum innocentia, qui arguuntur occidisse hominem iampridem indignum frui hac aura vitali, & qui si occisus non esset deceret pro nece premia publica proponi. Fuerunt omnes absoluti præuia tortura leui & mitius in d. causa processum est quia agebatur de perditissimo homine & digno, qui vbi scelere cus tollit &c. Laus Deo.

Franciscus Bernardinus Porrus I.C. subscr.

Informatio in causa homicidij Iosephi Bossij loci Meleti Raudensis, nunc tractanda in Reg. Curia, mox verò in Senatu Excell. ab Egr. D. Fiscali Rubeo, ad eam causam per Sen. delegato: Qua de re detinentur Marchio Io. *Baptista Palauicinus Mediolani, iam supra menses septem, Thomas Gallaratus in Ciuitate Cremonæ, iam quatuor mensibus, Franciscus Zainus in Ciuitate Laudæ, iam mensibus sex, & Io. Iac. Mareschinus,* Iac. *Antonius Marinus, & Franciscus Locadellus Mediolani, iam quatuor mensibus.*

CVm is Bossius, notoriè facinorosus, ideòque sepe numero, ob delicta grauia, & homicida ab eo commissa, monitus, & castigatus obtentaque per eum nonnullorum ex ipsis delictis virtute decreti gratiosi liberatione, & soluta ex ordine Sen. Excell. graui pena pecuniaria, relegatus fuisset in Ciuitate Comi, per triennium, & amplius etiam arbitrio Senatu, facto etiam ei Bossio ob eius impossibilitatẽ præstandæ fideiussionis scutorum mille, de ea relegatione seruanda, præcepto idcirco in faciem sub pena remi triennalis, & offensionis impunè, si extra limites loci relegationis deprehensus fuisset, qui tamen, tunc etiam ex aliis grauissimis delictis detinebatur in carceribus Egr. Capitanei Iustitiæ Mediolani, ex quibus fuga arrepta, relegatione non obseruata, bannitis collectis, terra Meleti vicinisque regionibus, ob varia incommoda, & detrimenta oppressis, eius nequitia ad summum perducta cum insigni illo bannito appellato il Caporale di Soresina, ac ceteris in loco Mezani Martelli Placentini prope confinia huius dominij vicino

terræ

terre Meleti, pernoctaret vbi viriliter, ne caperetur, resisteret, & confligeret exoneratis tormentis, ideoque vno per ipsum Bossium interfecto, fuerit, tandem & ipse diuino potiusquã humano auxilio de medio sublatus. & dictus bannitus viuus captus, Placentiam missus, Agitatus fuit idcirco occasione scilicet dictæ necis Bossij contra supranominatos Ioannemque Filiodonum, & alios plures processus.

Verum hi supponunt Bossium potuisse impune occidi, nedum in dominio isto, verum etiam extra illud, idque ex duobus potissimis fundamentis.

Alterum est, quia cum extra limites relegationis deprehensus fuerit, ideo potuerit virtute, & pro executione dicti ordini Senatus, impune offendi, & ita etiam occidi Ias. in l. suis nu. 26. ff. de liber. posthum. vers. imò fortius. Homicidium enim dicitur offensa, Bart. in cons. 188. stat. Castri plebis in princ. Alberic. à Rosate in suo tract. de stat. in 4. & vlt. par. quæst. 18. Farinac. quæst. 103. nu. 18. nec conuenit, quod quis iuris Clipeo decipiatur, cum fecerit id, quod publicè licitum credebat: cum hac transit, Clar. in §. homicidium vers. est tamen, & cum ordo Sen. indistinctè de offensa loquatur, igitur de aliqua offensa intelligi debet l. pri. §. quod autem. ff. de alea lusor. & aleat. & appellatione offensæ cõtinetur etiam offensa capitalis, & grauissima l. quod si iterum. ff. de aliment. legat. & contra contumacem, & non parentem sumi debet interpretatio, & propter contumatiam pęna augetur l. relegati. l. capitalium. §. in exulibus. l. aut damna. §. inter. ff. de pen. ideo verbum offendi, contra relegatum interpretari debet, & sic contra eum: qui Sen. ordinem contempsit, relegationem ei indictam non obseruando, præterea non est in potestate offendentis, ità offendere, & offensioni modum, & terminum præscribere, vt offensus non moriatur cum in his animus factum nequeat, regulare cap. de homicidio lib. 6. Quare hanc sententiam esse verissimam, & communiter receptam, & in foro semper seruatam testantur supra citati Doct. ac etiam Mars. in sua prax. in §. agredior nu. 15. Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 90. nu. 26. & seq. quæ sententia adeo est vera, ut occidens eum, qui impune offendi poterat nequeat puniri tàm & si non zelo iustitiæ, & propter publicam vtilitatem, sed ad uindictã,

& inimicitiam occiderit. Farinac. in sua prax. de var. ac diuer. quæst. 103. nu. 209. & cons. 101. nu. 1. Boss. in tit. banniti quidam, nu. 9. in fi. Clar. in d. §. homicidium n. 44. vers. sed nunquid in fin. vbi citati Doct. ita seruari scripserunt: ita etiam nuperrimè rescripsit Senatus anno 1608. 19. Nouembris Egr. Prætori Laudæ ratione homicidij commissi in personam Ferrantis Raudensis pheudatarij à Senatu relegati per quinquennium ab hoc dominio, ita ut posset impunè offendi si pedem in hoc dominium intulisset; facta enim per ipsum Egr. Prætorem Senatui relatione dictæ necis Senatus nedum dictum homicidium approbauit, verum etiam mandauit agi contra fideiussorem dicti Raudēsis ad solutionem pene aureorum bismille cum sub ea pena fideiussorem dedisset de eo exilio seruando.

Certissimum est autem quod dictus ordo Senatus contra Bossium eundem ad dictam relegationem obligans, afficiebat eum, non minus fugientem e carceribus quam relaxatum; alias verò ex dicta eius fuga & sic & delicto commodum percepisset, non enim dicta fuga ipsum liberabat à pena sibi iam imposita dictæ scilicet relegationes eo magis cum iam sibi in faciem factum fuisset præceptum de ea relegatione obseruanda; & eam ipse seruare præmisisset, & sic etiam ad illam se obligasset imò in casu fugæ, iure censebatur, ad id multo magis obligatus cum talis fuga pœnā non minuisset, sed illam auxisset.

Alterum verò fundamentum impunitatis dictæ necis Bossij est, quia dum fuit occisus, erat de societate prædicti Caporalis banniti famosi, dupliciqué banno affecti, qui (vt iam superius dictum fuit) opprimebat, cum alijs flagitiosis hominibus regiones illas varijs damnis, ipseque Bossius eo actu ne caperetur, viriliter dimicabat, & vt iam diximus, vnum interfecerat, nam ratione dictæ associationis banniti potuit Bossius impunè occidi, vt per Alberic. de Rosat. in tertia par. stat. quæstio 35. per tex. cum glo. in vers. Socius in cap. Felicis. de pœn. in sexto & in Clem. 1. eod. titu. vbi Socius comitans criminosum tenetur eadem pena cum delinquente. Hoc multis firmat Angelus Berous cons. 96. num. 16. & seq. in cons. 197. in causa num. 4. vol. 3. Castren. cons. 235. claus. 194. lib. 1. Bertaz. cons. 223.

nu.

num. 1. & seq. lib. 1. Baiar. ad Clar. in §. homicidium num. 200. Farinat. dicta q. 103. nu. 172. glos. in verb. Socius in ei filius de pen. in 6.

Et hoc non obscurè sensit Senatus in anno 1595. 9. Ianuarij in causam cuiusdam Tertagoti Bobiensis imputati de associatione banniti ad effectum capiendi alium bannitum, idem censuit Senatus anno 1609. die 10. Iulij in causa Caroli Ratti ex feudatarijs Vallis Rattorum Derthonensis delati de homicidio nedum Bernardini de Argenta appellati Guerræ banniti, verum etiam Ioannis Factori appellati Muratoris, qui de eius societate, & asecla erat, Idem statuit Senatus eodem anno 1609. die 8. Augusti in causa Io. Antonii Berretini, Iacobi Antonij eius filij Augustini, Allegrantiæ, ac Io. Antonij Pagani ob homicidium commissum in personam Bartholomei Siluæ appellat. il Bigara, existentis tunc de societate Banniti. Cæterum ex cridis anni 598. 20. Octobris anni 1601. 12. Martij. & 1603. 10. Martij fatis prouisum est, vt non solum banniti occidi impune possint, sed etiam hi, qui cum bannitis associantur.

11 Quemadmodum autem banniti possiunt extra Territoriu Ciuitatum, à quibus banniti sunt, offendi, & occidi impune, vt per Boss. in cit. tit. banniti quid amitt. nu. 6. Clar. in d. §. homicidium vers. vlterius quærò. Bertaz. cons. 159. vbi plenè. Crau. cons. 409. quæritur, an princeps num. 17. lib. 3. Marsil. sing. 124. vidisti, vbi citat Bald. cons. 397. præmittendum est ad euidentiam vol. 6. Rimin. Iun. cons. singulari 470. nu. 60. lib. 4. Farinac. dicta q. 103. nu. 208. vers. limita tertio, ità etiam eorum socij, & cum illis conuersantes cum vt superius ostendimus non minus impune possit interfici ille, qui est de societate banniti, quam ipsemet bannitus, vt per Bero. præcit. cons. 196. num. 16. 17. 21. & 24. & cons. 197. nu. 4. lib. 3.

Vnio etiam armatorum armis, quoque generis prohibiti, licita fuisset, quia sicut conceditur, vt impune quis possit occidi, ità & impune concedi debet necessarium antecedens, quod est congregatio hominum, & delatio armorum etiam prohibitorum, vt in terminis nostris considerat, & in facti cōtingentia obseruasse testatur Caballus maximus criminalista resolut. crimin. cas. 45. per tot. & ità etiam de-

clarauit Senatus anno 1595. die 9. Ianuarij, vt habetur in nouissimis eius ordinibus impressis.

Neque verò homicida banniti tenetur sistere in carceribus, & allegare exceptionem banni, prout seruari in Regno Neapolitano dicit Crauet. super ritu 269. Clar. dicto §. fin. quæst. 32. Verum distinguendi sunt casus, nam cum quis occiditur virtute proclamatis, vel Constitutionis permittentis, quem posse impune offendi, vt in hoc casu, tunc homicida non tenetur se consignare: alias verò per rari reperirentur, qui vellent occidere, territi hoc metu carceris, & sic fraudaretur finis ob quem fiunt huiusmodi proclamata, & ità videtur concludi in dicto ritu, & sic obseruat Vincen. de Franco decis. 314. num. 5. vers. quod si quis occidit aliquem comprehensum in banno, vel constitutionibus, quæ dant indulgétiam occidendi, prout in casu isto, in quo data erat facultas offendendi, & in quo ideò opponitur exceptio banni per procuratorem, quæ oppositio verè est extra crimé: idem quod scilicet sufficiat hæc banni exceptio, allegari per procuratorem dicit Farinat. de var. & diuersis quæstionibus, quæst. 39. nu. 129. & seq. quinimò ex eisdem cridis anni 1599. 23. Iunij tollitur facultas disputandi super nullitate banni, modo bannitus sit descriptus in albo, & in locis consuetis, in vers. *& perche nissuno* cum his, quæ sequuntur, & in vers. *Dichiara.* in lib. cridarum fol. 23. ergo admittitur hæc exceptio per procuratorem; adhæc faciunt adducta per Giarz Hispanum de abolit. indult. 23. nu. 53. 34. 35. Dicendum est igitur non teneri hos sistere in carceribus postquàm aut occiderint, aut offenderint, ne permissio hæc, quæ fauor abilis est restringatur: fauores enim sunt ampliandi. Odia autem restringenda: Omni in casu cum non vnus, non tres, sed quinque, & sex ex prætésis homicidis prædictis reperiantur in carceribus, & quidé iam pluribus, & pluribus mensibus, vt superius diximus, certè reliqui, non tenentur se consignare, vt dicit Clar. in dicto §. fin. quæst. 22. vers. quæro modò in fi. vbi dicit, quod si plures interficiant bannitum, & aliquis ipsorum personaliter, compareat, & exhibito banno ostendat illum impuné occidi potuisse, possunt deinde alij socij admitti ad comparendum, & exhibendum bannum, absque eo, quod se persona-

liter

liter constituant, & ità Senatus rescripsisse Prætori Papiæ, idque notandum esse, admonet ibi Clar. imò etiam in ceteris casibus, quando plures de eodem crimine sunt delati, consueuit Senatus Iudicibus rescribere, vt constitutis duobus, vel tribus, cæteri non cogantur personali constitutione; hoc autem idem habendum est perinde, ac si illud, Senatus mandasset, cum id quod consueuit concedi, habeatur pro concesso iuribus vulgaribus.

Nec illud prætermittendum est, quod per sæpè à Senatu dissimulata sunt homicidia propter vtilitatem publicam, inde resultantem, nec expedit exempla referre, tàm vetera, quàm recentia, cum sint in ore omnium, & quæ sunt etiam publicis præconijs digna: ideo cum Senatui nota sit, & perspecta dicti Bossij interfecti mala qualitas, & iustitiæ contemptus, dubitandum non est, quin Senatus sit huius scelesti, & nefarrij hominis necem approbaturus.

Quæ cum ita sint non est cur hesitetur quominus Reg. Curia, in eam ventura sit sententiam dicendi, vlteriori molestia, hac de causa ipsos de eo Bossij homicidio delatos, officinon debere, & Senatus Excellentiss. eandem Reg. Curiæ sententiam sit amplexurus. Et ita fuit Iudicatum.

Porrus I.C.

PHilippus III. Dei gratia Hispaniarum vtriusq; Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux I.I. &c. Dilecte noster lecta fuit in Senatu nostro relatio Vestra de Ferando Raudense ex Feudatarijs Burghetti, qui de Varijs Criminibus impictus est, atque inter alia de assuetta retentione brauorum, quorum duo capti cum eo fuere, ex quibus vnus postea aufugit, alter vero nomine Annibal Anguisola retinetur, omnibusque mature perpensis censuit is ordo, mandãdum vobis, prout mandamus, vt dictum Ferandum, damnetis in scutis quingentis erga Fiscum nostrum pro nunc soluendis in manibus Egregij Secretarij Landriani pro stipendijs lectorum. Gymnasij Ticinensis: eundemque Ferandum exulare iubeatis per quinquennium, & amplius arbitrio nostro; Ita ut impune possit offendi si pedem in hoc Dominiũ intulerit. Verum antequam dimittatur volumus, vt eum fideiubere cogatis. Tum pro summa aureorum bis mille de exilio seruando, Tum pro summa aureorum mille de

non

non offendendo, ne offendi faciendo quemquam de nominatis in processu contra ipsum instructo &c. Dat. Mediolani die 13. Septembris 1607. Signat. Io. Baptista Saccus.

Die vero 16. Iunij 1608.

Fuit dictus Ferandus de Raude interfectus in loco Vinzasche; & Senatus Excellentiss. Mediolani dedit infrascriptas litteras.

Philippus III. Dei gratia Hispaniarum vtriusque Siciliæ &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

CVM Ferdinandus de Raude qui superioribus diebus in hoc nostro Dominio fuit interfectus contrauenerit bano, de quo seruando fideiussionem dederit pro summa scutorum duorum millium, vt debet hesicari; ac contra dictum eius fideiussorem ad dictam summæ exequutionem agi; propterea mandamus vobis, vt citato ipso fideiussore, repetatis testes deponentes de contrauentione exilij; & contra eum seruatis seruandis procedatis ad pœnam in stippulatione comprehensam. Dat. Mediolani die 19. Nouembris 1608. Signat. Io. Baptista Saccus &c.

PHilippus tertius Dei gratia Hispaniarum, vtriusque Siciliæ, &c. Rex, & Mediolani Dux, &c. lectis coram Senatu nostro precibus Iosephi Bossij exempli sequentis, &c. P. R. credit Ioseph Bossius Fid. M. V. S. eidem satis perspectum esse, quibus malis ingruentibus fuerit affectus per tres annos cōtinuos, accedente carceratione tot annorum & mensium ita, vt multis expensis attritus, nunc non habeat, vnde necessitatibus suis succurrere possit. Videtur autē M. V. nuper censuisse ne, quod relegetur in Ciuitate Comi per triennium sub pęna inobseruatæ relegationis scutorum mille, quoties contrauentum fuerit dicto temporali exilio, nunc exhaustis facultatibus fideiussorem non inuenit, ita vt impossibilium nulla sit obligatio nec M. V. pati solet, quod ex hac difficultate, quis in carceribus moriatur sed aliter prouidet, prout melius iustitiæ conuenire videtur. Quare cum iure sperandum sit, post tot clades, & vulnera, quod aliqua in parte malum suum sit, subleuandum;

ad

ad eam ergo confugit. Humiliter rogando, vt dignetur mādare dictam relegationem, pro qua seruanda fideiubere tenetur, vel in aliam pœnam esset commutandam, quæ tamen supplicantis honorem non lędat; vel loco dictæ fideiussionis præstandæ, quod præceptum ei fiat sub grauiori pęna, de ea seruanda vel ad summum cum sola spes dicti supplicantis, sit collocata in filiolo, qui est sub cura, & potestate Lauræ Claneschæ, auiæ maternæ dignetur dispensare memoratam tutricem posse pro summa moderanda per M. V. pro eo intercedere, & spondere modo non excedat summam scutorum tercentum admittendo eum abinde supradicto præcepto in faciem, quibus peractis dignetur indulgere aliquem competentem terminum ad componendos mæstus parentes non ante labatur, quàm ex carceribus dimissus sit, & ita &c. Eisque diligenter consideratis ex illius ordinis sententia decernimus attenta notoria impossibilitate præstandi fideiussionem de seruanda relegatione supplendum esse cum præcepto in faciem supplicanti vt illam seruet sub pęna remi triennalis, & quod impune offendi possit, si extra limites loci relegationis deprehēsus fuerit. Quo vero ad petitū terminū nihil decernere voluimus; In quorum fidem præsentes sigilli nostro munitas fieri, & registrari iussimus datur Mediolani die 16. Octobris 1610. Signata Io. Baptista Saccus, & Sigillata, &c. A tergo registrata in filo patentium, &c.

1613. *Die 30. Maij.*

RElato diffinitiue in Excellentissimo Mediolani Senatu per Dominum Iudicem signi Equi processu instructo, contra Franciscum Canauesium, Antonium Agiacium nūcupatum il Barbirollo; Capitaneum Bartholomeum Porrum, & Io. Baptistam Gallum, reos respectiuè, vt infra constitutos; Canauesium scilicet de mandato dato dicto Agiacio ad vulnerandum in faciem Causidicum Collegiatum Melchionem Azimontum, qui exinde vulneratus fuit, cum perpetua cicatrice, & de retentione dicti Antonij in eius domo pro brauo. Agiacium quod tale mandatum susceperit, & vulneri Azimonto illato interfuerit, ac tamquam ma

nuprum-

nuprumptus dicto Canauesio inseruiuerit, contrauenerit-que præcepto sibi ex ordine eiusdem Senatus super relatione diffinitiua in causa homicidij proditorie patrati in personam Iohannis Petri Bernardigij, in faciem facto, de seruando exilio à præsenti dominio, sub pęna remi quinquennalis, & quod posset impunè offendi, ita ut finito remigio bene viueret, & arma non defferret, sub pęna remi perpetui; quo quinquennio durante in hac vrbe fuit vagatus, & armis accinctus retentus: Porrum, quod inimicitias gerês, Gallum etiam in militem ascriptum, pariter pro brauo retinuerit, Gallum autem, quod tamquam talis dictum Porrum fuerit comitatus; lectisque singulorum deffensionibus in medium propositis, protestatione dicti Causidici Azimonti nuperrime in actis exhibita; attestationibus delictorum vtriusque officij Capitanei, & Prætoris, ac voto Curiæ, omnibusque intellectis, & consideratis.

Censuit is ordo super memoratis reatibus respectiuè ut supra, Canauesium, Capitaneum Porrum, & Gallum torquendos, & vbi nihil emergat dimittendos, liceie tamen Capitaneo Porro se à tortura eximere, solutis Regiæ Cameræ aureis quinquaginta. Agiacium autem ad triremes decennales transmittendum, cum præcepto, vt si à triremibus aufugerit, possit etiam, vltra alias pœnas, impunè offendi, & finito remigio bene viuat, & arma non defferat, sub pęna remi perpetui. Signat. In Calce Landrianus, & Sigillat. &c. Hieronymus Vacha Notarius, & actuarius. In Officio rerum criminalium Egreg. D. Prætoris Mediolani pro fide, &c. & ita in actis, &c.

In causa necis Nob. Achillis Brebbiæ, contra Alexandrum Corium confessum.

Constitutionibus huius Status cautum est sub tit. de pęnis, §. quicunque, quòd quicunque coniurauerit in mortem alterius, & particeps fuerit huius coniurationis, & tractatus, citra spem remissionis laqueo vitam finiat, aut capitis imputatione puniatur, ita quòd moriatur, rursus sub eodem tit. in §. homicida, quòd tanquam homicida puniatur quicunque huiuscemodi pensato maleficio auxilium dederit, consiliumuè, quamuis etiam is manus ad opus non exten-

extendat, & in §. quicunque sciens velle homicidium committere, vel aliud delictum, pro quo veniat imponenda pena mortis natura lis eum receptauerit ante commissum delictum, vel aliter sciens ad id auxilium præstiterit, puniatur ea pæna qua principalis puniendus esset.

In altero ex tribus illis casibus supra relatis, arbitramur comprehensum esse Alexandrum Corium, qui multa dicitur confessus, ex quibus, vel coniuratio facta cum eo ad occiden. Nob. Achillem Brebbiam detegitur vel illius fuisse particeps, quod homicidium ad effectum perductum est, non obstante fide data Illustris. & Excellentis. Præfecto Arcis Iouis huius vrbis de non offendendo, sub qua infœlix adolescens interceptus est.

Cum igitur illius tractatus, & coniurationis, & auxilij præstiti, non aliunde probationes petantur, quàm ex propria eius confessione, iuxtà illud, *Os tuum aduersus te loquutum est*, extra locum torturæ ratificata, & confirmata præcedentibus ad eam legitimis indicijs, ideò accuratè à me illa ventilanda, & trituranda est.

Primo loco, differendum est circa quæ versetur auxiliū, aut tractatus, ex quorum altero separatim, & de per se considerato, vt perpendit Decia. lib. 4. tit. de loco delicti, q. 17. nu. 8. Baiard. ad Clar. q. 38. nu. 13. vers. Aliquando committitur pœna mortis naturalis, nam eo probato præcisè erit locus pœnæ d. Constitutionis, reiecta distinctione quæ fit à Doctoribus in materia opem ferentium, vtrū quis opem ferat per actum proximum facto, vt quia assistat facienti, an per actum remotum, apud Natt. cons. 151. num. 5. vol. 1. Clar. q. 90. §. fin. præsertim quia Const. amplius vè extendit, vt de auxilio quis teneatur, etiam quòd ad opus manus suas non extendat.

Secundò, præsciendum est, quod constito de tractatu homicidij præcedente ad illud, non attenditur vtrum auxilium fuerit ante, vel post, vel in maleficio, Clar. d q. 90. vbi ita dicit, aut delictum commissum est præuio tractatu, vel deliberatione, accedente consensu, vel saltem scientia auxiliatoris, & tunc locus est opinioni Bar. in l. 15. qui opem, nu. 5. ff. furtis, vt eadem pœna puniatur, etiam principalis, & auxiliator, quia licet corpore ipsi delicto non interuenerit,

nerit, animo tamen censetur interuenisse prout hic, ut re factum est, quia multa concurrunt, per quæ probatur auxilium, ex mutua sæpè in locis abditis habita collocutione de hoc maleficio communicatorio, Quo in loco insidiæ facilius tenderentur, disponerenturuè, Pecuniarum, quæ penes eum sunt inuentæ, Præparatio, Fuga vix commisso homicidio, Præcogitata scientia singulorum, quæ in dies Bques moliebatur, necnon Auxiliatorum, sociorum, & cõplicum, & pleraque alia non obscura argumenta, qualia Nauis prætio conductæ, Simultaneus tractatus, ex qua explodendus erat sclopus, Loci obseruatio, in quo patrandum foret homicidium, quem per exploratorem Lucæ Cruceij famulum didicerat.

Imo sola spes auxilij ad euadendum data, dicitur auxilium ad maleficium committendum, iux. Bart. in l. in furt. §. ope. ff. furt. Clar. d. q. 90. circa finem, qui distinguit inter auxilium ad committendum maleficium, & auxilium ad euadendum, nam quando ante præcedit consilium ad adiuuandum, putà eas, quia te adiuuabo, & tunc punitur non secùs, ac si foret principalis, & eadem pęna, Cæterum præmissi actus tendunt ad hoc, vt maleficium committeretur tutius, & securius, non secus ac si Alexander fratri dixisset, [Ne vereare frater mi, hoc homicidium aggredi, & ad hoc ne aliqua sors conatus tuos (quod ab homini or) remoueat, vel in periculum te conijciat tibi pecuniæ non deerunt, aut iocalia, ex quorum venditione pecunias abundè parabimus, eis defficientibus, eis consumptis, ad subleuanda itineris, & fugæ dispendia, tibi namque statim accepto homicidij nuncio occurram, præstòque ero, iam enim destinatus est, qui rei exitum nunciabit mihi in æde Sacra scilicet Rosæ eum expectanti scilicet Cribellus, & ne pater noster communis ab instituto te reuocet, ita te in hospitio continebis, ne aut eum videas, aut tu ab eo videaris, nam vbi ille quid facturi simus didicerit familiæ nostræ imminentem ruinam reparabit, consiliaque nostra reprimet Brebbia nunc con fisus fideidatæ, & acceptæ, intercedente pro ea Illustris. Præfecto securus per omnia loca oberrabit, nec insidias has precauebit; sic communi nostræ existimationi, ex iniuria quam ille intulit consultum erit.] Hæc

veluti

veluti in tabula picta ante Iudicum oculos versari decet.

Nil etiam impedit stante Constitutione de qua supra, quod potuerit dici. Eques homicidium absque auxilio huius fratris committere, quo casu ex dispositione iuris communis mitius auxiliator punitur, iuxta Ang. in d. l. 15. quod openi, de furtis col. 1. & Ang. de malefic. in vers. Dicto maleficio, nu. 16. Veronens. cons. 27. n. 12. Clar. §. homicidium, num. 66.

Quia respondetur, quod hæc distinctio cessat per claram huius statuti dispositionem, tum quia vt dixi, quando constat de præcedenti tractatu indistinctè eadem pœna imponitur.

Quòd autem præcesserit tractatus, hoc constat ex eo quòd fatetur Alexander, cum fratre in eodem loco, sæpè, ac per singulos dies conuenisse, & consilium habuisse de occidendo Brebbia, cum ille templum Monasterij egrederetur parata ad id naui, & socijs, facta non semel, sed sæpius discussione, & examinatione, iux. not. per Blanc. in l. fin. num. 225. ff. quæstionib. & tractatus est crebra, & sollicita de ea re collocutio in locis abditis amotis arbitris, quodque ita egerit, ne ad patris notitiam perferatur cum scrupulo societatis occultæ non careat, qui potest facinori obuiare, & non obuiat, ad Reg. l. semper qui non prohibet, ff. reg. iur. adduco Vulpell. in cons. 115. in fine, citatum à Mascard. de probat. conclus. 1387. vnde alia ad rem conferentia quilibet desumere facile potest.

Quin etiam ex his signis creden. est, quod in hac communi vindicta iniuria, ex qua tota eius familia oneratam se sentiebat d. Eques, absque ope Alexandri dictum homicidium non attentasset, ex quo illi verisimiliter non suppetebant necessaria ad executionem delicti, quo casu etiam si non esset d. decretum eadem nihilominus pæna puniretur, argumento text. in l. & si amicis ad l. Iul. de adulter. vbi I. C. Adulterij pæna eum teneri dicit, qui præbuit domum ad colloquium, quia, vt ibi subijcitur, sine illo colloquio adulterium non committeretur, Tractatus enim vt difficilis probationis per coniecturas probatur. Menoch. casu 116 nu. 15. de arb. quod si etiam tractatus præsumetur præcessisse, si quis post delictum associat delinquentem, iuxta

cumu-

cumulata per Mascar. de prob. littera recep. ita, & fortiore ratione præsumetur tractatus in eo, qui expectabat successum homicidij, vt cum delinquente fugeret, quid dicen. est. tot intercedentibus argumentis?

Dicitur enim ex processu resultare Alexandrum dixisse Cribello, vt accederet ad Portam Ludouicam, & ibi expectaret, donec exploderetur sclopus, reique totius euentum spectaret, & in Ecclesia Sanctæ Mariæ ad Rosam certioré redderet, ita vt accepto nuncio, omnes, vela dare possent, neque fieri potest, quin hæc sonent in tractatum, & participationem homicidij inter eos præuium, nec puto nos hac in re ambulare per argumenta, sed per veras probationes, quoniam etiam tractatum arguunt hæc tria &c. Secreta collocutio habita super eodem facto, quam Alexander fatetur, Inimicitia capitalis, & Delictum incontinenti secutũ, ex his tribus oritur plena probatio, iuxta notata per Blanc. in tit. de indic. & tortura nu. 232. to. 11. par. 1. inter vol. tractatuum, ecce ergò quod receptio in domum consideratur vti præcipua causa delicti, & sine qua illud non esset factũ, prout considerat Soc. cons. 188. nu. 6. 7. lib. 2. Boss. de homicid. num. 33. sic, & præparatoria instar eius considerantur, nec vt inquit Boss. inquiritur vtrum hoc auxilium fuerit causa immediata, aut remota homicidij, sed an dederit causam ad homicidium, quod satis præsumen. est, d. l. & si amicis, §. 1.

Nec excusatur Alexander, quod postea in alio examine dicatur, quod licet fuerit conscius dictæ necis, haud tamen consensit, imò fratrem coarguit, & disuasit, quod postea fuit extra torméta ratificatum persistens in secundo dicto.

Quia respondetur, quòd cum consensus, & auxilium colligatur ex præmissis considerationibus, non auditur ille dicens, se non eo animo dictos actus fecisse, vt opem ferret, quia protestatio contraria non releuat in ijs, quæ à iure pédent, Ias. post Bar. in l. non solum, §. morte nu. 24. ff. op. no. nun. & ibi Bolognet. nu. 134. vti secundum est Doct. in l. qui in aliena, §. fin. ff. acq. hær. nec releuat, in prohibitis Crau. cons. 463. nu. 29. & contra ius idem cons. 348. nu. 8, & 508, nume. 11.

Ad hæc vltima illa depositio recepta fuit per Curiam, cũ

prote-

protestatione quòd non fieret præiudicium confesso, & cõuicto, ideò ei non prodest, Clar. q. 64 vers. veritas est, Carthar. de interrog. reis lib. 4. cap 1 nu. 96.

Concludo in confessum nullas esse partes Iudicis, & locum esse pœnæ ordinariæ mortis, iux. Constitutiones huius Status. Laus Deo.

Porrus I. C.

S V M M A R I V M.

1 *Bannitum esse liceat occidere cum tormento Rotato.*

2 *Occidens bannitum quandò teneantur se consignare.*

3 *Petens se comprehendi in indulto gratioso non tenetur se constituere.*

Factum cum Iur. Allegat. Virginij Barboni in causa Necis Io. Iacobi del Carro Irixien.

De anno 1582. 28. Iulij.

IO. Iacobus del Carro coram Prætore Brixiæ fuit inquisitus vti quærelatos à Lucretia vxore quon. Io. Mariæ de Alcherijs loci Rudiani, & Stephani eius filij de homicidio appensatè commisso in d. Io. Mariam cum ictibus sclopporum, & pluribus vulneribus trucidatus, & condemnatus fuit in perpetuo bãno de omnibus Terris, & locis Sereniss. Dominij terrestribus, & Maritimis, Nauigijs, armatis, & non armatis, Et si per lapsum temporis incurrerit in diffinitiuam sint, & intelligantur eius bona confiscata, & si aliquo tempore peruenerit in fortijs, Conducatur ad locum iustitiæ vbi super eminentibus furcis laqueo suspendatur, cum talea captoribus iuxta partem pro homicidio appensato cum exoneratione scloporum commisso, & de hoc extat publica fides legitimè subscripta cum fide legalitatis.

Idem Io. Iacobus del Carro anno 1580 25. Maij coram Prætore Brixiæ

Condemnatus in amputatione capitis ob homicidium atrox sequutum in Andream Capelletum, qui in nocte nona Decembris prope Plateam Communis Rodiani pluri-

bus vulneribus confectus eiusque cadauer capite prius obtruncato proiectum in flumine Olei hac via putans vna cum alijs occultari.

Qui postea se cousignauit, & bannitus est de Brixia, & eius districtu, & per 15, milliaria vltra confines, & de quatuor locis iuxta partes, ac de Inclita Ciuitate Venetiarum, & si quo tempore fractis confinibus peruenerit in fortijs stet clausus in carcere per menses sex, & postea reuertatur ad bannum, cum talea captoribus librarum 300. & hoc toties quoties pro toto excessu arbitri.

Anno 1588. 12. Aprilis coram Prætor Brixiæ.

Idem processatus ad instan. Dominicæ vxoris quon. Io. Petri Onedæ, & imputatus de homicidio, appensate commisso in dictum Io. Petrū in nocte vltimi Septembris prope pontem fluminis Olei Territorij Rudiani, cuius cadauer mane fuit repertum, sed vulneribus affectum.

Bannitus de Brixia, & districtu per 15. milliaria vltra confines, & de quatuor locis iuxta partes, & si per lapsum temporis incurrerit in diffinitiuam sit etiam bannitus de inclita Ciuitate Venetiarum, & Duc. & eo casu si quo tempore peruenerit in fortijs fractis confinibus cōducatur ad locum solitum iustitiæ vbi per illius ministrum & caput a spatulis amputetur, ita quod moriatur cum talea captoribus lib. 600. etiam pro homicidio pensato, & in expensis.

Occisus fuit dictus Iacobus à Virginio de Barbouis habitante in loco Pumenenghi districtus Cremonæ in anno 1605. die 22. Octobris, qui comparuit coram Curia Prætoria Brixiæ, & dixit quod in nocte diei 22. Septembris occisus fuit Silnius de Barbouis frater cum explosione sclopi à dicto Iacobo, & Francisco Barello, qui in diem sequentem mortuus est, qui Iacobus tam audax fuit quod in die sequēti 23. accessit ad domum propriam dict. fratrum de Barbouis sit, in loco Pumenenghi siti in confinibus huius status, & prope Territorium Brixiens. Quare iusto dolore commotus Virginius dictum Iacobum occidit, & petijt in executione capitulationum initarum inter Dominos Venetos, & hunc statum Mediolani, præmia imposita per dict. mutuas conuentiones in materia bannitorum, & enumerat illius banna de quibus supra, & coram eis produxit capitula

tula tendentia ad probandum malam illius qualitatem.

Et primo quod dictus Virginius Cremonensis in mane diei 23. Septembris in domo sua propria occidit in terra Pumenenghi dictum Iacobum.

Secundo quod Pumenengus distat à cõfinibus status Brixiensis per quartum miliarij, & medium milliare à Porta Rodiani.

Tertio quod erat vir facinorosissimus, & exercens artem Braui cum pluribus personis, & publica contra eum fama extat quod occidit vltra 12. homines.

Quarto quod in contemptum bannorum suorum à Iud. Serenitatis Venetæ continuè conuersabat super hoc statu frangens, & inuadens confinia.

Et testes produxit id abundè probantes, & fuit declaratum dicta præmia sibi deberi, & posse liberare duos bannitos banno equali, seu inferiore.

CVm igitur cridæ in Ciuitate Mediolani præter alias in anno 1595. disponant quod possint occidi si reperiantur intra confinia, vtrinsque status, ergò lege permittente dict. Iacobus occisus fuit à Virginio fratre Siluij ab eo interfecti per diem ante in vindictam necis fraternę, & occisio hæc etiam facta fuit ad necessariam deffensionem cum pridiæ illius diei dict. Iacobus occidisset Siluium, & comendaudus est dictus Virginius, qui non tulit inuitam mortem fratris, & repressit huius arrogantiam, quod ausus fuit accedere ad domum dictorum fratrum, vbi pænas dedit homicidij quod ille ante patrauerat.

Tantum dubitatur an licuit dicto Virgineo occidere dictum Iacobum cum sclopo rotato. 1

Secundo an teneatur se consignare in carceribus, & præsentare bannum dicti Iacobi.

Quod ad primum attinet expeditum est posse quem prosequi bannitum cum sclopis rotatis, vt commodius interficiantur, de hoc extat consilium Velpellij 3. num. 14. 15. vbi citatur Nellus in tract. de ban. 2. parte 2. temp. quæst. 48. & Alcia. neque enim credeñ. est quod adeò sit prohibita horum sclopornm delatio quin postponatur publicæ vtilitati, quæ in eo consistit, vt purgetur prouintia bannitis infestantibus territoria Principum, & si de hoc essent interro- 2

gati verisimiliter, id responderent, Ergò habetur pro expresso ad hunc effectum etiam licet menia Ciuitatis transcendere. Et ita olim fuit iudicatum in Curijs.

Ad secundum dico quod & si consuetudine Mediolanensi receptum sit quod occidens bannitum teneatur se præsétare iuxta notata per Clarum q. 34 vers. quæro modo, attamen quia agitur de executione cridarum S.Excellen.quæ largiuntur præmia occidentibus non grauantur se præsentare in carceribus, & ibi disputare de validitate banni, quia beneficia Principum late sunt interpratanda l. fin. ff. constit. principum, Si enim tenerentur se consignare nullus reperiretur, qui vellet bannitos occidere, & impediretur publica vtilitas, & finis propter quem proponuntur edicta publica, & inuitantur homines præmijs, quare sufficit exhibere bannum, & extra carceres cognosci vtrum probatæ sint qualitates requisitæ à cridis, cridæ enim reddunt rem notoriam, & sicut petens se comprændi in Indulto gra-
3 tioso non tenetur se constituere, sed auditur per procuratorem, sic iste bannitum occidens virtute proclamatum notatur per Carauit. de Rit. mag. Cur. tract. 269. nu. 4. & 6. & iste cridæ fiunt ob numerum bannitorum destrueñ. qui augerentur si hoc onere consignañ. secundus grauaretur, & alios cumulat Baiard. ad Clarum d. q. 32. nu. 51. & ita dicit obseruari in statu Ecclesiastico, & ita semper inconcusse fuit per retroacta tempora obseruatum, & his inseruiunt quæ dicit Garsia ad Indultum cap 23. num. 33. 34. 35. cuius rationes adaptantur ad casum nostrum, satis igitur erit probare qualitates compræhensas in cridis, & quod istud bannum sit de expressis in eis, & ideo quilibet admittitur ad peteñ. beneficium earum pro eo, & earum beneficium implorandum. Fuit absolutus nec coactus se consignare.

Porrus I.C.

Deus innocentes adiuuat.

IN causa Dominici Perpendij rei constituti per Curiam Prætoriam de auxilio dato Comasco satelliti ad occidédum D. Carolum Vicecomitem, videtur, quòd contra iuris terminos ille reus fuerit constitutus, siquidem homicidium fuit casuale, & constat de homicida certo, qui etiam fuit

reus

reus constitutus, & è carceribus nuper aufugit, Quare cum deficiant extrema necessaria ad incurrendum pœnam auxilij præstiti, pœnæ nulli est obnoxius, & licet præsumptio sit, quòd casualiter, & incidenter astiterit, vt per Paris. cōs. 164. nu. 11. vol. 4. & nu. 14. Attamen hoc resultat ex processu offensiuo, nam dictus Perpendius non erat cum insequētibus dictum Carolum, sed ex improuiso superuenit, neque aliquod dicitur fecisse, præterquàm quòd dedit operā rei licitæ, nempè capturæ dicti Caroli iussu Capitanei Ayardi sui ductoris, iubentis, & præcipientis eis vt sisterent Carolum in fugam se tradentem, ideò assistentia minimè punibilis est nisi ostendatur per Fiscum consultò, seu colloquio præcedente cum cæteris socijs assistentem opem tulisse delinquenti, arg. l. 2. §. homines, ff. ui bon. rap. latè Bursat. consf. 216. num. 58 vers. 30.

Tum etiam non constat ex toto processu, quod Perpendius aliquid gesserit, quo casu absoluendus est, Ias. consil. 137. lib. 1. Menoch. de arb. Iud. casu 349. nu. 20. & de homicidio ex impetu sequuto nemo tenetur de ope, si constat quis vulnus intulit, & interfecit, iux. l. fin. C. ad l. Corn. de Siccar. Castr. consf. 278 nu. 4. lib 2. Burs. dicto consf. 216. nu. 64. sed sic est, quòd ex testimonio Martini Maleræ constat, quód dictus Comascus intulit duo vulnera super capite, ergò excluditur Perpendius, cum liqueat de certa persona delinquentis.

Vlterius etiam eius innocentia probatur ex securitate quam habuit domi suæ se continendo, nec aufugiendo cum posset, & præsertim cum nihil possideat, quod ad Reg. Fiscum posset deuolui, quia conscientia est veluti murus aliénus, & turris inexpugnabilis.

His accedunt defensiones per dictum Perpendium præstitæ.

Et primò loco (id quod obseruatione dignus est), quòd in Perpendio nulla erat causa cur offenderet memoratum Vicecomitem, sed in eis qui illum insequebantur, scilicet satellitibus, cum quibus rixatum fuerat ad portam Braidēsem, altero ex eis deiecto in terram per Vicecomitem, & etiam quia iam contra eos dictus Vicecomes ensem, & pugionem strinxerat, quamobrem homicidium præsumitur

commissum ab his, qui causam habebant vlciscendi de iniurijs acceptis, non à Perpendio, qui cum eis non aderat nec rixæ intererat.

Quin etiam excluditur delictum in Perpendio, quia ex depositione Io. Baptistæ de Sãcto Augustino elicitur, quòd Perpendius non superuenit nisi dicto Carolo Vicecomite uincto, At ille non fuit vulneratus nisi antequàm ligaretur ergò quo ad dictum Perpendium dicitur probata negatiua coarctata loco, & tempore, & idem propè corroboratur à secundo teste Io. Baptista Romarino, & dicit, quòd Pistolesius, scilicet Perpendius erat super porta cuiusdam nobilis (& hic est Egr. I. C. Thomas Gallaratus,) & satis remotus à cæteris satellitibus.

Quare his circumstantijs expensis nemo, salua conscientia, poterit ascribere hoc homicidium dicto Perpendio, cessante omni causa propter quam debuerit occidere eum, à quo nequaquàm fuit offensus.

Nec mirum, si postea cum sciuisset culpam dictæ necis reijci in dictum Comascum, in ipsum constitutum magno illi dolore affectus est, neque tamen innocentiæ suæ fretus, voluit è domo sua recedere saxo percussus propè domum Perillust. Senatoris Giussiani, quamuis persuasus esset ad recedendum post carcerationem dicti Comaschi. Id quod deponit Georgius Vicecomes testis super secundo capitulo, & Horatius barbitonsor secundus testis.

Ex quibus videtur mihi in statu absolutionis indubitato. Fuit hic Examinatus in tormẽtis de mense Aug. 1605. & bannitus arbitrio Senatus Excellentissimi. Et iuditio meo satis indignum videbatur hunc satellitem versari ante oculos parentum, & affinium dicti Caroli ex primarijs patritijs huius vrbis & adolescentis magnæ spei.

Laus Deo.

Porrus I.C.

SVMMARIVM.

1 *Famæ probatio qualis remissiue.*

2 *Testi vario non creditur.*

3 *Testes in probandis indicijs remotis debent esse omni exceptione maio-*

maioris & debent esse contestes.
4 *Testi infami non creditur.*
5 *Frater laudandus est qui quærit redimere fratrem ab accusatione.*
6 *Spontanea constitutio habet magnam vim innocentiæ.*

Pro Nob. Theodoro Osio, & complicibus.

OCciso Raynerio Roncino in anno 1607. de mense Octobris noctis tempore in oppido Modoetiæ cum eo visitato per Iudicem asseruit d. delictum prouenire à Presbytero Paulo Arrigono, & in eum causam reiecit, cum nullam haberet inimicitiam cum alio excepto dicto Presbytero: Hoc idem affirmarunt vxor filij viciniq; omnes attestabantur hanc famam laborare contra d. Præsbyterum, reddentes rationem, nempe ob accusationes quas porrexerat in foro Archiepiscopali dictus Roncinus contra eundē Præsbyterum, qui postea per annos tres ad triremes fuit transmissus, & perpetuo bannitus à Diocesi Illustris. Archiepiscopi Mediolani.

Cum verò vxor dicti Raynerij animaduerteret non exactam adhiberi curam, & diligentiam ab officio Modoetiæ in inuestigando huius homicidij auctore rogauit Theodorum Osium alterum ex primaribus d. oppidi, vt mutuam ei daret Rhedam pro accedēdo ad Ciuitatem Mediolani qui etiam curauit memoriale confici dandum S. Excell in quo petebatur nomine d. vxoris, & filiorum, vt delegaretur Fiscalis Regius qui accederet ad d. oppidum Modoetiæ expensis Reorum ad assumendas informationes d. assassinij, & eis sumptis, vt debita administraretur iustitia. Quo attento fuit delegatus Ill. Senator Truffus, ac Reg. Fiscalis Torniellus.

Post hæc factum est quòd coràm D. Delegatis comparuit Bernardus Scottus Osiorum fratrum inimicus qui ad eos adduxit Catharinam dicti Præsbyteri, seù ancillam, seù focariam quæ se retraxerat in domum dicti Scotti in loco Brugherij, & curauit eam examinari, quæ deposuisse videtur: Quod prima sclopi explosio sequuta in personam eiusdem in anno 1606. de mense Septembris prouenit à Nico-

lao Piſcina de mandato Io. Pauli Oſij, & quod is qui primę exploſionis, author fuerat idem, & ſecundæ fuerat, ex qua dictus Roncinus obierat, & cum eius dicto videtur concordaſſe Io. Ambroſius Barbitonſor inimicus dicti Io. Pauli Oſij ex cauſa cuiuſdam equi venditi, id quod probatum eſt in cuius domo receptata fuerat dicta Catharina.

Arguitur autem dictus Theodorus de impoſtura facta iuſtitiæ ne condemnaretur Io. Paulus eius frater ex cauſa d. homicidij, & vt Reus diceretur d. Præsbyter, & de hoc fuit Reus conſtitutus, cum contrarium appareat ex lectura d. memorialis in quo non ſolũ reijcitur culpa in d. Præsbyterum, ſed etiam in genere petitur fieri diligentia contra alios principales dicti loci qui auxilium, & conſilium dederunt ad illud homicidium committendum, & ſic in eo memoriali non excludi fratrem vti alterum ex principalibus qui etiam contumacialiter hanc ob cauſam fuit capitaliter conductus licèt verè ſit innocens, cum non vrgeatur aliquo indicio legitimo, ſed tantum de publica fama in qua probanda deficiunt requiſita per Bart. in l. de minore §. ſi plurium ff. q. Nam nec habet certum authorem, nec ab honeſtis perſonis orta eſt, nec habet coniecturas coadiuuantes, nec cauſam propter quam debuerit occidi, & alia de

1 quibus per Farinac. q. 47. lib. 2. crimin. & in vniuerſum fama vt plurimum eſt mendax, & fallax, & vt plurimum ea ſeminatur ab his qui nocere cupiunt.

Quòd ſi percurrantur dicta teſtium liquebit quàm iniuſtè fuerit proceſſum contra d. Nob. Theodorum. Nam primo quo ad vxorem dicti Roncini, & filias vti varias in tot

2 eorum examinibus, & periuras nulla fides eſt adhibenda Tex. in l. qui varia ff. teſt. Dec. conſ. 189. litatus ſum. Menoch. caſu 108. de arbitr. iudic. Clar. q. 53. verſ. prædicta cum ſeqq. Nam primo loco deponit vxor *è ſtato aſſaſſinato trè volte mio marito, & è ſtato* [illegible] *Paolo*, & ſecundo idem.

Quo ad Catharinam ancillã, & concubinam dicti Præsbyteri ei quoque non eſt credendum, quia omnis ſſa eius vilitate, & mendacitate, ac infamia, quæ ſolæ ſufficiunt ad abolendam omnem fidem iux. Campeg. de teſt. reg. 107 cũ

3 non deponant ſuper indicijs propinquis delicti, ſed remotis in ijs probandis teſtes debent eſſe omni exceptione maiores

lores Boss. de consid. ante tort. nu. 15. 18. Clar. q 64 vers. di-
xi Mascard. conclus. 894. num 3. Rimin. iun. conf. 61. n. 39. 4
vsque ad nu. 46. lib. 4. Rursus debent esse contestes in eo su-
per quo deponunt, aliter non coniunguntur ad faciendum
inditium perfectum Farinac. latè q. 37. nu. 33 vers. amplia.
2. & nu. 38. vers. Quid ergo dicendum.

Idem dico de illo teste barbitonsore viro malæ famæ, & qualitatis pessimæ, vt satis probatum est. not. in l. 3. §. lex Iulia ff. test. Campeg. de test. reg. 27. latè Farinac. de opposit. contra person. test. q. lvi. art. 3. nu. 126. & seqq.

Quin etiam cum postea d. Præsbyter fuerit per Iudicem Ecclesiasticum damnatus vti Reus huius homicidij illa sententia facit ius quo ad omnes, & excludit delictum quoad d. Theodorum, nam verum est non fuisse per imposturam accusatum dictum Præsbyterum, cum ille condemnatus fuerit pro eo delicto, quæ sententia habetur pro veritate l. pri. ff. de re iudic. not. in l ingenuum. ff stat. hominum. Quare vbi verum foret quòd Theodorus operam dedisset de exgrauando eius fratre, & grauando dicto Presbytero verè culposo in nihilo esset reprehendendus, sed magis laudandus qui studuit fratrem subleuare, & redimere ab iniusta accusatione, quæ ei parabatur ab eius inimicis. Imo 5
Doct. consentiunt quod sicut licet alicui redimere propriũ sanguinem, ita & fratris iux. not. in l. qui accusandi C. accusat. Alciat. in l. transigere C. transact. Laderch. Imol. conf. 204, nu. 4. vers. 3. non solum: satis enim est ad euaden. notam delicti, quòd ipse neminem subornauerit ad dicendum falsum contra alionem Boer. q. fam. 58. Laut. de Pim. cõs. 169. nu. 6. Ita vt vndè quàquàm elucescat huius innocentia.

Non omitten. etiam sunt aliquæ considerationes quæ omnem huius delicti suspicionem amouent à dicto Theodoro. Qualis quòd vxor Raynerij accersiuit d. Theodorum nam si de eo aliquam suspicionem habuisset, id non fecisset, nec illius consilio vsa fuisset.

Secundo minus credibile est, quòd dictus Theodorus voluisset persuadere d. vxori, vt Mediolanum ad Principem veniret preces porrigeret, nam instar turdi malum sibi cacasset, & contra propria damna laborasset.

Tertiò inimicitia inter Rainerium, & dictum Præsbyterum.

rum. Quarto publica fama, quòd homicidium hoc processerit à Ferrante Calmona de mandato eiusdem Præsbyteri quem compertum est esse hominem manu promptum, quod & expertus est malo suo fato Reu. Archipræsbyter eiusdem oppidi Modoetiæ ab eo vulneratus cum sclopi explosione cuius statura à Testibus describitur. & iungitur asportatio mobilium è domo Calmonæ incontinenti sequuta addita eiusdem fuga.

6 Spontanea constitutio eiusdem Ofij tempore quo processus instruebatur plurimum adiuuat suam innocentiam, & debilitat indicia quæ sunt Bertaz. cons. crimin. 38. num. 22. & cons. 225. nu. 19. Optima eius qualitas. Diuturna carceratio mensium sexdecim, & vltra sub claui, cuius rationẽ haberi vult tex. in l. si diutino ff. de pœnis, ac alia innumera, quæ vti superflua prætermittuntur &c.

Ex quibus &c. Fuit hic Theodorus ex secretis informationibus cõdẽnatus à Senatu ad Remum per quinquenniũ ita quod posset se redimere a soluẽdo aureos mille quos soluit & facta sunt inhibitione Modoetiã accederet, nec profluere ei deffensiones causam ne requiras, nec sapias vltra plusquam sapere oporteat. Laus Deo.

F. Bernardinus Porrus I.C.

SVMMARIVM.

1 *Inimicitia leue est indicium quando quis plures ha bet inimicos.*
2 *Honoris causa tuendi delictum excusatur, & comprobatur exemplis.*
3 *Saluusconductus quibus concedendi forent.*
4 *Iusius nimis in sua Iustitia perit.*
5 *Pœnæ extraordinariæ locus est in homicidio commisso ex causa honoris.*
6 *Incendium quando excusabile.*
7 *Obseruantia Senatus in homicidio patrato ex causa honoris cum pluribus exemplis.*
8 *Laudes homicidarum ob honorum secuandum remissiue.*
9 *Notarium delinquentem an occidere liceat ante condẽnationem.*
10 *Stupratorem pro deffensione honoris an impune occidere liceat.*

Pro

Pro Nob. Francisco Terzago Mediolanense.
Casus singularis.

PReces dedit Liuia Terzaga Illustrissimo Senatus Praesidi, in quibus significauit eius filium Franciscum in ius criminarium vocari vti conscium necis patratae in personam Lucij Buccij appellati il Caporalino illius filij, cuius caput superioribus annis fuit positum pro rostris, amputatum virtute cridarum Suae Excellentiae, per quas impunitas dabatur homicidis bannitis qualis ille erat, cujus vestigia dictus Lucius per omnem aetatem insequutus est. 1

Quodque dictus Franciscus duplici de causa motus fuit ad eum occidendum, seù eum occidi faciendum. Altera quod dictus Buccius veneno peremerit eius vxorem sororé dicti Francisci Terzaghi. Altera quòd rapuerit, & stuprauerit alteram eius sororé nubilem, eo tunc in puerili aetate existente: verùm expedire, quod haec dissimulentur, nec inter volumina processuum referantur. Ne si haec ad notitiam perferantur mariti dictae stupratae viri honesti illam odio habere incipiat, & malè tractet, & hoc eò magis, quia si indicium queratur ad procedendum contra dictum Fräciscum ex capite inimicitiae in conflictu multorum inimicorum (quis enim perditi illius erat amicus?) illud vel cöfunditur, vel perit, vel leuissimum effectum operatur, iux. not. a moder. Roman. in 2. tract. crim. q. 49. nu. 114. vers. Limita quarto, & verissimilius fit, quòd cum ille plurimos inimicos habuerit recentiores, & manupromptos magis de eis suspicandum sit, quàm de ipso Francisco, qui semper cũ eo conuersatus est, omnium ignarus quae nunc ei obijciuntur, & quae nunc de eo circumferuntur. Vidi ego Senatum persepè in delictis non passum fuisse exigi summũ ius quòd publicae vtilitatis interesset occisos Reipubl. perniciosos extingui, & eorum memoriam aboleri; Quod si veram esset Lucium veneficum vxoris, stupratorem alterius sororis eiusdem Francisci ab eo occisum, & necatum iustae vltioni condonan. foret, & multum de iuris apicibus relaxandum, etiam non dubitarem; Crudelis est qui honorem suum negligit; quarè mouemur diuersis exemplis allatis legum au- 1

thoritate

thoritate roboratis, per Tiraq. de pœn. temper. causa pri. multos qui nec damnati, nec absoluti fuerẽ pro reatibus, quos vrgente intenso dolore commissere, nam illo vix frenos capit. Huic rei apprime inseruiunt illa duo exempla ab
2 eo celebrata sub nu. 18. cum Fabricianus matrem, eiusque adulterum interemisset, quia suum ipsius patrẽ obtruncasset, Senatus decreuit, ne res illa Fabriciano fraudi esset, tum ex Cicerone pro Annio Milone. Non sine causa fictis fabulis doctissimos homines prodidisse, eum qui vlciscendi patris causa matrem necasset variatis hominum sententijs non solum humana, sed etiam Deæ sapientissimæ sententia liberatum, At qui deceret instar Areopagitarum cri-
3 mina post annos centum, & non intra in iudicium trahi, & his largiri saluosconductus annorum centum, cuius exẽplo vidi concessum fuisse Egreg. Lucio Cauenago in Hispanijs aduersus capitalem pœnam in eum vti absentem, & cõtumacem latam saluum conductum similem. Negari enim non potest, quin homicidium dicatur commissum a prouocato, & ex iusta causa magna, per quam, nonnunquam de-
4 licti impunitatem assequitur, Farinac. q. 91. num. 13. vers. Limita pri. & si quis putat in causis vltionum pro honore conseruando non esse locum clementiæ, & conuenit dictũ Salomonis relatum a Gram. in decis. 5. num. 39. tanquam nimis iustus in sua iustitia perit.
5 Cum ergo hoc homicidium dicatur habere causam honoris, quæ vitæ præponderanda est, & dato quòd constaret dictus Lucius ab hoc occisus, attamen non esse locus deberet pœnæ nisi extraordinariæ, vt apud Bertaz. conf. 433. & seq. & per moder. Roman. q. 125. nu. 412. vers. Contrarium, tit. de homicid. ex Anan. in c. si perfediens, nu. 7. de homicid. quia difficilimum est temperare iustum dolorem quia magis inest culpa, quàm dolus, & dicit hanc opinionem esse veriorem, & equiorem. Propterea sequitur iustius hoc homicidium ex causa maioris boni esse dissimulandum, ne tamen in totum neruus iustitiæ frangatur; nec alio supercilio per Iudicem insurgendum; Ne eo detecto mortis occasionem præstet sororiæ quam stuprauit, magis enim interest, vt ea seruetur, quam quòd hic pœnæ extraordinariæ debeatur ob dictum homicidium, vbi illud

ab eo patratum foret; sic & expedit, innocentem absolui, ne innocens condemnetur, ex deductis in l. absentē. ff. pœn. & eadem. l. C accus. & l. 1. ff. requir. reis. l. si quoniam. Cod. adulter. Sic è duobus malis minus est eligendum (vetus est axioma) Si enim vbi dubitatur de incendio, ne illud ad vicinas ædes peruagetur licitum est hoc metu imminentis pe- 6
riculi domum deuastare, in qua incendium ortum est ex Mar. Socin. in c. si quis domum, nu. 54. de iniur. & dam. dat. conf. 30. lib. 1. diuers. crimin. & seq. Fortius licebit Iudici ad redimendum hanc tunc virginem nunc mulierem stupratam aliquid de summa illa cognitione remittere, ne maior ignis accendatur. Rectè Senatus, qui omnia cum maturo iudicio metitur, cum incidisset quoddam homicidium noctis tempore patratum in personam cuiusdam vicini, cuius dicebatur fuisse mandans quidam nobilis, cuius ego eram Aduocatus, mandauit Vicario Iustitiæ tunc Zafiro, vt in eo se vrbaniorem, & mitiorem præstaret, & quantum fieri potuit, consuluit honori tàm mariti, quàm vxoris 7
affines nobiles habentis. Notarius Cruceius. Id etiam obseruauit in quadam causa veneni (vt publicè ferebatur) propinati vxori nobili adulteræ, quam maritus intra parietes reclusam consentientibus affinibus, denique hausto ab ea veneno peremit: Nec procul hinc adduci potest aliud exemplum eiusdem Senatus. Dum enim quidam nobilis Martigena occubuisset manu oliteris interemptus, cum Senatui nota esset illius mala qualitas, & bestiales mores, non est passus eum molestari, tacita quadam illius homicidij dissimulatione. Paucos etiam ante annos occiso quodam nobili noctis tempore in hac vrbe reiecta palàm fuit causa in socium suum quo vtebatur ad omnia cōsilia, ex eo quod ille malis artibus captasset amores cuiusdam nobilis mulieris, cuius consuetudine fruebatur; Reputatum fuit illud homicidium ad pœnam proditi ab eo socij, qui amores suos ei communicabat. Et cum ageretur de dedecore dictæ matronæ, quòd ad familiam suam, imò ad liberos ex iustis nuptijs procreatos redundabat, silentio iusto Iudicum veniā delicti reus impetrauit, Illius facti Ilias satis nota est. Quòd si hos, vel alios casus cum hoc conferamus inueniemus, Lucium omnibus qui fuerunt in rerum natura dete- 8
riorem

riorem notorium homicidam, quem par erat iampridem ex humanis tolli, vt cum eo delinquendi indomita licentia finem suum acciperet; Et laudes multorum homicidarum recenset Petr. Grego. in suo syntagm. iur. vniuers. lib. 36. cap. 21. nu. 14. 15, & seq. vbi quæ homicidia veniam mereãtur, ideò rectè docet Boss. quod homicidium ob honorem non reputatur ad pœnam, tit. de homicid. nu. 85. & ad huius excusationem videndus Ant. Thes. decis. 178. ira motus, sed ad alia festinemus.

Iuuat igitur secundo loco videre, an cum ageretur de criminoso notorio, quòd sanè testantur innumeri processus contra eum fabricati phas sit tàm huic, quàm cæteris vti hac exceptione impunitatis dicti homicidij, tanquam in
9 causam publicam sit laboratum. In quo articulo repeto memoriæ: quod occiso Alidonio Cardinali Pap. vti rebelle M. R. Pontificis per Excellentiss. Franciscum Mariam Ducem Vrbini, nulla sequuta contra dictum Cardinalem sententia declaratoria, fuit ille absolutus per sententiam quinque Cardinalium, quibus causa per Iulium Papá cum toto Concistorio fuerat commissa, & impunè illum occidi potuisse declaratum est, ita attestante Io. Baptista Feret. in cons. 31. num. 8. 9. lib. 1. pro quo Duce consuluit etiam Carol. Ruyn. in cons. 4. n. 19. vers. Postremò, lib. 5. & Grat. cons. 49. in causa num. 8. lib. 1. quos, & alios refert Eugen. in alio casu cons. 22. nu. 73. cum seq. lib. 1. & homicida notorius in statu Ecclesiastico, etiam non bannitus impunè
10 potest occidi, Baiard. ad Clar. §. homicid. nume. 256. vbi connumerat Constitut. Marchiæ lib. 4. cap. 35. Quid illi respondendum putassent contra hunc siccarium, veneficũ, violentum, raptorem virginis honestæ, & stupratorem incestuosum, occidere autem decet stupratorem pro deffensione sui honoris, tex. in l. 1. §. item diuus, ff. ad l. Corn. de Siccar. quia stuprum est plusquam mors, Gram. decis. 25. Farin. in tit. de homicid. q. 125. num. 44. vers. Amplia 21. cui per manus facinorosissimi patris tradita fuerunt iure hæreditario omnium malorum semina, quibus in omnem ætatem ad nocendum vteretur. Ex his &c.

Laus Deo.

Franc. Bernard. Porrus I.C.

SV M-

SUMMARIUM.

1 *Auxiliator quando pari pœna puniatur.*
2 *Opus præstatio si causam non dedit maleficio an sit punibilis.*
3 *Associatio ad Delictum quando puniantur.*
4 *Constitutio de pœn.§.si quis verò auxilium declaratur.*

Pro Nob. Sebastiano Portis Inquisito de auxilio ad homicidium ad demonstandum non esse locum pœnæ ordinariæ.

NObilis Sebastianus Portis cum soleret incedere unà cũ Annibale Buttinono, quodã die repertus cum eo fuit in hac Ciuitate in P. Cumana,& cũ esset creditor quorundã stipendiorũ,& ea peteret cuidã de Lãpugnano ac instã ter efflagitaret ad inuicẽ rixati sunt,& ex verbis ad arma větum est, in quo congressu ille vulneratus dicitur qui ad modicos dies defunctus est Inquisiti fuere dictus Buttinonus,necnon & dictus Sebastianus, & dicto Buttinono, qui postea aggratiatus fuit obijcitur qualitas animi deliberati,non autem animus deliberatus, nam si eiusmodi fuisset non fuisset aggratiatus, & ad eum purgandum fuit etiam tortus,qui in negatiua perstitit:Modò illud quæritur,nũquid ea quoque qualitas insit dicto Sebastiano qui tempore rixæ cum eo erat;& an sit locus pœnæ ordinariæ,an vero extraordinariæ.

Prima facie videbatur ex communibus regulis dictum Sebastianum eadem pęna puniri scilicet mortis ex auxilio ad dictum homicidium præstito ex Bart. in l. his qui opem nu.5.ff.de furt.de cuius dicto abunde apud Clarum. q.90. contrarium verius est ex eo quòd licet astiterit dicto homicidio,non tamen in eo cooperatus est, & de occisore constat,& iniquum foret eum qui astitit ad mortem damnare rectè Boer.decis.167.dicit Fretus auctoritate Cyni in cõs. 41.quòd quando ipse non interficit, sed vnico vulnere quis fuit occisus, Nec propterea homicida factus est audacior, aut animosior;Nec Sebastianus cõtra eum admenauit; nec tractauit cum eo, Ideo non pari pœna punitur, quia opis præstatio non dedit causam maleficio, & cum hac senten- 1 2

tia resides Gasp Ant.Thesaur.lib.pri.qq.forens.q.46. Pari
3 responsione quando ignoranter quis aliquem associauit ad perpetrandum delictum, quia tunc nullo modo punitur & quia nulla contra eum adducitur coniectura scientiæ, & casu affuisse præsumitur Farinac.q.131.nu.32. Ideo non punitur ex Bart.Marsil. & aliis trad.p Menoch. de Arb. iudic. casu 349.nu.16.& 20. Quod tanto magis procedit stante Cõstitutione Med.sub titu.de pœn.§. si quis verò auxilium vbi mitius punitur arbitrio Iudicis pro qualitate facti Menoc. ibi num.8.vers.const. autem.

4 Cum igitur dictus Sebastianus ignoraret quòd facturus esset Buttinonus cum debitore, & an ille esset negaturus debitum vel ne, & ab hoc incerto euentu pependerit: Ideo nullo modo dict.Portis in eam pœnam damnandus est, & ita sentio sal.&c. Laus Deo.

F.Bernardinus Porrus I. C. subscripsit.

S V M M A R I V M.

1 *Inquisitio quæ contineret debeat.*
2 *Coniuratio quomodo probetur.*
3 *Assistentia ad delictum quando sit punibilis.*
4 *De auxilio quando quis teneatur de eo tantum quod fecit.*

Pro nob. Nicolao Portis.

1 INquisitio formata in anno 1614. sub die 28. Aprilis contra nob.Nicolaum Portis, filium nob.Camilli, nullo iure sustineri potest, & per lunga spatia, & tractus ducta imo coacta.

2 Supponitur in facto, quòd cum Io. Aluisius Montobius Ligur solitus moram trahere in domo habitationis Iacobi del Campo Iannensis eius auunculi pretenderet se esse creditorem Andreæ Sextij Liguris proxenetæ in hac Ciuitate degentis summæ aureorum decem septem, & pluries d.summam petijsset, eam soluere recusasset.

Cumque etiam ex causa cuiusdam insultus facti per Io. Stephanum d.Thomæ fratrem, de mense Augusti anni 1613.

1613. Io. Angelo dicti Sextij filio, eiusque socio pace opera cuiusdam, cuius nomen tacetur, inita, & hac de causa vigeret odium erga dictos Sextios, & cum quadam die de mense Februarij idem Aluisius dicto Thomà associatus petijsset pecunias prædictas à dicto Sextio in Platea Mercatorum huius Ciuitatis, subsequuta fuere nonnulla verba contentiosa, & dictus Sextius à dicto Montobio extra Plateam Mercatorum prouocatus fuisset, indeque Montobius iratus recessisset, cum triduo post dictus Sextius inermis de societate aliorum proxenetarum de more reperiretur super dicta platea existente pariter dicto Thoma ense armato è latere Collegij Iur. perit. Nicolao Portis, & alijs duobus dicti Thomæ socijs omnibus inermibus, & dictum Sextium oculis obseruantibus, qui eum viderant inde recedentem, & versus contratam Sancti Michaelis ad Gallũ gressus tendentem, illicoque alio breuiore itinere, vt Sextium peruenirent in via eò se contulissent ad numerum nouem, quos dict. Aluisius secum duxit omnibus armatis, & in angulis Cordusij latitantibus, & socij aduentum expectantibus, & illum è contrata prædicta versus eos aduenientem prospexissent, & Sextius cerneret paratas sibi ab hosce insidias, eo maximè, quia præfatos qui antea inermes eum in platea obseruarunt, tunc temporis in angulis latitantes armatos ense vidisset, ac statim dictus Aluisius in dictum Sextium ense denudato impetum fecisset, & prædicti omnes inquisiti, & coniurati in necem Sextij auxilium ad dictum homicidium ferentes, scientes, & participes, dictus Io. Aluisius nullis dictis verbis ictum cesim versus caput Sextij inermis vibrauit, & dictus Portis, ac coinquisiti omnes eodem tempore accurrerunt in dicti Aluisij auxilium, & fauorem.

Ad nullitatem huius inquisitionis demonstrandam hæc primo sunt obseruanda.

Primo, quod Portis erat inermis vnà cum alijs Scholaribus, qui cum eo erant propè Scholam Palatinam expectantes aduentum legum proffessoris.

Secundo, quòd ad dictum homicidium contra inermem patrandum non erat opus auxilio nouem, decemuè hominum armatorum.

Tertio, quòd nulla coniectura est propterquam moueri

Tt debuerit

seu colloquio præcedente cum cæteris socijs assistentem opē tulisse, ar. l. 2. §. Homines ibi ad hoc coactos. ff. vi bon. rap. Anchar. cons. 216. in fine, Felyn c. sicut. nu. 6. de Homicid. Paris. cons. 152. num. 30. lib. 4. & expedit, quòd aliquis actus intercesserit, & probatus sit, ex quo occisus sit redditus timidior. Paris. cons. 164. nu. 14. vol 4. & vult Menoch. de arb. iudic. casu 350. Præstans enim auxilium simpliciter non tenetur de auxilio, sed de eo, quod gessit, Corn. cons. 198. nu. 27. vol. 2. Non potest enim negari quin homicidiū sit sequutum ex quadam subita animi commotione, & impetu, quodque d. inquisiti nihil in eo actu egerunt, nec agere opus est Nec hi sciebant, quòd eò venturus esset ille Ianuensis ergo omnes pœnæ sunt expertes, tanto magis cum supponatur hos inquisitos superuenisse post cæptam rixā, quo ea su quis non tenetur de ope nisi de eo, quod fecit, latè Mascard. concl. 1039. nu. 5. lib. 3. 4

Verè circumscribenda est hæc inquisitio quo ad personā dicti nob. Nicolai quam reliquorum coinquisitorum, qui non præcedente aliquo tractatu, aut conuentione interfuere, iuxtà add. per Mascard. ibi num. 6.

Ex his &c. Laus Deo.

F. Ber. Portus I. C.

SVMMARIVM.

1 *Pax vi & metu extorta non prodest per totum.*
2 *Decretum præcipitanter interpositum non adiuuat.*
3 *Ad metus probationem sufficiunt laues præsumptiones.*

Pro Arsilia de Madijs.

Non videt Arsilia satisfactum esse ijs quæ adducta fuere ab eius aduocato in sua allegatione impressa in qua abundè demonstrauit pacem, seu remissionem fuisse malis artibus, & dolis extortam per Agentes Marci Barchini ab ea tanquam tutrice filiorum suorum susceptorum ex Iacobo Cruceio interfecto per dictum Barchinum, & complices suos, ideo non multo apparatu verborum opus erit in 1

respondendo his quæ nunc in medium dicti Marci afferuntur nomine,

Non obstat igitur in primis quod præsumatur pro instrumento pacis ex quo apparet de libera voluntate, & maxime accedente Iudicis auctoritate interueniente qui monuit Arsiliam de importantia dicti actus, & quòd ea de causa Aduocatus dictæ Arsiliæ hunc nodum aduertens silentio prætermissit, quia satis sciebat quòd ex hac Iudicis præsentia cessabat omnis metus, & impressionis præsûptio accedente maxime ratificatione eiusdem Arsiliæ facta de dicta pace receptis ferè ducatonis 50. biduo post dictā remissionem pro parte damnorum, & interesse declarandorum, vt ex fidibus Cortesini, & Reuer. Archipræsbiteri eiusdem loci Orij quam pecuniarum receptionem pariter dissimulauit Aduocatus dictę Arsiliæ cum sciret ei responderi vix posse.

Nam huic difficultati facilima accommodatur responsio, nempe præsumptionem Decreti si quod est cedere veritati, & contra præsumptionem decreti admitti fortiores, & validiores, Nec aliqua præsumptio sumitur pro Decreto obrepto, Quale hoc est, aut præcipitanter interposito noctis tempore per Iudicem idiotam iuxta accumulata à
2 Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 75. nu. 35. vers Altera est atque; Nec quando decretum interpositum est cessante præsentia propinquorum amicorum coniunctorum, & quando vnà simul omnia fiunt tumultuariè, & perfunctorie breui tempore inter cognitionem, & decretum interueniente latissime habetur apud Crauett. in responso pro genero in ordine 1000. in 6. vol. nu. 155. ver. Quin etiā Equalitas enim facti non patitur quod sincere dicatur habita remissio à dicta muliere nullo tempore remissionis habito prætio, & sic gratis nocturno tempore ad præsentiam potentum, & presertim bannitorum, vt mirandum sit quod ad velandam dictam pacem tot fides totque attestationes inculcentur quæ de se sunt suspectæ, Nam solent tempore remissionis solui tutoribus qui pecunias in vtilitatem minorum implicant non autem remitti expensæ, & damna gratis, aut eorum declaratio remitti tertio à cuius potestate pendet declarare, & arbitrari, quia remissiones, & restau-

rationes sunt tanquam actus correspectiui qui eodem fieri solent tempore cum fatuus iudicetur is qui remittat, ita vt post remissionem ab alieno pendeat arbitrio, Nec potui nisi cum nausea legere ea, quæ dicuntur ad sustinendam hanc captatam remissionem, & sanè digna quæ ab omnibus explodantur, & reijciantur, cum, vt dicatur metu actus gestus sufficiant præsumptiones etiam leues præsertim in muliere Alex. cons. 156. nu. pri. lib. 5 Cepol. cons. 2. num. 5. in ciuilibus Alcia. in responso 6. nu. 3. & si enim contractus 3
fieri possint noctis tempore, Attamen nō potest negari quin de se sint suspecti præsertim quando de die fieri possunt, quia nocte, latent mendæ, & noctis vitia non facile agnoscuntur, & maxima est coniectura fraudis, quia statim Mediolanum venit mulier Principem Senatum adijt, conquesta est, & quia Barchini ad excusationem dicere audebant mulierem à Comite Antonio Somalea fuisse impulsam, & instigatam., & in domo retentam, comparuit illa apud Egregium Fiscalem Fernum, & palam testata est se, à se ipsa moueri non ab alijs, adeò vt omnes hæ fabulæ deberent exulare ab aula Iudicum qui debent magis verisimilitudini accedere in negotio, adeò suspecto quale hoc est, & ante occulos suos ponere qualitatem horum Barchinorum, quibus omnia in eo territorio licent, Nec aliquis audet eis contradicere, & qualitatem huius mulieris formidolosæ, ac motæ ad Lunam trepidantis arundinæ cannæ.

Considerare etiam debent iudices qualitatem Iudicis adducti ad interponendum decretum qui est Laudensis togæ, breuioris cuius munus non se trahebat ad hoc, & paruo pretio allectus Ciuitatem Laudæ reliquit, vt morem Barchinis gereret in aucthorizando hanc captatam pacem ultra quod is patronus est causatum dictorum Barchinorum in Ciuitate Laudæ, his circumstantijs expensis videant Iudices, an salua conscientia dici possit ex huius Iudicis præsentia suppletus sit metus, vis, vt dicit aduocatus Barchinorum.

Quod autem Arsilia pacem hanc ratificauerit receptis ducatonis quinquaginta per biduum post certe nil aliud est quam loqui verba ad Ephesios imò id nequaquam esse verum, vel ex eo probatur quod si erat remissa, declaratio ar-

bitris,& præsertim Reuerendiss. Episcopo Laudæ quomodò credendum est quod nulla sequuta declaratione voluerint Barchini sponte dare ducatonos quinquaginta dictæ mulieri nulla necessitate cogente, nec in hac re fidibus, aut attestationibus opus est extraiudicialibus; sed veris, & liquidis probationibus quæ tanto fortiores requiruntur, quia aduersatur omni verisimilitudini quod quis voluerit id sponte dare quod tempore remissionis recusauit tradere, Nec Barchini sunt ij, qui in necessitatibus adeo sunt liberales, neque in hoc notatur aduocatus quod de hoc in sua allegatione verbum non faciat, Nam nec hoc ei notum est; Nec adduci potest ad id credendum, sicuti nec credere potest quòd gratis sit data vna pertica ad ferendum linum filiæ maiori natu dictæ Arsiliæ ratione damnorum passorum contemplatione remissionis, vt dicitur constare ex fide Concarij agrimensoris sufficit autem dicere has esse nugas quæ deducuntur ex illius falsa attestatione, Imò ridiculum esse quod pro pretio perticæ lini quæ solet conduci pretio librarum decem illa voluerit remittere homicidæ damna, & expensas quæ patitur ex nece paterna tam vili pretio solent filij remittere iniurias illatas parentibus? porrò ex hoc sicut, & alijs cerni potest quam iniuriosè agatur cum dicta Arsilia, & filijs suis.

Ex his remanent in suo robore fundamenta constituta super captatione dictæ remissionis, & an sit probata, necne æquus Iudex potest arbitrari, & an assistentia dicti Comitis Vegiolæ banniti potentis potuerit dicta mulier terreri, & meruerit necne, & an sint vana quæ circa hoc Barchini effundunt.

Pariter non videntur destrui quæ dicuntur de pluralitate actuum tàm celeriter, & vno eodemque temporis momento gestorum, quia verè militant, & inexpugnabilia sūt imò dum dicitur quod Arsilia non contradixit remissioni factæ ad fauorem d. de Luchis inde sumitur argumentum, quod sicuti illam remissionem non impugnat, quia sincerè omni captatione remota facta fuit. Ita si eodem modo processisset remissio aucupata à Barchinis non auderet hæc mulier apud quemquam conqueri cum sit matrona honesta, & veridica.

Quod

Quod ad ratificationes obtentas à filijs iam in alijs allegationibus satisfactum est, Neque enim dubium est quia hi filij facturi sint ob imbecillitatem ætatis quicquid Barchini cupiunt, Quibus resistere non possunt. Quare hæc mẽdicata ratificatio rem magis suspectam reddit.

Quintæ oppositioni quod Arsilia per vim Mediolanũ sit cõducta à Com. Filiberto filio Com. Antonij Somaleæ, Nõ est opus respondere cum illa in libertate sit posita, & facti sui reddiderit rationem dicto Egregio Fiscali Ferno, & eius copia etiam haberi potest ab omnibus Iudicibus qui eam requirent, si veritatem intelligere voluerint.

Sextæ oppositioni, & septimæ pariter superfluum est respondere cum ex superioribus eliciatur, vera responsio.

Octauæ quod Arsilia compromisserit damna de hoc supra dictum est, & demonstratum nullibi hoc credendum esse.

Ad nonam oppositionem respondetur, adesse fidem dicti Reuer. Præsbiteri Archipresbtterij, ideo non est repetendum.

In decima, & vltima oppositione amplius non est morandum cum iam supra absoluerim qualis sit effectus, & qualis vis illius decreti interpositi, ideo sufficit ad superiora remissio.

Concludo remissionem nullam, & recta via procedendum contra homicidas, & auxiliatores Senatus ita iudicauit. Laus Deo.

Fran. Bern. Porrus I.C.

SVMMARIVM.

1 *Animus deliberatus ex quibus arguatur.*
2 *Iracundia quo casu non excuset in delictis.*
3 *Tractatus quando arguat animum deliberatum.*
4 *Reformari an debeat Inquisitio & quando.*

Responsio Bursæ, contra preces Marci Barchini.

SVpplicata per Marcum Barchinum duo capita cõtinét, Alterum reformationem inquisitionis contra eum for-

matæ, & cæteros correos tanquam ab homicidijs trium interfectorum abfuerit animus deliberatus,& quod ea durante calore sequuta sint, Alterum est caput quòd inquirẽdus erat per Iudicem Galli Bursa negotiorum gestor Comitis Antonij à Somalea de præceptis pœnalibus de eius mandato factis per satellitem hominibus loci Orij quorũ timore congregati fuere vigintiquinque homines armati, & accessere ad clusas ad impediendam irrigationem aquarum,& ad turbandum Barchinum in sua antiqua possessione irrigandi sua bona appellata la Bertazina, & la Preitina, per aqueductus dicti Comitis ex quo Bursa inquiren. erat vti auctor omnium malorum,& tenebatur pœna l.quoniam multa facinora C.ad l.Iul.de vi publica, Propterea his attentis Senatus videtur iniunxisse eidem Iudici Galli, vt ad supplicata bene aduerteret, & ea in Curia frequenti proponeret vt deliberet „an debeat reformari memorata inquisitio,& vbi hesitet verbum in Senatu faciat.

Fundamenta primi capitis præcipuè hæc sunt quòd non dicitur animus deliberatus,& ad durante ira, & iusto dolore si homicidium sequatur, sed requiritur, interuallum plurium dierum post iniuriam vel damnum acceptum,quare cum Barchinus priuaretur aqueductuum possessione iure licuit ei vti hominibus armatis ad tuendum suam possessionem iuxta Plaz.in suo epitome delictorum Cap. 28.nu. 32.Nec vulnerum multitudo arguit animum deliberatum, quia principium rixæ non potest dici deliberatum citando Blanc.in l.fin.num. 13.ff.quæst.Menoch. de arbitrarijs, casu 361.nu.20.vbi dicit non esse adhibendam differentiã quod vel vnum vel plura sint vulnera posteaquam cõstat de principali actu idest de ira, & iusto dolore quæ tolluut qualitatem cogitati,atque præmeditati facinoris, Hæc sunt quibus credit Barchinus inquisitionem suam reformandã esse.

Verum his singulis sigilatim Responsionem afferemus, verum in primis repetenda est, facti origo ex qua homicidia orta sunt, Nam illud legem præscribit animo deliberato plura enim enuntiantur, in ipsa inquisitione, quæ Barchinus posse dissimulari putat, Non enim vt ex ea legere est, accesserunt animo tuendæ possessionis aqueductnum, sed animo vlciscendi se quòd Bursa adhibitis etiam præceptis iudi-

iudicialibus impediret claudendo aqueductus, ne aquæ deriuarentur ad bona Barchini, Nam in ordinem eos disponi curauit quos armatos congregauerat ad occidendum homines relictos à Bursa ad tutelam clausarum, Nam eà iussit singulis, vt nasistergia pileis apponerent, ut cognoscerentur, neué inuicem se offenderent inter explosiones tormentorum, & vulnera inferenda eis qui ad dictam custodiam erant, Nam primo tractatum fecerunt cum Antonio, & Gaspare de Luchis nepotibus suis de accedendo manu armata in nocte ad locum clausarum, & cum Castello Funtana egit, & tractauit vt homines armatos quæreret, & conducret nocte sequente ad locum Orij, Rursus apparet ex lectura inquisitionis quod dictus Marcus dum peruenisset ad locum differentiæ dixit versus asseclàs suos homines coactos & armatos, *che era bene che si mettessero in fila, l'vno appresso all'altro, & vno un poco lontano dall'altro, acciò non si facessero male fra loro*, Iterumque malum, & peruersum animum ad occidendum destinatum non ad irrigandum bona demonstratur ex alio eiusdem colloquio eodem contextu habito in hunc modum videlicet, *orsù figliuoli tutti quelli che andaranno per terra, non si lassiano parlar più* inferrens ex hoc quod occiderentur, Hunc animum deliberatum demonstrat exitus & euentus, nam nullis prolatis verbis circa tertiam horam noctis post sibilum datum pro signo sclopum suum contra dictos homines incautos, & partem dormientes explosit, & cum eo cæteri coinquisiti vulnera reiterantes.

Accedit aliud huius animi deliberati efficacissimum omnium argumentum ex eo, quia peractis homicidij cum Marcus Barchinus suos in vnum coegisset, & reduxisset iussit, vt bini per vineam vbi occisio iam sequuta erat incederent, & diligenter perquirerent, an alij in ea adessent, & si quos reperijssent eos omnes occiderent, prout ita abeis factum est, & executum, occiso Gulielmo Concario infinitis vulneribus confecto, Aliud igitur est quod quis ita accensus accedat cum vnione gentium ad tuendum suam possessionem, & in ea incidat in homicida, vulnera, & tunc militant considerationes aduersariæ, Aliud quòd quis post iniuriam, seu damnum accedat ad occidendum, & in hoc animum deliberatum considerari perspicuum est, Nam iuxta

Cagnol.

Cagnol. in l. quicquid calore ff. reg. iur. num. 15. iracundia
2 non excusat quando quis post calorem iracundiæ, perseuerat in eadem voluntate tunc enim cessat animi concitati perturbatio, & alteratæ mentis consideratio, & excluditur allegatio iracundiæ, & hoc in casu non dicitur Barchinus motus ex causa, sed ex malo, & peruerso animo, & hoc casu dicitur sedato, & deliberato animo occidere Menoch. dicto casu 361. num. 23.

Secundo principaliter animus deliberatur probatus ex tractatu præcedente, & consilio, ac deliberatione, porrò hic concurrit tractatus diuersis temporibus in coadunando homines armatos adhortañ. eos ad homicidia, Nec aliquem prætermitterent quin prorsus interimerent, ne aliquo modo loqui possent, Hæc perficiunt animum deliberatum, Nam hæc coniectura est adeò vrgens, vt aperta probatio dici possit quod saltem locum habet quando post tractatum sequitur executio tractatus, vt per Menoch. dicto casu 361. nu. 32. versiculo 20. quarta coniectura.
3

Tertio animum deliberatum arguit, quia tempore nocturno accessit Barchinus cum asseclis suis ad occidendos homines existentes in vinea ad custodiam vineæ Comitis Antonij *qui enim n al g t odit lucem* latè Mascard. de proba t. conclus. 98. nu. 22, vers. decimo.

Quarto his accedat (vt paucis me absoluam) armorum insuetorum præparatio, hominum qualitas, reiteratio percussionum.

Deliberatio facta omnes occidendi ad vnum, nec permittendi facultatem vt loquerentur, & Mæror conceptus quod inter eos reperire minime potuisset Barchinus Stephanum Bursam quem interimere constituerant, prout idẽ Barchinus patratis homicidijs dum discederet professus est in hæc verba, *Quel forfante dil Borsa l'hà scapata, che non l'hò potuto trouar.*

Quare ex his succedit illa coniectura quod nõ fuerit motus Barchinus ex iræ concitatione, & ex causa irrigationis aquarum, Nam nullus actus à Barchino, & socijs sequutus est, qui tenderet ad irrigationem nulla prohibiti o sequuta fuit, sed extemplo in dormientes custodes impetus factus est, explodendo sclopos. Quibus siccarijs dictus Barchinus

nuscium homicidis animatus præerat, tanto minus id non licuit Barchino dante operam rei illicitæ, scilicet inducendo aquas per loca Comitis domini bonorum eo inuito, & resistente.

His putat, non prodesse vanam exceptionem quod ira fuerit motus Barchinus, Nam hæc omnia sunt certa argumenta animi sedati, & parati ad occidendum, vt dixi non autem ad turbandam possessionem in quibus terminis loquuntur auctoritates ex aduerso citatæ.

Ad secundum caput quod obijcitur Bursæ illud ab eadē radice infecta procedit videlicet quod Barchinus rei licitæ operam dederit Bursa verò illicitæ, sed cum ex præmissis appareat operam vacasse ad occidendum non autem ad turbandam possessionem cum vel dormientes homines, nec assistentes, nec resistentes fuerint occisi adeò sanguinis horum miserorum erat auidus præf. Barchinus cessant omnia coniecta in Bursā, qui de nulla alia re inquiri potest nisi quod Sicariorum manus effugerit præter eorum voluntatem, & præsertim Barchini qui hoc desiderium suum è manu sua ereptum ingemuit in ea verba, *Quel forsante dil Borsa l'ha scapata, che non l'hò potuto trincar*, quod autem Bursa deliquerit præbendo se ducem ijs qui adhibiti erant, ad custodiā clausarum nihil aliud video porro indē deduci nisi quod nimia in faciendo, & dicendo licentia dicti Barchini notati qui cum occiderit tres homines haud ei resistentes aliquo telo putat sibi licere reijcere culpam in ipsum Bursam qui vtendo via præceptorum elegit viam Iustitiæ, & rei licitæ.

Ex his persistendum est in inquisitione prudenter formata, Nec aliquid indigere reformari, nec audiendum Barchinum, & cæteros ad impugnandam dictam inquisitionē extra carceres cum non audiantur exceptiones reorum extrā carceres ad not. in l. penultima §. ad crimen ff. pub. iud. nec Senatus solet pati quod reformentur inquisitiones nisi vitium, & defectus sit visibilis in ipsa inquisitione Boss de Reform. Inquisitione loquentem in tit. de Inquisitione nu. 103. cum seqq. quare cum inquisitio narret qualitates ex quibus infertur animus deliberatus non debet inquisitio nunc violari, & mutari ad fauorem rei nisi eo in carceribus reserato, ne iustitia hoc modo eludatur per reos, & ita dixit 4

Senatus

Senatus Excellentissimus in causa nobilis Octauij Fissiraghæ contra Marcum Antonium Brachum, & complicem qui I.C. filium dicti Octauij occiderat, & cum inquisiti fuissent de animo deliberato multa in precibus conquerebantur datis Senatui, & quod illa inquisitio reformanda erat cum impossibile esse dicerent quod ex dicta inquisitione resultaret animus deliberatus Senatus me ipso tuente iura accusatoris, & Fisci venit in sententiam tollendum esse rescriptum quo mandauerat Prætori Laudæ, vt super inquisitione reformanda deliberaret in Curia, & censuit non esse audiendos petentes reformationem nisi eis in carceribus constitutis refferente Ill. Senatore Domino Hieronymo Sansono sub Illustriss. fœlicis recordationis Senatus Præside Bartholomeo Brugnolo, Quibus exemplis est adhærendu. Iuxta hoc Responsum fuit Iudicatu & Barchinu condemnatus de animo deliberato & in confiscati bonorum versus Cameram dicti feudatarij Somaliæ.

Laus Deo.

Francifcus Bern. Porrus I.C.

S V M M A R I V M.

1 *Pax à quo habenda sit.*
2 *De persona certa iniuriati quando dicatur apparere.*
3 *Iniuriæ accusatio annalis est & quomodo.*
4 *Probare tenetur is qui dicit abfuisse animum iniuriandi.*

Responsio Io. Stephani Bursæ ad comparitionem factam nomine Marci Barchini.

AD hæc omnia præsente Ioanne Stephano Bursa dicente deducta in comparitione Marci Barchini diei 29. Maij nõ militare in iure, nec in facto, nec impedire debere quo minus procedatur recta via, contra dictum Marcum inquisitum, nec inquisitionem formatam indigere aliqua reformatione cum fit ritè, & rectè formata, & formata viso processu, nec admittendum dictum Marcum nisi eo in carceribus constituto, vt per iuris allegationes quæ exhibentur demonstratur.

Nec

Nec posse obijci vnionem dicti Bursæ per dictum Marcum qui tenetur se purgare aduersus delicta pro quibus fuit inquisitus, nec etiam recriminari, & referre, vt per ordines Senatus, & agendum esse criminaliter pro homicidijs, & alijs, vt in dicta allegatione dictum est quam exhibet, & producit.

Remissionem esse necessariam à Nob. Bursa existimo nō secus, ac à cæteris offensis, nam vt scripsi pro Ill. Comite Antonio à Somalea cum plures principaliter sint offensi ab omnibus remissio, & pax habenda est, ita probatur in l. p. fin. ff. iniur. Prosper. Farinac. quæst. 105. nu. 304. vers. amplio lib. 3. criminali; animo enim deliberato constat Barchinum cum vnione gentium armatarum accessisse ad locum controuersiæ, vt omnes qui ibidem reperirentur (inter quos erat Bursa) occiderentur, Nec defuit euentus, nā liquet ex inquisitione destinatos fuisse ex siccarijs duos qui singulas partes loci vineæ in qua erant scrutarentur, & diligenter perquirerent, & letho darent, cumque non esset inuentus ab eis dictus Bursa id egre tulit adeò Barchinus, vt in hæc verba prorruperit. *Quel forsante dil Bursa l'ha scapazà, che non l'hò potuto trouar*, Designatum etenim erat tela in primis in eius corpore defigi, inde ei oritur actio iniuriarū quod Barchinus conatus fuerit eum occidere, & in eius cōspirauerit necem iuxta Constitutionem sub titu. de pœn. §. quicunque. 1

His non obstat quod Barchinus non accesserit eò nisi animo offendendi eos qui Aggeres curare, & tueri voluissent, & quod animus, & propositum distinguunt malefitia, & quod causa facti non factum attendenda est, vt sciat quale delictum sit commissum, & quòd non accesserit, vt hunc vel alium interficeret, & per consequens, nec Bursam.

Nam respondetur, vt dixi in exceptionibus propositis pro Bursa super petita per Barchinum reformatione, Quod animus fuit principaliter occidendi omnes qui erant in loco homicidij, & ex vno facto plures actiones descendunt, & ad multa delicta animus fuit principaliter destinatus, tā ad offensam Comitis Antonij à Somalea, & una actio non perimit alteram: Truffa igitur est dicere quod inquisitio non cantet hoc casu cum demonstratum fuerit animū deliberatum

beratum fuisse ad occidendum omnes qui in eo loco reperiebantur, licèt causa homicidij attribuatur custodiæ clusarum, ideò retorquetur regula illa quod animus, & propositum distinguant maleficia cum, & animus, & facta subsequuta inseruiant casui isto in quo omnino habenda est remissio à dicto Bursa principali, in quem occidendum principaliter facta est conspiratio, Neque aliquis erit, tam insulsi ingenij qui in hanc sententiam, & pedibus, & manibus non veniat.

Non obstat dum secundo loco dicitur non fore necessariam remissionem Bursæ ex iniuria verbali *forsante dil Borsa* tanquam non sit certa persona iniuriata cum illud cognomen Borsa ad alios eiusdem agnationis referri possit ex Menoch. cons. 107. nume. 10. & per apostill. ad Bertazol. cons. 237 ad literam D. lib. pri. Crim.

Nam respondetur satis dici certam personam cũ nemò alius in dicto loco foret eiusdem agnationis hoc dempto; Hoc enim nomen solum reddit certam personam, sed & co
2 gnomen, vel aliud quòd fungatur vice nominis, vt per apostill. præallegatum, & in spetie multa adducit Ceph. Ferrariensis cons. 90. num. 18. lib. primo ad identitatem personæ comprobandam, & in spetie dicit Bart. in l. item apud labeonem §. cui non sine causa in fine. Iniur. Quod quando apparet quod iniurians sensit de certa persona licèt eam non expresserit, vel quòd dixisset de vno, & voluisset intelligere de alio tunc idem iniurians actione iniuriarum tenetur etiam quod iniuria non videatur illata in certam personam, & proprius ad rem Angel. in l. quod Senatum num. pri. ff. eo: vbi dicit punien esse iniuriantem etiam quod non constet de nomine eius cui infertur iniuria Boer. cons. 4. nu. 18. Vana igitur, ac potius sophistica est hæc exceptio quod certa persona dicti Bursæ non esset designata cum nõ ignoret Barchinus quod Bursa erat negotiorum gestor Comitis, Et quòd ille erat dux tuendi clausas Comitis quarum causa homicidia sequuta sunt.

Ad aliud dum dicitur per Aduocatum Barchini quòd pro iniuria vltra annum agi non potest, quia intra annum
3 Bursa non quærelauit, vt apud Farinac. titu. de delictis q. 19. nu. 14 & per constitutiones Cæsareas titulo de accusationibus

tionibus §. inoleuerat abusus, Quòd non proceditur nisi ad quærelam partis offansæ.

Respondetur quod non agitur de simplici crimine iniuriarum, sed de conspiratione facta, tàm in eum quàm in cæteros de eis occidendis quæ per se consideratur, vti delictũ punibile pœna mortis per Constitutiones Cæsareas, ideo in hoc non est ambigendum quin desideretur remissio.

Secundo etiam respondetur, quòd de tempore anni ad quærelandum de iniuria subducitur tempus mensium sex quibus cõquieuerunt iudicia criminalia propter indultum gratiosum, Quare sequitur regula l. fin. de annali præscriptione quod non valenti agere nõ currit pręscriptio, Quorsum enim erat opus accusare si agi contra accusatum non poterat.

Tertio respondetur quod tempus quærelandi non currit nisi data notitia delicti, ut in cons. 12. diuersorum crimin. lib. 2. Non poterat enim Bursa scire iniuriam contra se absentem prolatam nisi post formatam inquisitionem, ideo ei nihil imputari potest cur non ante accusauerit dictum Barchinum Farinac. dè inquisitione quæstio decima num. 13. & præsertim habet locum in iniuria, quæ fit vni per metum Cephol. cons. 70. nume. 4. per tex. in l. si cum exceptione §. 1. ff. eo quod meti causæ iuncta glossa, Nec dicatur crimen iniuriæ fuisse sublatum absque remissione per Decretum gratiosum, Nam illud tantum operatur quãtũ loquitur, & cum crimen hoc non sit exceptum per abolitionem generalem remanet sub regula remissionis requisitæ præsertim cum non dicatur leuis iniuria illa quæ admixta est delicto grauiori insultus animo deliberato commisso quo casu non agitur de præiudicio leui in quibus terminis loquitur Aloysius Catalanus in suo tractatu Abolitionis 18. & 21.

Minus resistit quod verba illa prolata contra Bursam absentem non fuere animo iniuriandi; quia in recessu dicta sunt, & nõn datur actio iniuriarum vbi absit animus iniuriandi, Quia respondetur quòd ex qualitate verborum affectus iniuriantis estimatur, & qui dicit abfuisse animum iniuriandi tenetur probare tex. in l. si non conuitij in prin. 4
C. de iniur. ibi probare potest diffuse Farinac. q. 100. num. 113.

113. lib. 3. Criminali, Ita quòd ventosa sunt quæ hinc afferuntur ad excludeñ. actionem iniuriarum: Neque hic dicatur leue esse delictum inspecta qualitate Bursæ vilis hominis negotiorum gestoris Comitis Nam ignosceñ. esse putat effuso sermoni consulentis cui non est cognita nobilitas Bursæ originem, & seriem lungam trahentis cuius antecessores omnes fuerunt nobiles ad quorum nobilitatem ipse honestis moribus educatus accedit, Neque in aliquo se ab eis degenerem præstitit, Quamobrem præcatur Bursa ei qui tàm futilis fuit in obloquendo de eo mentem sanam in corpore sano.

Ex quibus satis iure optimo deffenditur remissioné Bursæ præneceffariam fore. Fuit iuxtà hoc responsum pronunciatum. Laus Deo.

F. Ber. Porrus I. C.

Contra Barchinos prætendentes se esse in casu Decreti gratiosi absque remissione Egregij Comitis Antonij à Somalea Feudatarij Orij pro homicidijs in eius contumeliam, & principalem offensam comissis.

CVM ex adductis per Consultorem Barchini videam admissas ab eo conclusiones à me firmatas ad fauorem Egregij Comitis Antonij à Somalea inter quas illa principaliter super qua fundatur tota basis huius controuersiæ, an requiratur dicti Comitis remissio ad fauorem dicti Barchini contendentes se esse in casu Decreti eo inuito cum homicidia, & alia delicta fuerint comissa ad iniuriam domini, & in eius contemptum, id quod idem. Consultor, confirmat, & in sententiam meam succedit alijs adductis auctoritatibus ad corroborationem.

Exiguus mihi relinquitur labor in respondendo ad ea per quæ ille arbitratur se posse clientis sui iura tueri, nec dicti Comitis remissionem necessariam esse impugnando ea quæ ex clara lectura dictæ inquisitionis resultant.

Quare primo loco aduertendum est quod ille qui viam Decreti gratiosi amplectitur dicitur fateri qualitates omnes in ipso Decreto contentas quare disputandum non est

an

an Barchini iure, vel iniuria contendant se esse in possessione cum formam inquisitionis sequi ad vnguem debeamus, & ei inherere, Esset enim contradictio in obiecto: Quod quis petat abolitionem à crimine deducto in inquisitione, & quod eam impugnet ideo postquam admissus est petens ad abolitionem habetur, vti Reus, & eius fama maculatur per tex. in l. fin. C. Abol. vbi formaliter dicitur indulgentia quos liberat notat, nec infamiam criminis tollit, sed pænæ gratiam facit vnde versus.

Pæna potest demi, culpa perennis erit.

ET ita seruat Senatus, & omnes curiæ, vt inspiciant titulos delictorum, & illos sequantur.

Deueniendo igitur ad rem dico non esse in dubium reuocan. quin Barchinus cum vnione gentium armatarum accesserit non ad tuendam possessionem, vt in his contrarijs allegationibus dicitur, sed ad vindictam domini ex eo quod destinasset homines ad prohibendum, ne per eius aqueductus deriuarentur aquę per Barchinos vsurpatores, quia nulla ediderunt signa ob quæ accessissent eo ad tuendam possessionem, sed ad cædes, ad sanguinem, vt late dixi in respõso reddito pro Ioanne Stephano Bursa, & quòd in contemptum Comitis principaliter sequuta sint apparet clarè ex eo quòd etiam eo actu egreferebant quòd non inuenissent, & occidissent dictum Bursam tanquam negotiorum gestorem dicti Comitis, & sic degentem in seruitio tunc temporis eiusdem quo casu fatetur dictus consulens actionem dari domino, & illius remissionem desiderari ex Rebusso de priuileg. scholas quæst. 166. num. 6. Rol. à Valle cons. 48. n. 8. lib. 2. & latissime omnium Farinac. quæst. 105. num. 280. cum alijs à me accumulatis.

His non obstant in contrarium adducta ad offendendas, & inijciendas tenebras veritatis: Et primo dum negatur interfectos aliquos fuisse in seruitijs Comitis existentes, sed animo tuendi, & defendendi suam possessionem, & turbatores quouis modo eijciendi postquam instabat tempus irrigationis & magnum erat damnum in mora.

Nec existimo huic obiectioni abunde satisfactum esse in alio responso, & demonstrasse ex actibus qui sequuti sunt quod eorum animus non erat destinatus ad tuendam pos-

 sessio-

cessionem, sed ad cædes quæ postea fuerunt sequutæ, nec crambe repetita sæpius idem est inculcandum.

Non obstat quod non appareat illatam iniuriam Comiti nisi in quantum dictos homines sui haberent mandata custodiendi agerem qui postea cæsi sunt quod sufficere videtur ex consilio Decij 686. nume. 16. & Rol. dicto cons. 48. ad num. 11.

Nam respondetur quod contra negantes principia non est vlterius disputandum, Atqui apparet nullum negotium fuisse inter dictos occisos, & homicidas, sed solum habitã ratione custodiæ dictorum aqueductuum ad beneffitium dicti Comitis, & in eius contumeliam, & dedecus, & circa hoc multum versatur religio iudicantis, & verum semper erit quod hæ cædes sequutæ sunt in odium domini, quia patratæ sunt, dum essent in executione sui offitij, & ministerij ad vtilitatem domini, ita Cyn. in l. si non conuitij nu. 7. C. iniur. Citatus à Farinac. dicta quæstione 105. nu. 281, versiculo idem si iniuriam.

Non resistit quod non appareat mandatum per Comitẽ ijs qui tunc erant in loco necis, vt nomine suo ibidem essent cum vnione gentium, & mandatum non præsumi nisi probetur, vt per Mascard. cons. 1007. num. 8. Nam ad hoc respondetur mandatum dici probatum satis ex eo quòd illi essent in seruitijs concernentibus vtilitatem Comitis, Nam è contrario si illi deliquissent in negotio quòd commodum Comitis respiceret delictum eius nomine patratum præsumeretur ex Bart. in l. fin. ff. quæstio in quinta quæstione semper enim inspicitur cuius commodo cedat delictũ, quin etiam, & mandatum præsumitur datum in ijs quæ communiter fieri non solent absque mandato latè Menoch. de presump. libro secundo præsumpt. 33. num. 4. & interueniente etiam scientia principalis cuius nomine actus geritur, Idem ibi nu. 7. & in hanc rem succedunt dicta per Decian. in secundo tractatu criminali lib. 9. Quibus verbis, & quomodo probetur mandatum cap. 34. nu. 19.

Non obstat quod mandatum de obturando consumptũ sit per primam obturationem iuxta notata per Tiraquel. in l. Boues §. hoc sermone ff. verb. signif. nu. 27. Nam respondetur quod in hoc sicuti in cæteris in hac causa fallitur di-

ctus

ctus Consultor, Nam mandatum dicitur datum non solũ ad obturandum, sed ad impediendum, ne Barchini deobturarent, prout antea fecerant, quòd præceptum in vno actu non consumitur cum effectus magis consideretur ex quo satisfiat intentioni mandantis, vt per Tiraquel. dicto loco in sexta limitatione, & septima.

Rursus non obstat quòd mandatum non extendatur ad indebita, vel ad id per quod dominus posset in pænam incidere, vt per Bart. & alios in l. si procurator nu 7. de condict. indeb. & in l. 2. §. si procurator ff. quod quisque iuris, & per Bero. conf. 25. num. 13. lib 3. Id autem sic deducitur, Quòd cum Barchini essent in possessione vtendi aqueductibus pro irrigatione bonorum de quibus agitur Præitina, & Bertazina non potuit de facto ager construi, & impediri aquarum solitus cursus facta ad id vnione gentium armatarum, & præsertim, quia Comes ellegerat viam iudicialem præceptorum ex Menoch. Remed. 4. adipiscendæ num. 473. & quod mandatum non trahebatur ad custodiam cum armis, & ideo diligenter fines sunt seruandi l. diligenter ff. mand. Bursf. conf. 355. nu 21. & 395. nu. 13. lib. 4.

Nam Responsio ex præmissis patet nempe hos homines interfectos, dum essent in seruitijs Comitis, Nec quærendum vtrum mandatum excesserint cum dixerimus mandatum præsumi datum in omnibus quæ domini vtilitatem respiciunt, At vtilitas consistebat non tantum in obturando, sed etiam in tuendo, ne obturatio demoliretur cum in mãdato veniant ea quę sunt de natura ipsius actus qui geritur, Secundo dixi, & repeto non agendum esse inter nos de iustitia, aut iniustitia inquisitionis, sed in ea veluti optima duce consisteñ. nec impugnari posse ab eo qui petit declarari se comprahensum in decreto. gratioso.

Futilis etiam est ennumeratio præceptorum emanatorũ nomine dicti Comitis Barchinis primi sub die 6. Maij 1605. quòd est restrictum ad tenorem præcarij, & ad agrum della Canonica, Secundum sub die 23. Iunij, Tertium sub die 17. dicti mensis Maij, & quòd præcepta fuerunt concessa per Prætorem Mediolani iurisdictione carentem, Nam respond tur quod ista ennumeratio præceptorum magis grauat Barchinos, vti contemptores, & transgressores præcep-

torum iudicialium, secundo nil faciunt hæc præcepta (quæ tamen sunt præcisa) & omnem quamcumque molestiam complectuntur quam inferebant prædicti Barchini circa dictos aqueductus nomine Comitis obturatos omni in casu super meritis non insisten. vtrum bene, vel male fecerint dicti homines, aut Comes qui eos missit, sed vtrum iniuria facta sit contemplatione dicti Comitis, vt toties dictum est, nec repeto, ne in vertiginem capitis incidam.

Eiusdem farinæ, & notæ sunt cæteræ considerationes excitatæ videlicet ex tex. in l. sed an vltro §. 1. vers. is enim ff. negot. gest. vbi quòd non dicitur quid factum in seruitium, vel vtilitaté quòd patrem familias oneraturum erat, vel non necessarium, prout id de quo agitur stante punibilitate actus, Nã respondetur quòd factum eorum qui erant ad custodiam clausæ qui dabant operam rei licitæ nũquam potuerunt onerare dictum Comitem cum illi actus ad eius vtilitatem referrentur, & ad executionem mandati habiti vel ab ipso Comite, vel ab eius negotiorum gestore illius vices, & personam sustinente, nec quod Comes elegerit viã iuris in transmittendo præcepto facit quin posset adhibere custodes ad tuendos suos aqueductus cum iste actus tenderet ad confirmandum, & ad iuuandum dicta præcepta, ne Barchini vi adhibita illis contrauenirent disputare enim vtrum Barchini etiam vti prædones sint tuendi in sua possessione nil aliud est, quam discerere de viribus inquisitionis, Ideo hæc controuersia ab aula recedere debet cum totum negotium consistat in fatendo qualitates, enunciatas in ipsa inquisitione non autem in eas euertendo.

Eodem modo respódeo ad postremam obiectioné quod vbi Barchini haberent solam detentionem non tamé erant de facto spoliandi ex P. de Castr. in l. Aquilius in fine ff. don. Nam à proxima resolutione hæc eadem est petenda.

Factum igitur Comitis in mittendo custodes iustissimũ fuit, & iudicum inquirentium Iudici confirmatum è contra vis adhibita ad occidendum cum cæteris nequissima est, & pessima, & in contemptum domini, Ideo omissis his cimerijs veritas amplectenda est, & declarañ. ad vlteriora proceden. esse circumscripta prætensione dictorum Barchino-

chinorum anhelantium ad dictum beneffitium decreti gratiosi. Laus Deo.

F. Ber. Porrus I. C.

Replicationes Comitis Antonij à Somalia ponendæ post exceptiones Marci Barchini ad demonstrandum exemplum Curtij Papiensis non esse dissimile a themate homicidiorum subsequutorum ad contumeliam dicti Comitis.

Replicante dicto Comite exemplum Senatus contra Io. de Vassorijs emanatum obstare Barchino, & alijs inquisitis quo minus ad benefitium decreti gratiosi nó admittantur absque remissione dicti Comitis sunt enim ijdé firmè casus. Nam Vassorius, & socij se contulerunt domum Curtij in eiusdem Curtij contumeliam, Atque ideo cum Curtium non reperijssent famulum occiderunt dando operam rei illicitæ, idem etiam in casu isto, quia dum homines missi ad custodiam clausarum à dicto Comite eo in loco essent non ob priuatam aliquam inimicitiam quam cũ eis haberent Barchini, sed in vindictam dicti Comitis eos trucidarunt dum essent in seruitio eiusdem Comitis, ideo eadem ratio quæ mouit Senatum ad excludendum ne Vassorius frueretur beneffitio decreti versatur etiam in casu nostro, vt nulla ratio diuersitatis allegari possint, Nec dicatur Barchinum, & alios dedisse operam rei licitæ, Nam contrarium Responsum est tàm nomine dicti Comitis, quã etiam Io. Stephani Bursæ eius negotiorum gestoris: omni in casu standum est inquisitioni in qua inquiruntur tanquã dantes operam non tuendæ possessioni, vt falsò dicunt, sed cædibus, & uulneribus.

Nec mouere debet quòd Vassorius, ut occideret Curtiũ deuenerat ad actum proximum, & ideo nimirum si illius domini requirebatur remissio, ac secus in Barchino, qui nũquam habuit animum occidendi Comitem neque ad aliquem actum contra eum deuenit.

Nam Respondetur quòd sufficit, prout omnes Doctores affirmant, quod iniuria facta famulo institore negotiorum gestori facta sit principaliter in odium domini non autem

Senatus Excellentissimus in causa nobilis Octauij Fisiraghæ contra Marcum Antonium Brachum, & complicem qui I.C. filium dicti Octauij occiderat, & cum inquisiti fuissent de animo deliberato multa in precibus conquerebantur datis Senatui, & quod illa inquisitio reformanda erat cum impossibile esse dicerent quod ex dicta inquisitione resultaret animus deliberatus Senatus me ipso tuente iura accusatoris, & Fisci venit in sententiam tollendum esse rescriptum quo mandauerat Prætori Laudæ, vt super inquisitione reformanda deliberaret in Curia, & censuit non esse audiendos petentes reformationem nisi eis in carceribus constitutis refferente Ill. Senatore Domino Hieronymo Sansono sub Illustriss. fœlicis recordationis Senatus Præside Bartholomeo Brugnolo, Quibus exemplis est adhærendũ. Iuxta hoc Responsum fuit Iudicatũ & Barchinũ condemnatus de animo delibetato & in confiscati bonorum versus Cameram dicti feudatarij Somaliæ.

Laus Deo.

Franciscus Bern. Porrus I.C.

S V M M A R I V M.

1 *Pax à quo habenda sit.*
2 *De persona certa iniuriati quando dicatur apparere.*
3 *Iniuriæ accusatio annalis est & quomodo.*
4 *Probare tenetur it qui dicit abfuisse animum iniuriandi.*

Responsio Io. Stephani Bursæ ad comparitionem factam nomine Marci Barchini.

AD hæc omnia præsente Ioanne Stephano Bursa dicente deducta in comparitione Marci Barchini diei 29. Maij nõmilitare in iure, nec in facto, nec impedire debere quominus procedatur recta via, contra dictum Marcum inquisitum, nec inquisitionem formatam indigere aliqua reformatione cum sit ritè, & rectè formata, & formata viso processu, nec admittendum dictum Marcum nisi eo in carceribus constituto, vt per iuris allegationes quæ exhibentur demonstratur.

Nec

Nec posse obijci vnionem dicti Bursæ per dictum Marcum qui tenetur se purgare aduersus delicta pro quibus fuit inquisitus, nec etiam recriminari, & referre, vt per ordines Senatus, & agendum esse criminaliter pro homicidijs, & alijs, vt in dicta allegatione dictum est quam exhibet, & producit.

REmissionem esse necessariam à Nob. Bursa existimo nō secus, ac à cæteris offensis, nam vt scripsi pro Ill. Comite Antonio à Somalea cum plures principaliter sint offensi ab omnibus remissio, & pax habenda est, ita probatur in l. p. fin. ff. iniur. Prosper. Farinac. quæst. 105. nu. 304. vers. amplio lib. 3. criminali; animo enim deliberato constat Barchinum cum vnione gentium armatarum accessisse ad locum controuersiæ, vt omnes qui ibidem reperirentur (inter quos erat Bursa) occiderentur, Nec defuit euentus, nā liquet ex inquisitione destinatos fuisse ex siccarijs duos qui singulas partes loci vineæ in qua erant scrutarentur, & diligenter perquirerent, & letho darent, cumque non esset inuentus ab eis dictus Bursa id egre tulit adeò Barchinus, vt in hæc verba prorruperit. *Quel forsante dil Bursa l'hase apata, che non l'hò potuto trouar*, Designatum etenim erat tela in primis in eius corpore defigi, inde ei oritur actio iniuriarū quod Barchinus conatus fuerit eum occidere, & in eius cōspirauerit necem iuxta Constitutionem sub titu. de pœn. §. quicunque. 1

His non obstat quod Barchinus non accesserit eò nisi animo offendendi eos qui Aggeres curare, & tueri voluissent, & quod animus, & propositum distinguunt malefitia, & quod causa facti non factum attendenda est. vt sciat quale delictum sit commissum, & quòd non accesserit, vt hunc vel alium interficeret, & per consequens, nec Bursam.

Nam respondetur, vt dixi in exceptionibus propositis pro Bursa super petita per Barchinum reformatione, Quod animus fuit principaliter occidendi omnes qui erant in loco homicidij, & ex vno facto plures actiones descendunt, & ad multa delicta animus fuit principaliter destinatus, tā ad offensam Comitis Antonij à Somalea, & una actio non perimit alteram: Truffa igitur est dicere quod inquisitio non cantet hoc casu cum demonstratum fuerit animū deliberatum

beratum fuisse ad occidendum omnes qui in eo loco reperiebantur, licè t causa homicidij attribuatur custodiæ clusarum, ideò retorquetur regula illa quod animus, & propositum distinguant maleficia cum, & animus, & facta subsequuta inseruiant casui isto in quo omnino habenda est remissio à dicto Bursa principali, in quem occidendum principaliter facta est conspiratio, Neque aliquis erit, tàm insulsi ingenij qui in hanc sententiam, & pedibus, & manibus non veniat.

Non obstat dum secundo loco dicitur non fore necessariam remissionem Bursæ ex iniuria verbali *Forfante dil Borsa* tanquam non sit certa persona iniuriata cum illud cognomen Borsa ad alios eiusdem agnationis referri possit ex Menoch.cons.107.nume.10.& per apostill. ad Bertazol. cons.237 ad literam D.lib.pri. Crim.

Nam respondetur satis dici certam personam cũ nemo alius in dicto loco foret eiusdem agnationis hoc dempto; Hoc enim nomen solum reddit certam personam, sed & co
2 gnomen, vel aliud quòd fungatur vice nominis, vt per apostill. præallegatum, & in spetie multa adducit Ceph. Ferrariensis cons.90.num.18.lib. primo ad identitatem personæ comprobandam, & in spetie dicit Bart.in l. item apud labeonem §.cui non sine causa in fine. Iniur. Quod quando apparet quod iniurians sensit de certa persona licet eam non expresserit, vel quòd dixisset de vno, & voluisset intelligere de alio tunc idem iniurians actione iniuriarum tenetur etiam quod iniuria non videatur illata in certam personam, & proprius ad rem Angel.in l.quod Senatum num. pri.ff.eo.vbi dicit punien esse iniuriantem etiam quod non constet de nomine eius cui infertur iniuria Boer.cons.4.nu. 18. Vana igitur, ac potius sophistica est hæc exceptio quod certa persona dicti Bursæ non esset designata cum nõ ignoret Barchinus quod Bursa erat negotiorum gestor Comitis, Et quòd ille erat dux tuendi clausas Comitis quarum causa homicidia sequuta sunt.

Ad aliud dum dicitur per Aduocatum Barchini quòd pro iniuria vltra annum agi non potest, quia intra annum
3 Bursa non quærelauit, vt apud Farinac.titu. de delictis q. 19.nu.14 & per constitutiones Cæsareas titulo de accusationibus

tionibus §.inoleuerat abusus, Quòd non proceditur nisi ad quærelam partis offansæ.

Respondetur quod non agitur de simplici crimine iniuriarum, sed de conspiratione facta, tàm in eum quàm in cæteros de eis occidendis quæ per se consideratur, vti delictũ punibile pœna mortis per Constitutiones Cæsareas, ideo in hoc non est ambigendum quin desideretur remissio.

Secundo etiam respondetur, quòd de tempore anni ad quærelandum de iniuria subducitur tempus mensium sex quibus cõquieuerunt iudicia criminalia propter indultum gratiosum, Quare sequitur regula l. fin. de annali præscriptione quod non valenti agere nõ currit præscriptio, Quorsum enim erat opus accusare si agi contra accusatum non poterat.

Tertio respondetur quod tempus quærelandi non currit nisi data notitia delicti, ut in cons. 12. diuersorum crimin. lib. 2. Non poterat enim Bursa scire iniuriam contra se absentem prolatam nisi post formatam inquisitionem, ideo ei nihil imputari potest cur non ante accusauerit dictum Barchinum Farinac. dè inquisitione quæstio decima num. 13. & præsertim habet locum in iniuria, quæ fit vni per metum Cephol. conf. 70. nume. 4. per tex. in l. si cum exceptione §. 2. ff. eo quod meti causæ iuncta glossa, Nec dicatur crimen iniuriæ fuisse sublatum absque remissione per Decretum gratiosum, Nam illud tantum operatur quãtũ loquitur, & cum crimen hoc non sit exceptum per abolitionem generalem remanet sub regula remissionis requisitæ præsertim cum non dicatur leuis iniuria illa quæ admixta est delicto grauiori insultus animo deliberato commisso quo casu non agitur de præiudicio leui in quibus terminis loquitur Aloysius Catalanus in suo tractatu Abolitionis 18. & 21.

Minus resistit quod verba illa prolata contra Bursam absentem non fuere animo iniuriandi; quia in recessu dicta sunt, & nõn datur actio iniuriarum vbi absit animus iniuriandi, Quia respondetur quòd ex qualitate verborum affectus iniuriantis estimatur, & qui dicit abfuisse animum 4
iniuriandi tenetur probare tex. in l. si non conuicij in prin. C. de iniur. ibi probare potest diffuse Farinac. q. 100. num. 113.

113. lib. 3. Criminali, Ita quòd ventosa sunt quæ hic afferuntur ad excluden. actionem iniuriarum: Neque hic dicatur leue esse delictum inspecta qualitate Bursæ vilis hominis negotiorum gestoris Comitis Nam ignoscen. esse putat effuso sermoni consulentis cui non est cognita nobilitas Bursæ originem, & seriem lungam trahentis cuius antecessores omnes fuerunt nobiles ad quorum nobilitatem ipse honestis moribus educatus accedit, Neque in aliquo se ab eis degenerem præstitit, Quamobrem præcatur Bursa ei qui tàm futilis fuit in obloquendo de eo mentem sanam in corpore sano.

Ex quibus satis iure optimo deffenditur remissioné Bursæ prænecessariam fore. Fuit iuxtà hoc responsum pronunciatum. Laus Deo.

F. Ber. Porrus I. C.

Contra Barchinos prætendentes se esse in casu Decreti gratiosi absque remissione Egregij Comitis Antonij à Somalea Feudatarij Orij pro homicidijs in eius contumeliam, & principalem offensam comissis.

CVM ex adductis per Consultorem Barchini videam admissas ab eo conclusiones à me firmatas ad fauorem Egregij Comitis Antonij à Somalea inter quas illa principaliter super qua fundatur tota basis huius controuersiæ, an requiratur dicti Comitis remissio ad fauorem dicti Barchini contendentes se esse in casu Decreti eo inuito cum homicidia, & alia delicta fuerint comissa ad iniuriam domini, & in eius contemptum, id quod idem. Consultor, confirmat, & in sententiam meam succedit alijs adductis auctoritatibus ad corroborationem.

Exiguus mihi relinquitur labor in respondendo ad ea per quæ ille arbitratur se posse clientis sui iura tueri, nec dicti Comitis remissionem necessariam esse impugnando ea quæ ex clara lectura dictæ inquisitionis resultant.

Quare primo loco aduertendum est quod ille qui viam Decreti gratiosi amplectitur dicitur fateri qualitates omnes in ipso Decreto contentas quare disputandum non est an

an Barchini iure, vel iniuria contendant se esse in possessióne cum formam inquisitionis sequi ad vnguem debeamus, & ei inherere, Esset enim contradictio in obiecto: Quod quis petat abolitionem à crimine deducto in inquisitione, & quod eam impugnet ideo postquam admissus est petens ad abolitionem habetur, vti Reus, & eius fama maculatur per tex. in l. fin. C. Abol. vbi formaliter dicitur indulgentia quos liberat notat, nec infamiam criminis tollit, sed pænæ gratiam facit vnde versus.

Pæna potest demi, culpa perennis erit.

ET ita seruat Senatus, & omnes curiæ, vt inspiciant titulos delictorum, & illos sequantur.

Deueniendo igitur ad rem dico non esse in dubium reuocañ. quin Barchinus cum vnione gentium armatarum accesserit non ad tuendam possessionem, vt in his contrarijs allegationibus dicitur, sed ad vindictam domini ex eo quod destinasset homines ad prohibendum, ne per eius aqueductus deriuarentur aquę per Barchinos vsurpatores, quia nulla ediderunt signa ob quæ accessissent eo ad tuendam possessionem, sed ad cædes, ad sanguinem, vt late dixi in respõso reddito pro Ioanne Stephano Bursa, & quòd in contemptum Comitis principaliter sequuta sint apparet clarè ex eo quòd etiam eo actu egreferebant quòa non inuenissent, & occidissent dictum Bursam tanquam negotiorum gestorem dicti Comitis, & sic degentem in seruitio tunc temporis eiusdem quo casu fatetur dictus consulens actionem dari domino, & illius remissionem desiderari ex Rebuffo de priuileg. scholas quæst. 166. num. 6. Rol. à Valle cons. 48. n. 8. lib. 2. & latissime omnium Farinac. quæst. 105. num. 280. cum alijs à me accumulatis.

His non obstant in contrarium adducta ad offendendas, & inijciendas tenebras veritatis: Et primo dum negatur interfectos aliquos fuisse in seruitijs Comitis existentes, sed animo tuendi, & defendendi suam possessionem, & turbatores quouis modo eijciendi postquam instabat tempus irrigationis & magnum erat damnum in mora.

Nec existimo huic obiectioni abunde satisfactum esse in alio responso, & demonstrasse ex actibus qui sequuti sunt quod eorum animus non erat destinatus ad tuendam pos-

fessionem, sed ad cædes quæ postea fuerunt sequutæ, nec crambe repetita sæpius idem est inculcandum.

Non obstat quòd non appareat illatam iniuriam Comiti nisi in quantum dictos homines sui haberent mandata custodiendi agerem qui postea cæsi sunt quod sufficere videtur ex consilio Decij 686. nume. 16. & Rol. dicto cons. 48. ad num. 11.

Nam respondetur quod contra negantes principia non est vlterius disputandum, Atqui apparet nullum negotium fuisse inter dictos occisos, & homicidas, sed solum habitâ ratione custodiæ dictorum aqueductuum ad beneffitium dicti Comitis, & in eius contumeliam, & dedecus, & circa hoc multum versatur religio iudicantis, & verum semper erit quod hæ cædes sequutæ sunt in odium domini, quia patratæ sunt, dum essent in executione sui offitij, & ministerij ad vtilitatem domini, ita Cyn. in l. si non conuitij nu. 7. C. iniur. Citatus à Farinac. dicta quæstione 105. nu. 281. versiculo idem si iniuriam.

Non resistit quod non appareat mandatum per Comitē ijs qui tunc erant in loco necis, vt nomine suo ibidem essent cum vnione gentium, & mandatum non præsumi nisi probetur, vt per Mascard. cons. 1007. num. 8. Nam ad hoc respondetur mandatum dici probatum satis ex eo quòd illi essent in seruitijs concernentibus vtilitatem Comitis, Nam è contrario si illi deliquissent in negotio quòd commodum Comitis respiceret delictum eius nomine patratum præsumeretur ex Bart. in l. fin. ff. quæstio in quinta quæstione semper enim inspicitur cuius commodo cedat delictū, quin etiam, & mandatum præsumitur datum in ijs quæ communiter fieri non solent absque mandato latè Menoch. de præsump. libro secundo præsumpt. 53. num. 4. & interueniente etiam scientia principalis cuius nomine actus geritur, Idem ibi nu. 7. & in hanc rem succedunt dicta per Decian. in secundo tractatu criminali lib. 9. Quibus verbis, & quomodo probetur mandatum cap. 34. nu. 17.

Non obstat quod mandatum de obturando consumptū fit per primam obturationem iuxta notata per Tiraquel. in l. Boues §. hoc sermone ff. verb. signif. nu. 27. Nam respondetur quod in hoc sicuti in cæteris in hac causa fallitur dictus

ctus Consultor, Nam mandatum dicitur datum non solù ad obturandum, sed ad impediendum, ne Barchini deobturarent, prout antea fecerant, quòd præceptum in vno actu non consumitur cum effectus magis consideretur ex quò satisfiat intentioni mandantis, vt per Tiraquel. dicto loco in sexta limitatione, & septima.

Rursus non obstat quòd mandatum non extendatur ad indebita, vel ad id per quod dominus posset in pœnam incidere, vt per Bart. & alios in l. si procurator nu 7. de condict. indeb. & in l. 2. §. si procurator ff. quòd quisque iuris, & per Bero. cons. 25. num. 13. lib 3. Id autem sic deducitur, Quòd cum Barchini essent in possessione vtendi aqueductibus pro irrigatione bonorum de quibus agitur Præitina, & Bertazina non potuit de facto ager construi, & impediri aquarum solitus cursus facta ad id vnione gentium armatarum, & præsertim, quia Comes ellegerat viam iudicialem præceptorum ex Menoch. Remed. 4. adipiscendæ num. 473. & quod mandatum non trahebatur ad custodiam cum armis, & ideo diligenter fines sunt seruandi l. diligenter ff. mand. Bursf. cons. 355. nu 21. & 395. nu. 13. lib. 4.

Nam Responsio ex præmissis patet nempe hos homines interfectos, dum essent in seruitijs Comitis, Nec quærendum vtrum mandatum excesserint cum diximus mandatum præsumi datum in omnibus quæ domini vtilitatem respiciunt, At vtilitas consistebat non tantum in obturando, sed etiam in tuendo, ne obturatio demoliretur cum in mādato veniant ea quę sunt de natura ipsius actus qui geritur, Secundo dixi, & repeto non agendum esse inter nos de iustitia, aut iniustitia inquisitionis, sed in ea veluti optima duce consisteñ. nec impugnari posse ab eo qui petit declarari se comprahensum in decreto gratioso.

Futilis etiam est ennumeratio præceptorum emanatorū nomine dicti Comitis Barchinis primi sub die 6. Maij 1605. quòd est restrictum ad tenorem præcarij, & ad agrum della Canonica, Secundum sub die 23. Iunij, Tertium sub die 17. dicti mensis Maij, & quòd præcepta fuerunt concessa per Prætorem Mediolani iurisdictione carentem, Nam respondetur quod ista enumeratio præceptorum magis grauat Barchinos, vti contemptores, & transgressores præcep-

chinorum anhelantium ad dictum beneffitium decreti gratiosi. Laus Deo.

F. Ber. Porrus I. C.

Replicationes Comitis Antonij à Somalia ponendæ post exceptiones Marci Barchini ad demonstrandum exemplum Curtij Papiensis non esse dissimile a themate homicidiorum subsequutorum ad contumeliam dicti Comitis.

Replicante dicto Comite exemplum Senatus contra Io. de Vassorijs emanatum obstare Barchino, & alijs inquisitis quo minus ad benefitium decreti gratiosi nō admittantur absque remissione dicti Comitis sunt enim ijdē firmè casus. Nam Vassorius, & socij se contulerunt domum Curtij in eiusdem Curtij contumeliam, Atque ideo cum Curtium non reperijssent famulum occiderunt dando operam rei illicitæ, idem etiam in casu isto, quia dum homines missi ad custodiam clausarum à dicto Comite eo in loco essent non ob priuatam aliquam inimicitiam quam cū eis haberent Barchini, sed in vindictam dicti Comitis eos trucidarunt dum essent in seruitio eiusdem Comitis, ideo eadem ratio quæ mouit Senatum ad excludendum ne Vassorius frueretur beneffitio decreti versatur etiam in casu nostro, vt nulla ratio diuersitatis allegari possint, Nec dicatur Barchinum, & alios dedisse operam rei licitæ, Nam contrarium Responsum est tàm nomine dicti Comitis, quā etiam Io. Stephani Bursæ eius negotiorum gestoris: omni in casu standum est inquisitioni in qua inquiruntur tanquā dantes operam non tuendæ possessioni, vt falsò dicunt, sed cædibus, & uulneribus.

Nec mouere debet quòd Vassorius, ut occideret Curtiū deuenerat ad actum proximum, & ideo nimirum si illius domini requirebatur remissio, ac secus in Barchino, qui nū quam habuit animum occidendi Comitem neque ad aliquem actum contra eum deuenit.

Nam Respondetur quòd sufficit, prout omnes Doctores affirmant, quod iniuria facta famulo institore negotiorum gestori facta sit principaliter in odium domini non autem

requiritur actus contra ipsum Dominum, nam tunc tenerentur tanquam ij qui offendidissent ipsum dominum personaliter non autem famulum illius contemplatione, proindeq; eiusmodi exemplum non debuit allegari.

Minus dicatur, casum Barchini æquiparandum esse casui domini Vistarini qui de morte Mapelli liberatus fuit negotiorum gestoris Lucinæ Tassæ absque illius remissione quodque idem in casu isto statuendum foret.

Nam vt supra Responsum est Vistarinus operam dabat rei licite cum domum dictæ Lucinæ, accessisset animo occidendi bannitum illius filium immò etiã implorato prius auxilio, & Brachio domini Prætoris Laudæ qua de causa non potest dictum exemplum Mapelli interfecti inseruire præsenti casui.

Postremò non obest quod inter interfectos adesset Fiscalis dicti Comitis qui non fuit occisus propter officium Fiscalatus quòd gerebat, sed pro alia causa, prout etiam in dubio est præsumendum.

Quia respondetur quod nos non agimus quod contemplatione offitij fuerit Cruceus occisus, sed contemplatione domini in eius vindictam supra plenè diximus idcirco omnibus contentientibus non debet iste casus diuerso iure censeri à casu dicti Curtij cum eadem sit ratio ergò, & eadem iuris dispositio.

Ex quibus, & alijs dicit declarari debere memoratum Barchinum, & alios non esse in decreto compræhensos.

Laus Deo.

Franc. Bernar. Porrus I.C.

Exceptiones ad nouissimam comparitionem Barchinorum, Contra Egreg. Co. Antonium à Somalea Feudatarium Orij.

RESpondet Comes per eum deducta, tàm in comparitione olim facta, & in actis redacta quàm in responso iuris impresso pariter exhibito viribus subsistere exthemate illo quod semper tanquam cardo rei retinendum, vt in hac causa videlicet quod illi tres fuerint interfecti in cõtumeliam eiusdem Comitis domini, & quòd ei oritur actio iniuriarum per tex. in l. item apud labeonem §. item si liberum

rum ff. in iur. (quem tex. gloriatur D. Conturbius I. C. ab Aduocatis domini Comitis non esse allegatum, & solum suum esse inuentum quem tamen deceret erubescere, & suppudere cum ex allegationibus redditis pro Comite impræssis fuerit adductus Farinacius in quæst. 105. num. 279. qui dictum tex. citat, Atque debuit iure cogitare quod aduocati domini Comitis nō sint adeo obtusæ aciei, qui quod ipse videt ipsi non videant.

His non obstat quod in inquisitione formata ad Comitis ingestionem, contra Barchinum adsint multa grauamina indebita, & quòd ideo ea sit reformanda ex ordine etiã Senatus Excellentiss. Nam in responso reddito pro Ioanne Stephano Bursa demonstraui nequaquam locum esse debere dictæ reformationi nisi Reis constitutis, insuper hæc repugnãt inter se quod petatur inquisitio reformari, & quod declaretur quis comprahensus in Decreto gratioso cuius benefitium dum quis implorat fateatur qualitates in inquisitione contentas, quia in eo videtur consulens paralogyzari, & hallucinari.

Secundò non obstat quòd in inquisitione legatur illos tres interfectos incubuisse irrigationi pratorum Comitis quia in re redarguit errorem Aduocati, sed quòd custodiebant clausas factas ad impediendam irrigationem Barchinorum, vnde sequitur quod inuitis dentibus dicendum sit Barchinum accessisse non animo occidendi in contumeliã domini, sed tuendi possessioné & turbatores eijciendi postquam instabat tempus. ideoque non posse dici aliquã iniuriam factam Comiti non secus, ac de occidente consiliarium principis, vt non incidat in Crimen Læsæ Maiestatis iuxta Decianum in tractatu crim. tit. 9. quæst. 34. sub num. 19. vol. 2.

Nam respondi in Responso pro Bursa reddito offensam ad omnes dirrectam principaliter, & ad contumeliam Comitis, & ad occidendum quoscunque homines qui ibidem reperti fuissent ab eo missos ad custodiam animo deliberato, prout cantat ipsa inquisitio à qua recedere non licet, neque homicidia sequuta esse dum Barchini vellent irrigare bona cum in aciem militarem se disposuerint, nec accesserint eò, vt possessionem suam tuerentur, sed vt in vindi-

ctam omnes ad vnum vsque extinguerent, & perimerent, & hæc inter se multum dissident, Nam aliud est quod quis actum gerat dum prohibetur vti sua possessione aliud quod quis interimatur post actū prohibitionis sequutum in vindictam, Cum ergo in vindictam præceptorum intimatorū dictis Barchinis nec non, & obiurationis clausarum ad homicidia sit ventum nemo non dixerit omnia facta esse in odium, & contumeliam dicti domini vindictam contra eum appetendo ex diuersis enim non infertur vulgatis iuribus, & per hanc responsionem corruunt omnia sequentia quæ originem habent à possessione Barchinorum. Nam vt dixi non sunt hæc admittenda ad euertendum inquisitionē formatam quæ in suo robore permanet donec Barchino, & Correis constitutis doceatur de iustitia suæ possessionis aquarum de qua in præsenti iuditio agendum non est cum alium locum postulent nō hunc in quo agitur, vt indulgeatur ex mera Principis gratia ijs qui dictos tres occidere animo deliberato, prout inquisitio loquitur, & expressim cantat.

Quod autem attinet ad lungam illam illiadem in qua conatur Barchinus persuadere se esse in possessione, & dedisse operam rei licitæ Comitem verò illicitæ turbando inquietando eum in sua possessione deriuandi aquas, iam Responsum fuit de hoc non esse agēdum nunc à Reis ante eorum constitutionem cum hæc exceptio tangat merita causæ, aut non esse admitteñ. petente Barchino se admitti ad dictum indultum gratiosum.

Minus obstat exemplum domini Ludouici Vistarini in causa necis Ioannis Petri Mapelli liberati licèt ille esset negotiorum gestor egregiæ Lucinæ Tassæ dum vellet occidere filium dictæ Lucinæ bannitum, in eius domo propria, licèt Vistarinus nullam à dicta Lucina remissionem habuerit; & quòd in eadem causa sunt Barchini cum non occiderint in Contumeliam Comitis. Quia respondetur quod in causa dominæ Lucinæ D. Vistarinus cum alijs dederunt operam rei licitæ, querendo in dicta domo occidere filium bannitum ob næcem Equitis Serbelloni, & cum licentia Prætoris Laudæ accesserunt ad dictam domum, & tantum arguebatur D. Vistarinus de excessu, ideo cum dispar sit ratio

tio de vno ad aliud non est arguendum, & in casu nostro ex lectura inquisitionis non fuit per Barchinum data opera rei licitæ, vt ad societatem dictum est.

Dum postea dictus Respondens nititur probare quòd licèt Comes esset secundario, & in consequentiam offensus non propterea remissio requiritur, ex Carauit. super ritu Cur. ritu 272. nu. 24. Baiard. ad Clar. q. 58. nu. 60. Mastrill. ad dictum Indultum cap. 24. nu. 58.

Aberrat consulens à veritatis scopo, Nam propositum ex quo distinguuntur, malefitia erat occidere in vindictam Domini secundario, eorum qui assistebant dictæ custodiæ vel secundo (& melius) dicam quod ex his quæ subsequuta sunt declaratur, quod animus malus ad vtrunque principaliter inclinatus erat, & ad Contumeliam Comitis, & ad occisionem hominum, Ideo vnumquemque etiam principaliter de per se iuribus suis experiri posse, sed de his satis.

Petente declarari Barchinum, & cæteros non esse in casu Decreti, absque remissione dicti Comitis.

Laus Deo.

F. Ber. Porrus I. C.

Responsio ad Allegationes redditas pro Casarosio, & Domplicibus.

Leues mihi videntur considerationes factæ pro Casarosio, Belingerijs, ac Bernardino Riuola ad eos eximendos à pœna capitali eis imponenda, videlicet Iosepho, ac Riuolæ ob homicidium patratum in personam Egr. Com. Io. Baptistæ Casarosio, & Fabritio tum ob mandatum datum, tum ob crimen turbationis pro quo ex dispositione Nou Cridarum Suæ Excell. tenentur vti perduelles, & iux. primum caput. l. Quisquis. C. ad l. Iul. maiest. quæ compræhendunt omnem casum per verba prægnantia. Quoquomodo turbauerit etiam quod turbatio sit minima; & leuis, Quò fit vt cessent omnes difficultates iux. Soci. cons. 188 n. 6. lib. 2. Et intelliguntur d cridæ tàm de turbante principaliter quàm de secundario iux. apostillam Alex. ad Bar. in l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. ff. capt. & post & plures citat

tat præceptor meus Ceph cons.66 nu.11.12.lib.pri.& dicit Bald.in l.p.§.huius studij nu.14 ff iust.& iure quod natura horum verborum est vt comprahendat quicquid euenire potest veri similiter seu principaliter seu secundario, Quare licet turbatio locum habeat tantum in eo qui habet animum turbandi ex Baldo in cons.435.in 5.volu.attamen de animo ex factis satis constat in themate proposito du quis in casu illicito iurisdictiones turbat, confundit imbrigat, & implicat,& impedit Iudices ne suæ iurisdictionis exercitio vtantur,& qui quàm potest operam impendit ne iudicia tutò contra eum, & libere exerceantur iuxta Felyn. post Bald.in cap.licet causam nu.11.de prob.Lap.alleg.66. num.5.Alex cons.52 n.5.lib.2.Docto.in l.vim facit. ff.iust. & iure & in l.vnica.ff.si quis iusdic.non obtemper. Et quia casus iste nullã habet difficultaté ex iuditio Sé.Excellétiss. qui sensit in sua consultatione aureis litteris scribenda Casarosium verum fuisse turbatorem,& dolo omnia egisse assumendo clericatum in fraudem per mésem post delictum & post diffamationem sub confictô voto clericatus emisso eo,tempore quo vxoratus esset tanquam eo tempore cogitasset de interimenda vxore, quare cum mihi vix detur tempus ad respondendum diei vnius ideo iuxta temporis necessitatem currente calamo ventis,& aura secundis ad diluendum ea,quæ contra adducuntur ab Aduocato aduersario alioquin præstantis ingenij festino.

Non obstat ergo in primis ea consideratiô quòd & si Ioseph & Bernardinus inuêti fuerint in loco necis pa ratæ,ar mati sclopis rotatis,cũ barbis fictitijs,r ecnô vestibus multum diuersis ab his quas gestare solebant, reperto pœnes eorum alterum Bernardinum selopo ignito rigato né ictus excideret inanis licèt inuentus inter eos adessent illi duo Bergomenses exteri quorum alter etiam est bannitus capitaliter à Dominio Venetorum áttamen hæc vel similia nõ videntur sufficere ad condemnationem quamuis inter indicia indubitata reponantur ex cõmuni de qua apud Blanc. post Castr. Gand.Imo.ac alios quibus addo Prosperum Farinac.hos,& alios sexcentos allegantem in quæst.si ad pœnam extraordinariam puta triremium perpetuorum nõ au tem ad pęnam ordinariam delicti.

Namque

Namque respondetur hæc omnia, & singula sufficere ad condemnationem capitalem in facto tam detestando cum supponatur Comitem fuisse occisum paulò post pacem à Belingerijs, & Caforosio quæsitam, & procuratam vt secu rum possent d Comites fratres Perficos interimere; Senatus etiam variè obseruauit in pœna deliberanda inspecta facti qualitate, Quæ pœna vltimi supplicij ponenda est ob frequentiam mandatorum quæ dantur, & suscipiuntur in hoc Dominio, in quo ferè omnes ficcarij, & delinquentes pretio conducuntur à partibus exteris puta Brixiensibus Bergomensibus & finitibus prout videmus in casu isto factum quia euocati fuere ad hoc homicidium duo isti Riuola, & Caporalis qui tunc occisus est, & vti in flagranti depręhensum iure occidi potuisse censuit idem Senatus.

Secundo Respondetur quòd duæ hic concurrunt qualitates prima quia inuenti in loco delicti, secunda quia deprēsi in actu delinquendi, vnde dicimus versari in crimine notorio in quo prius locus esse debet executioni pœnam quā cognitioni, quia notorietas delictorum æquiparatur confessioni, & sententiæ not. in c. euictiò de accus. c. cum sit romana de appella Ferett. cons 3/6. nu. 8 lib 2. & est satis ridiculum quod ab his depræhensus delictum negetur ideo tam quam super notorio proceditur iux. Bofs. titu. Quomodo proced. in cri. not. nu. 13 & absque iuris ordine, Ad horum confirmationem videri possunt congesta à M. Antonio Eugenio in cons. 22. nu. 76. & sequentibus numeris & Ferett. cons. 32. nu 8. 9. 10. lib. pri. & in eodem themate Car. Ruin. cons. 4. nu. 20. lib 5. vbi consuluit pro Duce Vrbini in causa necis Cardinalis Papiensis rebellis notorij qui primo fuit occisus, & postea instructus processus tandem absolutus & pro eo consuluerunt fere omnes I. C. Primarij illius ætatis, Hoc enim delictum ita patratum est vt non potuerit aliqua tergiuersatione celari.

Tertio principaliter respondetur per quatuor testes esse probatum quòd illi qui fuerunt capti, & deprenfi in flagranti occiderunt prædictum Com. & licèt homicidium diceretur incertum de certis personis delinquentibus attamē omnes tenentur tum ex dispositione iuris pena mortis, quàm Nou. Constitutionum Mediolani tit. de pœnis §. Ho

nicida

micida quia puniuntur omnes de auxilio cooperatiuo, vnde satis colligitur Aduocatum aduersarium non bene vidisse Processum,& ideo Paralogyzatum fuisse,& casum nostrum esse extra omnem difficultatem positum.

Dum verò conatur d. Aduocatus demonstrare non licuisse capi prædictos absque mandato Iudicis inxta not. in l. neminem. C. exhib. reis, secundo non credi Testimonio eorum qui eum compræhenderunt cum deponant ad exonerationem suam quippe, qui vulneribus captos affecerūt.

Nec omnia poterant omitti quia non agitur vtrum fides habenda sit satellitibus eos capientibus, sed vtrum eis sit habenda fides, qui inuentos inflagranti consignarunt Iustitiæ qui magis laudandi sunt de bono opere cum nichil ob priuatam inimicitiam fecerint, sed moti zelo iustitiæ citra aliquod eorum lucrum, & commodum, & vtilitatem, Quam ob rem cum Doctores citati in aduersaria allegatione loquantur in satellitibus non eadem est ratio in alijs qui id non faciunt vtilitatis causa, sed vti ij quibus displicuit hic proditorius insultus, Quam ob rem haud satis scio, an equo animo sit laturus Senatus Excellentissimus. Quod hæc præmia constituantur de ijs, qui in re tam necessaria sese morti exposcere inter sclopos, & alia arma ad nocendum parata, vt Iustitiæ assistant, & ea minuent, Quod si ex consensu omnium qui in d. allegatione sunt citati licet satellitibus resistere, & occidere vim eis inferentes in actu executionis capturæ quanto fortius ijs licitum est, qui non sunt grauatæ opinionis, nō adeo abiectæ, prout sunt ipsi Biruarij, Quod verò eis liceat latè, & cumulatè habetur apud Docto. relatos à Farinaccio in q. 32. nu. 57. vers. lim. quinto, ex his facilè vnusquisque concedet quod in fide, & probatione non vilitatis personarum ipsorum testium, sed verisimilitudinis habenda sit ratio, cum tota hæc probatio sit in religione iudicantium collocata, Postremo etiam satis apparet quàm perperam illud dictum sit procedi debere contra capientes d. Belingerium, & Riuolam de carcere priuato, tantus est iustitiæ publicæ contemptus, ac vilipendium.

Ex his pariter prosternenda videntur quæ de qualitate testium examinatorum ad offensam dicuntur scilicet quod

sint

sint pauperrimi quod patiantur diuersos defectus, Quodque numerus non supplet eorum defectum, cum omnes istę considerationes cessent ex qualitate facti, & personarum quæ ibi interesse poterant, & per concludentem rationem quam testes reddunt dicti sui cum ratio in teste prædominetur, quia perfectè negotium totum, prout sequutum est narrant quo casu creditur ex Baldo in l. Lucius ff. His qui not. in fam. Miror cur etiam Aduocatus non dixerit, Quod ijs qui de præsenti sunt flagranti deprensi; sclopi rotati fuerint suppositi, & cætera quæ ineptijs plena videntur, & alteram prese faciem turbatę iurisdictionis de qua infra agemus ferunt.

Dum verò contenditur super statu Bernardini, & Ioséphi, & eos excusari à pęna ordinaria vigore minoritatis, facilè admitterem nisi duo obstarent, primo quod vere sunt maiores, Quod si minores fuissent facilè erat profferre, veritatem quam haberi ex libro baptismatis non autem falsis testibus prestringere aciem oculorum Senatus Excellentiss. Secundò pro responsione aduertendum est quod ætas non excusat in his delictis atrocibus, prout Senatus persepe declarauit in contingentia facti, Aliud si ageretur de aliquo delicto carnali ad quod lubrica est, & procliuis ætas iuuenilis.

Quod attinet ad caput mandati dati ad occiden. d. Comitem per Casarosium, & Fabritium plura fundamenta nos adduximus ad sustinendam hanc accusationem ad quæ nos remittimus, Nec cupimus remorari Iudices super non necessarijs.

Respondeo tantum ad obiectiones: Et primo dicitur mandati præsumptionem cessare in Cæsare quia constat homicidium patratum fuisse præsente Ioseph Belingerio cuius magis intererat ob vindictam patris sui occisi cuius culpa reiecta fuit in d. Comites Persicos ex Ang. consilio 22. Deciano Resp. 104. nu. 33. lib. 4. Eugen. consi. 27. nu. 32. atque alijs. Huic obiectioni Respondetur in eo articulo, An mandatarius sui causa facturus esset, necne plurimum valere coniecturas, vt late habetur apud Bertazol. consilio crimin. 505. nu. 44. Marsil. cons. 61. nu. 37. in pri. Modo concurrunt plures coniecturæ, prima quia Casarosius, qui habebat

bebat curam totius domus, & viuebat in communione introduxerit in domum suam hos sceleſtos videlicet Riuolã, & illum Caporalem bannitum occiſum vt ſupra præſumitur autem contra Dominos tenentes homines malæ conditionis Alc. in l. pronunc. §. ſeruientium ff. ver. ſig. præſumitur etenim cum prohibere poſſet fuiſſet ſocius criminis, & conuerſatio cũ his pernicioſis hominibus malæ operationis præbet argumentum. At certum eſt quod ab imperio Caſaroſij tendebant Belingerij, Neque ipſi hoc delictum attentaſſent niſi eo conſcio, & mandante cum ſimul ſub iiſdem tectis cohabitaſſent, præſertim cum communis eſſet offenſa, equaliter in pace facienda interuenerint, Nec niſi mandaſſet Caſaroſius non feciſſet illas fictitias, & ſimulatas alienationes in fraudem fiſci paulo ante hoc delictum executum, Nec paſſus fuiſſet ſe citari præceptis pecuniarijs ex ordine Senatus Excellentiſs. Nec incontinenti ſe in fugam tradidiſſet, Nec confinxiſſet ſe ex voto clericatum aſſumpſiſſe, adeo vt infinita argumenta huius mandati cõcurrant quæ difficile eſt ſingula in tam breui temporis ſpatio dato ad ſcribendum claudere, & reſtringere, ex his Iudices an de mandato d. Caſaroſij dicatur hoc homicidium commiſſum ſatis diiudicare poſſunt, ex his quæ trad. Clar. §. fin. quæſt. 86. verſ. Hinc infertur Farinacc. quæſt. 51. nu. 41. Totus enim hic ſtatus mandati dati, vel ſuſcepti coniecturalis eſt iux. not. in l. vn. C. ſer. fugit. caſus verò iſte indubitabilis eſt, quia ex Nou. Conſt. tenetur etiam eadem pœna complex, & particeps, ſcientia autem per multas cõiecturas elicitur iur. notiſsimis circa quam non eſt opus inſiſtere cum Caſaroſius nedum his, ſed & alijs oneretur quæ eum ad mortis pœnam vocant.

Nec mihi videtur ex leuibus cauſis fuiſſe condemnatus Caſaroſius, qui per annos 20. & vltra banna capitalia ſuſtinuit, imputatus etiam de robaria coram D. Capitaneo Viderit Senatus Excellentiſs. quid de hoc homine ſentiendum ſit, Nec opinioni, ſed veritati locus relinquatur, vt tandem ſciat in quem noſtrum nugæ ſint reijciendæ.

Hinc non obſtant quæ ſerioſè dicta ſunt ad effugiendam turbationem iuriſdictionis & primò quod cognitio quod ſit clericus ſpectaret ad forum Eccl. & quod hoc reſpectu

spectu non dicitur turbasse ex Didaco cap. 33. nu. pri. Decian. cons. 83. nu 8. lib. 2. Farinac. q. 8 nume. 33. Quia hæc iura non tollunt qualitatem turbationis comperto quod in fraudem clericatum assumpserit, & alium iudicem non suũ adierit, & ad vetitum examen transierit iuxta terminos l. in criminali C. iur. om. iud. Hoc enim satis erat notorium iurisdictioni Regiæ quod post diffamationem, & accusationem erat effectus clericus, ideò rectè Clar. parui facit considerationes in foro nostro ex obseruantia Sen. Excell. in fin. q. 36. Denique hæc cessant ex dispositione Concilij Tridentini sessione vigessima tertia cap. 6. Nullus prima tõsura, vbi quod fori priuilegio non gaudet is qui clericalem habitum, & tonsuram defert nisi Ecclesiæ ex mandato Episcopi inseruiuerit, Denique hæc omnia ponderata sunt à Senatu, & semel sopita in consultati one reddita ideo non est vt circa hoc insistamus, Et de obseruantia huius Concilij apud Iudices nostros plura traduntur apud Bajardum in add. ad Clar. in d. quæst. 36 nu. 29. 30. & ex hoc cõquiescit tota hæc Clericalis controuersia fori, Nam tantum abest quod ad scholam aliquam transierit iuxta præscriptum Cõcilij quod imo frequentauerit academiam eorum qui homicidia, ac alia patrare consueuerunt.

Ex præmissis cum constet in Clericũm repudiatum à Sũmo Pontifice, & Curiæ sæculari traditum, & contra hunc pro dignitate insurrexerit Illustriss. & Excellentiss. Gubernator, & totus Senatus cum eo non est dicendum nos versari in casu præsumpto sed claro, & indubitato Alioquin cridæ nobis suffragarentur de vento quæ omnem vim constituunt super molestia, & turbatione quæ fit in trahendo subditos S. Reg. M. coram Iudice non suo, alioquin de facili tam honestus finis eluderetur, & interpretatio fit lata ad excludendum fraudes.

Quod autem nititur demonstrare non fuisse turbatorem Casarosium ex eo quòd non fuit ad hoc destinata inhibitio; (quam prudenter tacuit Aduocatus sciẽs quantũ hoc Senatui nomen fuerit molestum) ad turban. iurisdictionẽ sed ad euitandum pœnam corporalem, ex delicto impositam, & præsertim, quia hoc fecit ex consilio peritorum, & satis esse quod iniusta causa excusat ab hoc crimine turbationis

tionis per infinitas authoritates excerptas ex his quæ ego antea scripsi.

Respondetur quod ex his quæ præcesserunt delictum homicidij apparet de dolo, & quod d. Casarosius eo animo ingressus, est mandatum, vt detecto delicto subterfugeret iurisdictionem, quod ipsum præsertim demonstrant actus præcedentes alienationum factarum in fraudem fisci de qua constitutus fuit reus vna cum participibus suis. Illæ enim prçordinationes, & delicti præludia tendebant ad eludendam iurisdictionem in casu quo coram ea vocaretur, quare nullo modo succurrendum est ei qui sponte in hanc necessitatem se constituit. Secundo de dolo satis apparet manifesto, quia liquet eum habitum illum assumpsisse vetante concilio Tridentino. Et quia contra ius est notorium, & lex conciliaris resistit nulla iusta causa potest allegari ad euitandum pœnam latè Boss. in praxi. tit. de Decreto Med. num. 19. vers. dicamus igitur, & in specie turbationis iurisdictionis respondet Paris. cons. 78. lib. 4. vbi aliæ adijciuntur responsiones.

Nec resistit quod sequutus fuit consilium Peritorũ quando opposuit in iuditio declinatoriam fori, Nam si profferentur horum consilia forsitan eueniet, quod cõsilium malum erit Cõsultori pessimum, forsan, & tunc de duobus turbatoribus erit in Sen. Excellentiss. decernendum.

His igitur adde quod etsi secundum aliquos appellatione turbationis, & molestię intelligatur de molestia extraiudiciali & de facto non autem iuris iux. annota per Iaf. in l. si priusquam nu. 19. ff. op. no. nunt & ibi per Alc. nu. 12. & 13. Dec. cons. 51. nu. 13. Attamen vbi illa molestia iuris iniusta appareat secus est dicendum quando verba concepta sunt in hunc modum, Quod nemo audeat quoquomodo turbare Dec. cons 603. D. Catharina, Docto. in l. pr. C. His quę pœn. nom.

Concluden. est quod cum Turbationis pœna imponatur propter contemptum, & ille multiplex fuerit in Casarosio quoquo se vertat inueniet, se euitare non posse d. pœnam contemptus, Hęc autem turbatio grauissima censenda est tum ratione personę inhibentis viri inter cęteros delictis assueti & pro his condemnati tum ratione magistratuum inhi-

inhibitorum, timiratione prçcogitatę turbationis ad delinquendum vt supra. Tum ex alijs quę verè eum reddunt abhominabilem, & detestandum apud omnes, præsertim etiam, quia perstitit in sua pertinacia, vsque ad finem, ideo semper præsumitur retro habuisse malignum propositum, iuxta Bart. in cons. 91.

Laus Deo.

Porrus I.C.

S V M M A R I V M.

1 *Inuocatio brachij secularis quando locum habeat.*
2 *Iudex secularis an teneatur exequi praeceptum Ecclesiastici.*
3 *Iudex secularis an cognoscat de obreptione de qua non cognouit Iudex Ecclesiasticus.*

NOn potuit, nec debuit impendi brachium sæculare ad petitionem Catherinæ Borromeę, contra Guarnerium Bossium virum octuagenarium, sub prætextu, quòd excommunicatus foret à Reuer. Vicario Archiepiscopali, ex eo quòd non cohabitaret dictæ Catherinæ eius vxori; nam omnia, quę subsequuta sunt, pendent à radice infecta, nempè sententia D. Vicarij super dicto matrimonio, quam Senatus sequutus est, existimans nil aliud superesse, quam vt sententia executioni mittatur: Nam & hoc facilè demóstratur ex eo, quòd Senatus non audito Bossio, sed tantùm Iudice Tincto, ad eam processerit: Ideò cùm virtus illius sententiæ sit sublata per contrariam sententiam Reuer. Vicarij Lonati Comensis I. C. de scientia legali benemeriti, ideò cessare debet prouisio à Senatu facta, & ab errore facti, qui etiam prudentissimos fallit, ortum habens; Nam inuocatio brachij sęcularis locũ non habet, nisi in subsidiũ, & quando Iudex Ecclesiasticus nil aliud vlteriùs habet quod agat, quia vires Officij sui non sufficiunt, Bald. in l. 2. uerb. Non sufficere, l. His qui latro. occult. Cùm ergò penderet appellatio à sententia d. Reu. Vicarij Mediolanensis, & sic adhuc non esset res decisa, meritò non debuit Iudex secularis ei opem ferre, & inauditum dictum Bossium condemnare, prout condemnatus est, Anchar. in c. Postulasti, de 1

 ho-

homicid. probatur in ca. 1. De offic.ord.in verb. cùm opus fuerit; & in c. quoniam, in verb. si necesse fuerit, & in c. fin. De excessu Prælatorum; in c. cum ab homine in verbo, cum ecclesiam non habeat quid vltrà faciat extra de iud.

His accedit quòd Iudex secularis non tenetur exequi præceptum Ecclesiastici de cuius iniustitia scit vel suspicatur, & si Senatui dictũ fuisset, quòd ista mulieri discurrit totum statum Brixiensem, & tenetur cum Octauio Gallo noto ex eius sceleribus orbi, & vrbi, non facilè contra eius fauorem aliquid decreuisset ille Ordo per cumul.a Rol.a Valle consi. 34. nu. 11. lib. 1.

2 Et dicit Afflic. decis. 220. in causa nume. 9. Quòd Iudex laicus potest cognoscere de obreptione de qua non cognouit Iudex Ecclesiasticus nec tenetur obedire Iudici ecclesiastico nisi quando iuris ordine seruato idem Rol. à Valle consil. 37. num. 5. 7. eodem lib. 1. vbi plura de requisitis ad materiam brachij secularis inuocandi, & præsertim num. 10. vbi quod quando scit, quod à sententia sit appellatum abstinere debet ab exequendo.

Concludo igitur d. ordinationem esse circumscribẽdam,
3 nec ferendum quòd hęc mulier suæ improbitatis pœnas referat, vel saltem quo ad Iudicem ecclesiasticum vbi apertum est Iudicium, remittatur iuxta terminos l. vbi aptum. ff. iudicijs.

Laus Deo.

Pro Domino Petro Francisco Cambiago.

Dirige me Domine in viam veritatis, & iustitia.

NVlla est securior, aut tutior defensio, quàm ea quæ ex facie inquisitionis resultat, cum Inquisitio pro lege habeatur, ac pro sententia Iudicis; quare si quid per errorem fit: detecto errore, seu corrigendum, seu reformãdum est, De Inquisitionibus reformandis extat ordo Senatus anni 1558. Boss. de Inquisit. num. 103. cum seqq. plura apud Farin. q. pri. lib. 1. Non enim vnquam censetur sublata defensio quæ resultat ex facie ipsius Inquisitionis Bart. in l.

1. §.

1. §. Quod parui ff. quod vi, aut clam, quia exceptio innocentiæ nunquam censetur sublata, & vbi statutum tollere Reo defensiones intelligeretur de iniustis, & calumniosis, & quæ respiciunt alicuius innocentiam Marsil. conf.64.nu. 5. & seq. Carth. de exec. sent. reo capto cap. fin. num 46. & conf 3.nu.27. & num.42. Quinetiam Iudex tenetur ex officio Rei innocentiam querere Bart. l. pet. §. ad crimen col.3. vers. Sed primo quero ff. public. Iudic. Boss. de lit. Principis, & in specie vidi multos absolutos quando ex lectura Inquisitionis non resultat delictum, vel non punibile in totum, vel etiam in parte, quia valet argumentum tàm de toto ad totum, quàm de parte ad partem l. In toto ff. reg. iur. in l. Quæ de tota ff. rei vendic. est enim hæc exceptio innocentiæ de iure naturæ, quę nec à Principe, vel statuto tolli potest Bald. in l. editæ col. pen. vers. ex tribus C. de eden. Natta cons. 444. nu. 10. Idem Bald. l. 1. §. offilius col. pen. ff. Ne quis eum qui in ius voc. est vi eximet.

Non enim hæc defensio deducitur aliunde quàm ex corpore ipsius Inquisitionis, & vnde fluit actio, inde fluit exceptio, vt latè habetur apud Carolũ Crassum in suo tract. exceptionũ decis. 3. Pari modo dicimus quod reiecta quacumque exceptione, non censetur reiecta exceptio quæ patet ex inspectione inquisitionis, idem Grass. except. 119.

His sic stantibus condescendo ad ipsam Inquisitionem, ex ea enim resultat, quòd Reuer. Cæsar Ardicius incontentione verborum exorta inter eum, & Petrum Franciscũ Cambiagum his verbis vsus est. *Che era vn infame fallito*, quibus verbis, etsi respondere potuisset, mentiendo attamẽ modestius secum egit; & tantum respondit, *Che era tanto honorato come lui*; Cum debuisset acquiescere huic responsioni, quæ in nihilo detrahebat honori suo, cum fassus fuerit eum esse virum probum, ausus est iterum ei dicere. *Che non era huomo da bene come lui che era Prete*, adeoque non de simplici, & vnica iniuria, sed geminata agitur, quæ impellere potuisset Cambiagum ad vulnerandum, quia difficilimũ est iustum dolorem temperare, & quòd sit causa honoris dicitur factum ad necessariam defensam iuxta Clar. in §. Homicidium, vers. Idemque & multo magis vbi quòd licèt etiam alterum interficere, quia periculum famæ equipara-

tur vitæ periculo, etsi immineat periculum alicuius iniuriæ personalis poterit quis licitè aggressorem interficere, & refert Angelum dicentem quod in Ciuitate Venetiarum defendit quendam ab homicidio de quo erat imputatus, & plenius probat in vers. Atque ideo Boss. de homic. num. 86. Bertaz. cons. 42. nu 6. Roman. cons. 234. num. 58. 59. Ceph. cons. 39. nu. 39. cum simil. in fin. Et hoc habet locum etiam quòd quis vulneret, aut percutiat Clericum Mantua. l. vt vim nu. 24. vers. Adde ff. iust. & iure. Nec incurrit aliquam excommunicationem per tex. in cap. si veró. §. si verò Clericum de sent. excommunic. infinitos cumul. Farin. q. 125. nu. 31. 32. vers. & propterea fol. 136. Negari enim non potest quin omnis mali origo demanauerit à dicto Reuer. nimis sibi arrogante authore totius rixæ, contra quem pronunciandum est ex not. in l. Quoniam multa facinora. C. ad l. Iul. de vi publica. Vbi enim culpa præcedit casum, is qui in culpa est, tenetur de omni eo quod sequitur etiam casualiter, latè Farinac. q. 126. nu. 65. fol. 224. post Castr. cons. 277. in causa carceratorum lib. 3. Idem Farin. q. 96. nu. 63. in tertio libró. Et præsumitur culpa in eo qui prouocauit, & author fuit Cep. cons. 28. nu. 2. & cons. 41. num. 3. Franc. de Mart. decis. 771. num. 3. & 5. Quòd autem dictus Reuer. dicatur fuisse prouocator per verba iniuriosa prolata vtsupra Mascard. de prob. concl. 1244. nu. 2. Rom. cons. 359. nu. 12. lib. 4. Gram. decis. 37. nu. 5. Bertaz. cons. 1. nu. 4. Eodem etiam modo dicitur iniuriari is qui verba superba, inurbana, & inciuilia profferens Velpell. cons. 86. nu. 6. omni in casu semper præsumitur contra eum qui rixæ causam dat. idem Farin. qui alios accumul. d. q. 125. nume. 521. & seq. vers. Amplia decimo fol. 113. Et cum omnia incontinenti facta sint, non datur prius, aut posterius, & vnum videtur inesse alteri notatur in l. petens C. pactis, Imò cum dictus Reuer. dederit causam homicidio, seu magis vulneri. Iniuriando dicitur incurrisse irregularitatem, etiam quod id successerit extra illius intentionem, & propositum idem Farin. q. 126. num. 74. fol. 225. vers. Amplia nono.

Ex prædictis sequitur quòd contra dictum Reuer. procedendum est, qui maius delictum commissit, quàm dictus

Cam-

Cambiagus qui dicitur ad defensam vulnerasse, & licèt adijciatur ei qualitas sclopi rotati non tamen facit, vt maius dicatur delictum, cum attendatur principalius delictũ commissum per dictum Reuer. iniuriando, prouocando, & insultando vt suprà; Et si enim delatio tormenti rotati de per se sit punibilis, sic etiam vulnera, attamen quandò delictum est vnitum, & commixtum delicto principali insultus, & iniuriarum pro vno tantùm habetur, & accessoriũ sequitur naturam sui principalis, etiam quod principale sit vilius, & abiectius. Hæc igitur duo delicta confunduntur, & maius delictum absorbet minus Socin. cons. 62. num. 9. lib. 1. Clar. q. 84. vers. Alius est casus, & q. 82. versiculo sed pone: Delictum enim semper attenditur quod, vt dixi, principalius est in actum gerente, vt ad se trahat ad aliam speciem delicti Crau. cons. 478. num. 5. lib. 4. & vnita, iure diuerso censeri non debent, quod enim alteri vnitum est naturam, cõsuetudinem, & priuilegia eius assumit cui vnitum est. Crau. cons. 818. nu. 5. lib. 5. Felin. cap. Recolentes de stat. Monach.

Concludo aciem iuditij dirigendam esse contra dictum Reuer. occasione omnium subsequutorum post rixam ab eo inchoatam in qua magis iuris interpretatione dicitur se ipsum vulnerasse, quàm quod ab alio vulneratus fuerit: Augetur delictum, quia cum dictus Cambiagus esset paratus ad discessum, iam parata equa, ascendit dictus Reuer. scalas, & nouam ad rixandum materiam præbuit: Quod casualiter omnia successerint satis ex facti serie deducitur, & ipsamet Inquisitio hoc testatur, & ita in dubio præsumendum est. Marsil. l. fin. num. 28. ff. siccar. Boss. de homicid. nume. 25. & 33. & cum in leuissima culpa dicatur versatus fuisse etiam quòd diceretur excessisse, iste excessus nulla pœna punitur Bald. l. vt vim sub nu. 9. ff. iust. & iure versiculo sciendum est, & in resp. nu. 103. in fine Bertazol. cons. pri. post numerum 28. Lud. Bologn. cons. 35. col. pen. & 37. col. 3. ante medium.

Et dicitur Cambiagus non excessisse moderamen inculpatæ tutelæ, etiam quòd maior esset offensa illata dicto Reu. ex Bero. cons. 173. nu. 2. & 21. lib. 3. cum seqq. Nam iracundię furor incensus non est in plenitudine intellectus,

& talis excessus non imputatur excedenti, & in manibus statera haberi non potest, & modicitas, & breuitas temporis tollit consilium deliberandi; Cum igitur hæc armorum gestatio prouenerit à casu, cum à principio rixæ ea non haberet, nam si habuisset vtique ea educere licuisset contra dictum Reu. tempore acceptæ iniuriæ, sed cum dictus Reu. ascenderet scalas, & dimoueret se de loco ad locum, veniendo contra Cambiagum qui descendebat, non tenebatur expectare, quod ab eo offenderetur, immò debuit cogitare quod contrà se veniret pro eo offendendo iux. l.1.§.cũ artetes ff. si quadr. paup. fec. dicatur. Farin.q.125.nu. 473. cum simil. & quod nulla pœna criminali puniatur is qui est in culpa leui, & leuissima Caball. de homic.num.201. versiculo debet tamen fol. 17. leuissima autem primo culpa dicitur in Cambiago qui non arguitur dedisse operam rei illicitæ se defendendo, Secundò & vltimo dicitur eadem leuissima culpa ex dictis penitus ex Cambiago sublata non obstantibus quibuscumque vulneribus de quibus iã conualuit.

Ex quibus omnibus apparet dignum dictum Reu. qui inquiratur vtsupra de iniurijs attrocibus, ac de insultu, sal. &c. Laus Deus Dei paræq; V.

F. Bernardinus Porrus I. C.

P. Ioannis Trauelli Clerici iniuria affecti. Deffensio Analytica.

Constat ex processu offensiuo formato in foro Ecclesiastico, quod Marcellus de Bolefinis fixerat clauum super pariete ruinoso domus Clerici Ioannis Trauelli, ad effectum vt appenderetur funis ad sustinendum pannos ad Solem exsiccandos, ita quod Clericus rogauit d. Marcellum, vt tolleret d. clauum, quod cum ille non faceret, eutul fusfuit clauus, Decidere in terris panni, Hinc mutua inter eos iurgia, quæ compensationem admittunt ortæ sunt, Cum verba cum verbis sint compensatæ, quod si procedendum est, acies Iudicij dirigenda contrà eum, qui dedit operam rei illicitæ, & contra Marcellum, qui non poterat clauum illum inuito domino domus in eius muro aut affigere, aut retine-

retinere. Dicitur enim ille fuisse author rixæ, quia principium malitiæ, & tenetur pro omni eo, quod secutum est, argumento eorum quæ notantur in l. quoniam multa facinora, C. ad l. Iul. de vi publ. notatur in l. pri. §. Diuus. ff. ad l. Corn. de sicar. Ofasc. decis. 104. nu. 5. Farin. de homicid. q. 126. nu. 65. vers. amplia. 3. fol. 224.

Retento themate, quod causa rumoris prouenerit à temeraria fixione d. claui in solo alieno, sequitur quod iniuriarum mutuarum accusatio omnis abolotur, inspecta qualitate personarum vilium, & abiectos ex vicissitudinariis, & reciprocis contumelijs. Hunc veritatem deduco ex multis cumulatis à Farin. q. 105 nu. 175. per tex. in l. item apud labeonem. § quod ait Prætor, ff. iniur. iun. l. Prætor edixit, § atrocem. ff. inur. videndus, Tyndar de compensat. arti. 5. in causa Remig. de Gonay. de charitatiuo subsidio q. 49. nu. pri. Denique ita tenet in his mutuis delictis, Becco à ti, Putanna à lei, iux. l. 2. §. si public ff. adulter l. si vxor, §. si idē ff. eodem Iac. de Beluis. in princ. nu. 16. de iniurijs.

Contemnere ergo dicitur hi Iudices Ecclesiastici has Gracculorum voces crocitantes, itaut iure suo vtantur. *Et Nil Iudæus Iudæo, &c.*

Porrus I. C.

CVm suppositum delictum de quo agitur, videlicet suppositus insultus laici in Clericum sit mixti fori, per Clar. in q. 36. & 37. & sola dubitatio relinquatur, An idem censendum sit respectu delationis tormenti rotati, de qua laicus arguitur, & primo aspectu dicendum videtur, quod Ecclesiasticus non cognoscat, cum ad eum non pertineat pœnam pro hoc genere armorum imponere, tum quia hoc delictum est merè seculare: Ideò vnicuique sua iurisdictio seruanda est, & separatorum, & separata est ratio.

Contrarium hoc casu dicendum ob commixtionem, & indiuiduitatem delictorum, non secus, ac si Clericus, & laicus simul delinquunt, Iudex Ecclesiasticus cognosci etiam contra laicum ratione connexitatis, suppositi delicti, Bossius de foro compet. nu. 116. in fine. & 146. Iac Menoch. de arbitr. iud casu 371. num. 13. & facit altera ratio, quia priuilegiatum trahit ad se non priuilegiatum, & mi-

mis dignum, l. cum qui aedes. ff. vsucap. Ant. Gomez. epit. delict. cap. 10. nu. 6. Hoc in indiuiduo tenet Farin. q. 8. nu. 151. in fine, vbi vim constituit super praeuentione, quo casu laicus Clericum, & Ecclesiasticus suppositum delinquentem laicum punit. Ideo cum Iudex Archiepiscopalis praeuenerit in cognitione suppositi delicti debet quoque cognoscere, de hac supposita armorum delatione, & hoc eo magis, quia armorum delatio est prohibita de iure communi, l. pri. C. vt armorum vsus, lib. 11. cap. Clerici arma de uita, & honest. Cleric. Cott. in memor. incip. armorum.

Facit, quia accessoria iudicantur a suo principali, & indicatur vnus, & idem actus, cum principali, Bald. in l. cum dotem in fine. ff. iur. dot. Crau. cons. 223. col. fin. & facit regula vnitorum, ut idem sit ius, ac, & id quod uniter assumit priuilegium eius, cui vnitum est, latè Crau. in cons. 817. nu. 5. lib. 5. c. recolentes de stat. Monach. sic dicemus causam armorum coniunctam cum supposito principali delicto, nec attendi, quod maius sit delictum delationis tormenti rotati ex cridis Principum, & quando quid venit accessorie ad aliud unum, atque idem existimatur cum suo principali, Bald. d. l. cum dotem, Crau. cons. 478. num. 5. Inspicitur enim, quod magis principale est etiam, quòd sit uilius, Aretin. §. si tamen iustè rerum clinis, Hinc etiam est, quod si duo sint delinquentes laicus, & Clericus tanquam correi debendi coram Episcopo debent conueniri cap. nouit. de iudic. Aufrer. de pot. Eccl. nu. 49.

Ad haec cum suppositum delictum sclopi tēdat ad vindictam iniuriae illatae, unicum tantum delictum reputatur, quia tendit ad unum effectum, & eundem finem; & poena delationis tormenti, quae fuit casualis, non dolosa in hac rixa; confunditur cum percussione, nullo enim pacto dici potest laicum dolosè se gessisse in facto casuali, & accidentali, & locus est vnicae poenę quę augetur ob dictum sclopū suppositum rotatum, sic deduco ex cumulatis per Farinac. q. 22. nu. 25. vers. Verùm attenditur enim solum principale delictum, idem q. 20. nu. 146. Vlterius Clericum percutiens, si modum excedat defensionis, non tamen ex proposito excusandus est; Nec est excommunicatus. Aufrer. d. tract. in 3. reg. nu. 20. inter tract. pat. pri. nu. 337. De iniuria

autem

autem constat ex causa inquisitionis, in qua aggregantur plurimæ iniuriæ.quas grauissimas appellat, Menoch.conf. 401.nu.19.lib.5.& pro honore tuendo, quis debet spernere vitam,cum honos vitæ anteferatur, & causa honoris dicitur ardua,& maxima consideratione digna. Crau.consil. 168.nu.2.& alij omnes,nam est de communi.

Ex his concludo in hoc supposito delicto commisso in Clericum,in quo proceditur per laicum Iudicem,ex Guid. Pap.dec.562.& per Aufrer. de pot.secul. si quis rect. in 4 reg.nu.30.seruata tamen præuentione. Et concludo impunibile esse hoc suppositum delictum, & tantùm agi de culpa leuissima,quæ etiam ex latius deducendis, pœnitus tollitur,& quidquid factum supponitur per laicum iure fecisse omnino præsumendum est, pro qua non tenetur carceres ingredi, cum non agatur de pœna corporis afflictiua, ex Constitutionibus huius Status sub titu. de accusat.§. rei carceribus non mancipentur.

Laus Deo.

Franc.Bernar.Porrus I.C.

ECclesia non exigit meram pœnam,quia non debet cum aliena iactura,& damno lucrari nisi quatenus sua interest,Tex.in c.fraternitas cum gl. 12.q.2. atque alij cumulatià Beroo conf.196. num.15.16.libro primo Ecclesia enim debet vti equitate,c.cum dilecti de empt.& vendit. Ita ergo non exiget a N. pœnam promissam casu quo lusisset cũ non appareat eum deliquisse,quia sine delicto non stat pœna,l.Qui occidit ad l.Aquil.l.sancimus.C de pœnis Pœna autem dicitur,quia à me abest,& sibi adest, & ad pœnam quæ citra delictum irrogatur Ecclesiam aspirare non debere ex tex.in c.suam de pęnis,sic & alij,cap. Dilecti de Arb. Dec.conf.130.num.7.vers.ad hoc etiam benefacit, nec exigi posse in foro conscientiæ cum irrogatur ob delictum trad.Dec.c.1.num.20.vers. quinta conclusio extra de Constit,Benignius enim semper cum Ecclesia,quam cum cæteris agi solet cum sit equitatis cultrix.Quid enim indignius audiri potest,quàm quod prætendatur pœna ex ludo licito cum etiam præceptum hoc sit factum ei quem certum fuisset non pariturum iuxta illud Poetæ.

Sic

Sic ne perdiderit non cessat perdere lusor.
Et reuocat cupidas alea sæpe manus.

Committi etiam pœnam iniquum est, si ex contrauentione nemo læditur, neque alicuius interest, Dec. in l. ex cõuentione in primo notabili. C. de pactis Crau. conf. 759. nu. 26. vers. Committi lib. 4. Quid enim interest officij Sanctæ Inquisitionis quod quis ludat. Et si dicatur id factum esse ad diuertendum lusorem à blasphemijs cum vt plurimum in ludo frequententur.

Respondetur, quod blasphemiæ suas habent à lege certas pœnas ideò Iudices non debent egredi pœnas à lege statutas, & vbi non est culpa non debet esse pœna Zabarel. Clem. 2. de hæreticis Felinus cap. cognoscentes nu. 6. & ibi Dec nu. 3. de Constit. & ibi est pęna vbi est noxa, c. quæsiuit de his quæ fiunt à maiore parte, cap. l. si communis. ff. nox. act. Tiraq. de retrac. consang. §. 1. gl. 18. nu 86.

Et in terminis ab Ecclesiasticis hanc pęnam exigi non posse trad. Ang. conf. 43. in fine, & Rebuff. in l vnica. C. sent. quæ pro eo quod interest profer. nu. 568. vers. lim. in Ecclesia Vrsill. ad Affiic. decis. 135. nu. 8. vbi de iure, & de equitatè pœna non exigitur nisi cum interesse concurrat Caballi resolu. crim. casu 226. ubi ita tenet de communi. Et ubi etiã illicitus censeretur ludus non tamen pro eo imponi potest pœna nisi quando à iure communi dispositum, nam non omne illicitum punitur, sed illud quod lex voluit esse delictum Natta con f. 595. nu. 10. latè Farin. q. 18. nu. 6. vers. aduerte etiam titu. de delictis fol. 163. & in terminis ludi Menoch. conf. 399. nu. 15. Farinac. q. 117. vbi latè de materia.

Et quod hęc mulcta immoderata fit ipso iure nulla Abb. c. de causis nu. 12. de off. delegati Farin. d. loco num. 29. vers. lim. 2.

Concludo nullam pęnam potuisse apponi per R. Inquisitorem lusori, quia pęna ludi non est considerabilis cum de illo solo crimine non agitur, sed de alijs ex eo mediate subsecutis ideo ita de Iudice iustissimo reor emanasse præceptum ad terrendum non ad exigendum.

Laus Deo.

Fr. Bern. Porrus I.C. & Aduoc. Mediol.

Defendit

DEfendit se N. à præcepto sibi transmisso de mandato Reuerendissimi Inquisitoris arbitraturque neutiquam damnari posse in pœnam cominatam scutorum quinquecentum ob in obedientiam præcepti sibi facti de non ludendo.

Pro cuius deffensionis præsidio, primum allegat se non lusisse nisi post annos nouem, quo tempore effluxo putabat, & existimabat sibi licere vti ludo, imò prohibitionem sibi factam ad tantum temporis spacium non se extēdere, quod credibilius redditur ex quo præceptum sibi non fuerit in scriptis inthimatum, nec illius data copia quapropter facile illius temporis oblinio præsumi debet à Iudice religiosissimo. in cuius arbitrio sita est præsumptio ista ad euitandū delictum sicuti tradidit D. Menoc. de arb. Iud. cas. 26. num. 2. Et stante huiusmodi causa dicitur N. carere dolo, nàm quælibet causa etiam iniusta temeraria, quinimo, vt dicunt nostri Doctores, etiam bestialis excusat à dolo. legitur. ff. de liber. caus. cum multis alijs citatis à Ias. consil. 46. sub n. 2. vers. quinto, lib. 3. Pena autem vel mulcta non imponitur, nisi interueniat dolus, & cum agatur de his, quæ constant in animo statur dicto ipsius N. gloss. & Doctor. in §. sed istæ, Institu. de action. Deinde cum ipse N. existimaret præceptum sibi factum eum non afficere, nisi in ludo admixtum fuisset aliquod crimen aut fraus, vel delictū pertinens ad sanctissimum Officium Inquisitionis, cum ludus taxillorum non sit punibilis, Dec. cons. 115. nu. 3 Menoch. de arbitr. iudic. casu 399. num. 8. Claud. Bertach. ad consilium Bartholomæi patris consil. 379. libro 2. huiusmodi credulitas excusat à pęna cōuentionali, vt latissimè tradit Bertazzol. consil. 80. nu. 9. & cons. 347. nu. 19. vbi allegat. Ias. in dicto consil. 46. lib. 3. Nam cum de iure Canonico non sit imposita pęna aliqua ei, qui ludo vtitur, si à Iudice ordinario imponatur pęna, vel mulcta vltra id quod ius disponit certè non potest talis impositio pęnæ sustineri, & contrauenieus non potest puniri Bertaz cons. 200. num. 16. vbi tenet, quod Iudex non possit imponere maiorem pœnam, quam à lege sit imposita pro delicto. Tandem cum minimè fuerit delictum Blasphemiæ commissum per N. in ludo; etiam si pœna validè stipulata fuisset in casu in quo

ipse

ipse lusisset tamen pęna promissa non posset exigi, etenim in prætorijs stipulationibus, qualis est ista, de qua agitur secundum Osasch. decis.70.nu. 13. non exigitur pęna, nisi intersit sanctissimi Officij punire ludentem videlicet, quod in ludo blasphemasset quemadmodum probat. Osasc. dicta decis.70.n.13. Et hoc puto esse indubitatum apud Sanctissimum Officium, in quo attendi debet finis, ob quem præcepit ne N. luderet, scilicet ad euitandam blasphemiam in quam cum non incurrerit in ludo, plecti nequaquam debet, quia cessante ratione prohibitionis, cessare debet, & ipsa prohibitio cap. cum cessante extra de appellat. & in hanc sentētiam procliuius accedo ex his quæ tradit Directorium Inquisitorum, titu. de pœnitent. pecuniarijs com. 151. folio 649. versiculo hoc postremo admonebo. Vbi tenet Reuerendissimos Inquisitores quantum fieri potest, abstinere ab huiusmodi pœnis pecuniarijs. Et ita confido fore, vt Reuerendissimus Inquisitor à tam rigorosa pœna se abstineat, &c. Saluo, &c.

Carolus Ciualerius I. C.

Contra Theodorum Ongarettum in causa obreptæ absolutionis à Senatu Excellentiss. manus affixæ in loco Romanenghi.

THeodorus Ongarettus cum odio prosequeretur Augustinum Sauoergninum Cremēsem aliàs eius famulum, qui in rixa eum deiecerat in foueam, ex qua ope aliquorum fuit ereptus, coegit eum exire à Statu Mediolani, & se conferre ad statum Cremensem vbi erat bannitus pro crimine non capitali, sed tamen ea lege, quòd posset impunè offendi in territorio inuentus, vbi ipse Theodorus per mandatarium occidi eum fecit, Mox adduci curauit manum illius amputatam, & abstractam a brachio in Statum Mediolanensem, & in loco in quo dictus Theodorus fuit offensus ab eo dicta manus eo præsente fuit affixa trunco arboris, Acclamante tum eo, tum suis asseclis, VENDETTA. De hoc delicto fuit accusatus in hoc Statu d. Theodorus, & indicia contra eum legitima subministrata, quia de euitandā pœnam sibi debitam ex hoc delicto preces dedit Excellen. Senatui,

Senatui, in quibus exposuit se esse in casu Decreti gratiosi, nec eum indigere remissione, quia ille forensis est, cuius manus fuit appensa arbori vt supra, & quòd excessus tantum factus est in dedecus Principis, & ad contemptum principalis iurisdictionis, & ideo solus Princeps dicitur offensus, non autem priuatus. Quibus rationibus Senatus, non audito accusatore, censuit eum esse in casu Decreti absque alicuius remissione. Quo intellecto per accusatorem, intendit dictam ordinationem Senatus vti obreptitiam esse circũscribendam, quia narratum fuit hunc esse bannitum, ideò credidit Senatus eum esse bannitum capitaliter, non autẽ ad tempus, nam in hoc Statu Mediolan. non possunt occidi impunè banniti nisi sint capitaliter banniti cum confiscatione bonorum, & ita etiam se declarant cridæ Principum retroactorum. Rursus omissum fuit, quòd hoc delictum venit sub crimine læsæ Maiestatis, cum ius affigendi partem cadaueris alicuius in loco publico sit de reseruatis soli Principi, & de exercentibus merum imperium, Nam non solum hoc licet, quòd quis vti bannitus retineatur in carcere, ex Claud. ad Bertazolum patrem cons. 426. littera B. similiter non licet appendere ad arborem bannitum, præsertim ex interuallo, cum hoc sapiat vsurpationem iurisdictionis, ex adductis per Affl. ad Const. Regni in Const. Durum in 4. notab. & sapere crimen læsæ Maiest. pluribus trad. Caball. resol. crim. cent. 3. casu 277. furcarum erectionem. num. 1. & 2. post Hier. Gig. de crimine læsæ Maiest. lib. 1. tit. qualiter, & a quib. crimen læsę Maiest. committ. q. 22. per totam, Quid enim erat opus post hunc interfectum hominem in Statu Venetorum, ibi amputari manum è cadauere, vt illa cruci affigeretur in loco à quo fuit ab eo offensus Ongarettus, tãquam heroicum aliquod facinus edidisset, vt ille videretur iura Regalia obtinere in loco à quo bannitus ille non erat, ut digitis monstraretur, & diceretur, Hic est, Imò etiam in loco in quo bannitus interfici potest impunè, non tamen ex post potest quis in illum insæuire, corpus lacerare suspẽdere, affigere, aut aliquos in eum actus iurisdictionales agere, sic Tiber. Decian. in tract. 2. crim. lib. 7. tit. De uar. mo. qui hoc crimen committi potest, c. 9 fol. 117. nu. 6. 7. 8. cum similib.

Cæterum,

Cæterum, quòd non potuerit impunè occidi, facit, quòd non fuit ille condemnatus in Statu Veneto capitaliter, sed in pœnam extraordinariam, quo actu Ongarettus tenetur ac si occidisset non bannitum, Farin. q. 115. nu. 260 vers. Limita quarto. Neque id videtur feciss vti minister iustitiæ, sed animo in eo loco dominandi, & vt perhorrescerent homines, & formidolosus esset eius aspectus, tanquam domini totius fundi, & sic animo vsurpandi iurisdictionem, ex Carer. Foller. & alijs add. a Farin p. 104. nu. 23. omni in casu ex magnitudine etiam delicti dignum hunc non putamus beneficio abolitionis, & ad excludendum delinquentem à dicto indultu ponderat atrocitatem delicti, Garsia in tract. abol. c. 28. nu. 9. tum etiam cum homicidium fuerit commissum per assassinium mediante pecunia, qui casus in specie est exceptus à dicto Decreto gratioso, & de qualitate assassinij sufficit ex coniecturis apparere, idem ibi num. 18. Augetur atrocitas cum non in publicam causam delictũ sit commissum, sed in vltionem priuati odij, quod ex illius impulsu Ongarettus in foueam deciderit, ideo ob hoc solum erigi curauit vexillum in arbore pendens ad immortalitatem nominis sui, quo casu multi adeò hoc delictum abhorruerunt, quòd senserunt bannitum ex priuato odio occidi non posse, quos add. Menoch. de arbit. Iud. casu 90. nu. 48. 49. Garsia dicto cap. 28.

Neque ferendum est locum esse debere tali absolutioni vi dicti Decreti, cum inquiri debuisset Ongarettus, An de alijs homicidijs, aut mandatis datis ad occidendum, indiciatus foret, cum sciat præter hoc accusatum de duobus etiam alijs homicidijs, ac mandato dato ad occiden. Nob. Thomam Cropellum virum confectæ ætatis, paratis ad id tormentis rotatis, cum quibus ipse cum alijs deprensus est. Quamobrem cum appareat preces dicti Ongaretti haud veritate niti, attenta obreptione ad vlteriora contra eum agendum est, circumscripta hac abolitione, artibus dolisq; captata. Si enim accusator legitimus fuisset citatus, prout citari debuerat, ad opponendum quicquid voluisset, nõ in hunc errorem irrepsisset Fiscus in reddendo votum fauore Ongaretti, qui iure succensere debet, quod ipse circũuentus fuerit. Laus Deo. Porrus I.C.

Agitur

AGitur de Turbata Iurisdictione contra nonnullos qui ausi fuerunt coram Iudicibus Ecclesiasticis trahere laicos pro ea causa ob quam Laici iam fuerant vexati corā Iudice laico, & tandem lata sententia fauore Rei conuenti in qua diffinitum fuit eum non esse molestandum præstita fideiussione de stando, & parendo iuri, & iudicatum soluēdo, cum tantùm ageretur de pęna pro qua locus ęrat pęnæ pecuniariæ ex stat. & Const. huius Status. Hi inquam Turbatores huius pacifici status non contenti molestia quam intulere coram Iudice laico, apud Ecclesiasticum querelauerunt, nouamque pro eodem negotio moliti sunt vexationem, & laicum vtsupra à criminali iuditio absolutum ad carceres Archiepiscopales coegere; Demum etiam ijdem Iudices Ecclesiastici condemnarunt dictum laicum ad exulandum à Ciuitate Mediolani, & per miliaria quinque circùm circa: Non defuerunt etiam Testes Laici qui in dictā causa coram eis testificati sunt, qui poterant se tueri, & Iurisdictionem eorum declinare.

Queritur nunquid possit procedi, tam contra querelantem hominem importunum, & vindictam appetentem, quàm Testes laicos qui se sponte illi examini subiecere.

Totius rei cardo in hoc consistit, quod querelatus tempore delicti, & accusationis porrectæ erat laicus qui postea inde ad quinque menses post delictum effectus est Clericus.

Questio hæc apud me nullam habet difficultatem quod per hos Iurisdictio verè fit turbata, & quod locus fit pœnæ de qua in cridis anni 1596. 12. Septembris quæ imponunt pœnam contra eos qui quoquomodo diminuunt dictam Iurisdictionem Regiam. Directè, vel per indirectum, quæ verba sunt prægnantia, Et omnem casum comprehēdunt, prout illa verba quouismodo; Turbatio enim dicitur committi à subditis quando Iurisdictiones intricant, & se subtrahunt, sui Principis secularis obedientia, & alij Iudici se submittunt, & dicitur committi crimen læsæ Maiestatis Glos. in l. 1. ff. ser. corrupt. l. 1. & 2. ff. ad l. Iul. Maiest. & causa Turbationis inde apparet, cum enim viderunt actores se non posse criminaliter inquietare Reos conuentos mutarunt iuditium, & in partes Ecclesiastici iuditij transierunt,

fierunt, sed vt assequi non poterant coram laicis via iustitiæ hoc ab Ecclesiasticis via iniustitiæ extorquerunt, quod assecuti fuerunt. Hoc enim modo inducitur Iurisdictionis Turbatio not. in c. 1. De officio Delegat. Hoc enim dolosè factum fuit vt quis ad vetitum examen traheretur, quo casu locus est pęnæ vt multis comprobant hi in eodem Themate Ceph. cons. 661 lib. 5. Menoch. cons. 230. lib. 3. Eugen. cons. 30. Hier. Gabr. cons. 166. 167. lib. 2. Per iniuriam etenim hoc factum videtur, Dum laici non acquiescentes Iuditio per eos præuento coram laico, conuolant ad Forũ Ecclesiasticum Fiscus illi iuditio faciendo, ac contemnendo sub hoc prætextu quòd is quem accusarunt post delictũ effectus sit clericus, est que locus l. in criminali C. Ier. omn. Iud. Nam dicitur inferri resistentia honori, Iudicis qui aditus inter partes ius dixit quo casu ob iniuriam illi factã licitum est laicis contemptores punire cum verè hi accusatores dicantur calumniatores Innocent. c. ex parte Christi vbi Io. And. De verb. signific. & in c. Dilectus De pęnis, cum simil.

Neque obst. quod ageretur causa contra Clericum, nam agitur de delicto commisso ante clericatum. De quo coram Iudice laico erat cum patre delatus, absolutusque pater, & similiter quo ad filium ordinatum non posse procedi per capturam quo casu, quo ad delictum post clericatum, Remanet sub foro laicali, Imo laicus qui se facit Clericum post capturam, & in carcere per Iudicem etiã laicum corporaliter puniri potest Io. Andr. in cap. 1. nu. 20. De oblig. ad Ratiocinat. Farin. cons. 77. nu. 11. vers. Quæ omnia; Et coram laico Iudice remanebat obligatus fideiussor dicti Clerici quo casu post clericatum remanet sub Iurisdictione laici, iux. Farinac. q. 8. nu. 107. De Inq.

Quod si Ecclesiastici non ferunt eorum Iurisdictionem violari sub pœna excommunicationis vt late apud Farin. cons. 68. num. 1. cum illi paulatim tanquam vermiculus lignum, sic hi Regiam Iurisdictionem rodant, & deplumant, & à tempore incrementum accipiunt; ita contra eos seruandum est.

Ex his &c. Laus Deo.

F. B. Portus I. C.

Pro

Pro Hieronymo Tadino contra Io. Baptistam Tadinum.

In causa iniuriarum atrocium per ipsum Io. Baptistam prolatarum contra dictum Hieronymum in publico Consilio Carauagij cum maximo tumultus periculo, ac totius Consilij diuersione.

HIeronymus Tadinus inter primarios Ciues, & Incolas loci Carauagij Oppidi insignis in Insubria dum vti Consiliarius præesset Consilio; quod de more celebratur in loco consueto, & in quo tractari solent negotia ad Communitatem spectantia, & dum omni cum honestate proferret votum suum, Io. Baptista Tadinus postposita omni humanitate secum ità iniuriosè egit. *Tace li tù, che non parlo con te*, cui Hieronymus ita respondit *Parlate honoratamente*, Replicante Io. Baptista per duas vices contumeliosè nimis dixit, *Tace li tù che non parlo con te*, eo conante impedimento esse ne Hieronymus suam sententiam diceret, non obstante quòd ille secū benignè ageret; Verùm ille modestia minimè placatus dicti Hieronymi præstitit in iurgijs iterum in hæc verba se resoluens, *Tace li che sei vn giottò, assassino, & forfante*, atque alia petulantia verba lædentia suum honorem, & existimationem, euaginato, & districto contra eum pugione, omnem conatum adhibens ad offensam. Petijt rigorosè procedi iuxta qualitatem iniuriarum prædictarum eo in loco prolatarum, quas extimat in scutis quattuor mille.

Instructus fuit processus coram dicto Pretore Carauagij, & omnia probata fuerunt, quæ in d. quærela continentur; præter euaginationem pugionis obtenta etiam fuere diuersa rescripta à Senatu fauore dicti Hieronymi, quæ ille sub diuersis mēdosis suggestionibus inuoluere satagit; Ideò vt calumnij s occurratur decreuit hæc in scriptis exarare, & pro veritate diluere.

Certum est genus iniuriæ, & certior animus eas iniurias profferentis, & certum propositum quo dictus Io. Baptista accessit præter consuetudinem suam ad dictum Consilium. De animo non est dubitandum, cum verba iniuriarum id

sonent, & is præsumitur animus qualem verba demõstrant, Nec possunt ad extraneos sensus verti, & obliquari, Paris. cons. 149. num. 19. lib. 4. Clar. §. iniuria vers. quæro nunc, verba enim sunt de sui natura illicita videlicet *giotto, assassino, & forfante*. Tex. in l. quod labet §. Idem tubero ff. sup. pell. leg. Mascard. conclus. 97. nu. 11. lib. 1. & 902. num. 8. & 10. Bertrand. cons. 324. num. 5. vol. 4. Quod si grauis est iniuria quando alicui obijcitur furtum Boer. cons. 4. nu. 6. Bertazol. cons. 434. num. 7. lib. 2. quid in eo, qui nominatur ab aliquo assassinus, Quid in multiplicatione iniuriarum *giotto, assassino, forfante*, quæ geminatio arguit enixiorem voluntatem lædendi honorem, & existimationem ipsius Hieronymi; neque hoc casu statur iuramento iniuriantis, quod ea verba protulerit non animo iniuriandi Alex. de Neuo cons. 82. num. 6. Baiard. ad Clar. §. iniuria nu. 59. quos refert Farinac. quæst. 105. nu. 116. vers. quamuis circa finem lib. 3.

Nec dicatur quod ex quo Hieronymus egit ad estimationem iniuriarum videtur electa actio ciuilis, quæ facit cessare criminalem actionem iux. tex. in l. Prætor edixit §. si dicatur, & §. seq. ff. iniur. quia vtrumque iuditium tendit ad vindictã Thesaur. decis. 18. per totum; Ex quo enim iniuriæ illatæ fuere in loco publico scilicet. Congregationis vtsupra cumulatiuè vtraque actio potest proponi ibidẽ nu. 12. Cæterùm disputatio, cessat in casu isto, quia principaliter petitum est puniri, & sic criminalis actio intentata est, & in consequentiam ab eo taxata iniuria iuxtà l. interdum §. Qui furem ff. fur. vbi Bart. Præterea ex eodem Thes. col. 3. in prin. Colligo aliam responsionẽ quod aliud est, vtrum agatur de vtraque actione danda. Aliud quo ad condemnationem; quia ante rem iudicatam vna per alteram non tollitur, sed post rem iudicatam vna facit cessare quando vindictam agitur, & hoc ne quis pæna duplici afficiatur immo dicit Andr. Gayl. lib. 1. obser. 63. Quod cumulatio actionis iniuriarum, & l. Aquiliæ valet per tex. in l. qui seru. ff. act. & oblig. Peguer. decis. 13. Nec circa hoc amplius insisto.

De iniuriæ atrocitate non est dubitandum, omnibus circumstantijs pensitatis, & expensis, loci imprimis publici in

quo

quo decet vota esse libera eorum, qui ei ascripti sunt; personæ; cum sit alter ex Decurionibus, & Præfectus. Causæ. Quia erat tractatus de Republica iuuanda, iuxta tex. in l. item apud labeonem, §. quod ait Prætor ff. iniur. iuncta l. prætor. edixit §. atrocem ff. eodem; singularis glos. in l. atrocem C. eodem. Grauissima autem est hæc iniuria, quia excedit omnem iniuriarum genus Iac. Menoch. de arbitr. Iudic. casu 263. insignis tex. in l. aut facta §. pena grauior ff. penis, & impunè has iniurias tolerari, Res esset perniciosi exempli, & vnusquisque eos honores auersaretur, per quos fama sua esset periclitatura, & naufragium factura, quales hæ quæ contemptæ faciunt, vt homines vilescat, & ludibrio habeantur, & quod delicta, quæ sunt mali exempli tanquam Reipublicæ perniciosa, grauius multoque cætera reputari debeant, est author. Tiraq. de pen. causa 44. nu. 53. Menoch. cas. 358. nume. 4. & de attrocitate iniuriæ emissæ in foro, in theatro Conrad. §. 3. de offic. Præt. in caus. crimin. n. 9. circa finem ad tit. de iniur. Farin. q. 105. n. 186.

Nunc à me dissoluendæ sunt friuolæ Io. Baptistæ excusationes.

Et primò dum dicitur eum nihil dixisse animo iniuriandi dictum Hieronymum sophisticando in hunc modum, Aliud esse simpliciter verbum iniuriosum in aliquem proferre, Aliud causam eiusdem verbi subnectere, à qua pendet interpratatio dicti verbi, inducendo hoc modo: Quod cum Hieronymus conqueratur, quòd eidem dixerit, *che era vngiotto, & assassino*; & hæc verba declarationem ab alijs per modum causæ continuati sermonis, *perche mi hai fatto assassinar da tuo figliuolo*, & sic omnis effectus reducitur, ad obiectionem mandati ad vulnerandum dictum Io. Baptistam eius filio naturali dati; vndè excusandus videtur, quia in iuditio eum de hoc pulsauerit, & reum dixerit, adhoc vt procederetur; Nam respondetur verba esse principalitèr, & de per se emissa, nec habere aliquam causam annexam, sed purè, & simplicitèr prolata: Nulla enim legitur in inquisitione causa propter quam dictæ iniuriæ contra eum dictæ sunt, ideo talis animus præsumitur, qualis ex verbis elicitur, vt supra dixi. Contraria procedunt quando verba essent ambigua ex Natta consil. 598. nu. 8. lib. 3. Crau. consl. 9.

num. 38. Et in ambiguis verbis consuluit latè Menoch. pro Senatore Gaspare Thesauro cons. 1197. nu. 15. vers. 2. suffragatur lib. 12. & nu. 17. & 18. vbi multa adhuc locum essent referenda; Verùm in casu isto, nec aliqua verba præcessere, nec subsequuta sunt quæ possint eum eximere à pœna iniuriarum. Immo eum afferta causa reperiatur falsa augetur delictum contra eum, & maiorem desiderat penam.

Nec obstat quòd animus iniuriandi requiratur, vt quis actione iniuriarum conuenire possit; nam respondetur cũ tex. in l. si non conuicium. C. iniur. Quòd qui iniuria aliquem afficit vtique dolosè ægisse præsumitur ita not. Angel. in l. Plagij. C. de Plagiar. & in d. l. si non conuicij. Dec. in c. in præsentia in nu. 14. De probat. vers. Difficile videtur Alc. De Præsũpt. Reg. 3. præs. 1. vers. vnde aliter dicas. Paris. cons. 149. n. 20. lib. 4. Non enim admittitur excusatio, esto quod iniurians dicat non fecisse animo iniuriandi, & ratio est quia facere iniuriam est prohibitum omni iure etiam naturali, & ideo nullus excusatur eam committendo siue sit rusticus, siue masculus, siue fœmina, & si hæc excusatio admitteretur dicit Paris. num. 23. omnes hac excusatione vterentur, & omnia delicta forent impunita; & quòd inter atroces iniurias graues collocetur si quis latro, fur, & huiusmodi vocetur Ioseph Lud. decis. 4. nu. 25. 26.

Augetur dolus in hoc homine, quia ipsemet fatetur, quòd inimicitia erat inter eos ex causa mandati dati per Hieronymum filio suo naturali ad vulnerãdum; Nam cum iam cognouerit ter Senatus abesse illius mandati præsumptionem ab eo, nec passus fuerit eum constitui Reum; Nec etiam iste Io. Baptista acquiescat, sumitur argumentum efficacissimum quod semper gesserit in animo vindictam sumere, & eam reseruauit ad eum dehonestandum, & denigrandum eius famam in loco publico, vt apud omnes contemptibilis haberetur quare hæc excusatio magis auget propositum iniuriandi, quòd cuique ad sensum patet.

Nec dicatur quod pro huiusmodi iniurijs sit locus pœnæ pecuniariæ statutariæ, & ideò quòd non sit locus personali constitutioni iuxta formam Nou. Constit. Mediolani sub tit. de accusat. §. Rei carceribus, cuius constitutionis meminit Alba cons. 722.

Quia respondetur non agi de iniuria prolata contra priuatam, sed contra publicam personam, & in eo loco Magistratum gerentem quo casu seuerè coercenda est Iac. Menoch. conf. 236. nu. 91. lib. 3. quia illa irrogatur in pertinétibus ad officium suum. *Tace li tù che sei vn giotto*; Quid enim ille aliud agebat, quàm vt impediret Hieronymum ne sententiam suam in Republica diceret, sic etiā dicitur iniuria affici tota Communitas, quæ dictum Hieronymū præfecit dicto muneri publico. Menoch. conf. 244. nu. 4. lib. 3. Idem de Arbitr. Iudic. casu 263. nu. 5. Rebuff. de Priuil. schol. priuil. 166. & grauissimam pœnam inferendam esse trad. text. in l. Prætor edixit §. vlt. ff. iniur. De hac agit Paris. Deput. in tract. findic. in verbo iniuria officialis §. An officialis Capic. decis. 130. nu. 12. post Rol. à Valle cons. 1. nu. 35. vol. 3. & illa coniectura potissima est quando offensa facta est in aliquo actu iudiciario Bart. in l. si quis obrepserit in fine ff. ad l. Cornell. de fals. Angel. de malefic. in verbo falsario nu. 25. Cyn. in l. si non conuicij col. 3. vers. Præterea. C. iniur.

Quòd si etiam ageretur de iniuria emissa contra priuatam personam, attamen quia dictus Hieronymus est ex Consiliarijs dicti oppidi, & ad præfatos honores promouetur, qui solent ibi conferri locus est pœnæ arbitrariæ Farin. q. 22. nu. 15. fol. 207. post Clar. §. Iniuria vers. sed. quæro Iacob. Menoch. d. casu 263. nu. 3. Farinac. q. 105. nu. 56. & quòd hæc pœna possit esse corporalis Boss. de iniur. num. 3. l fi. ff. eodem, etiam quòd iniuria sit verbalis, Baiard. ad Clar. d. §. Iniuria num. 47. Imò cum constet quòd iste. Io. Baptista non solebat venire ad dictum Consilium, & tunc venerit animo nocendi dicto Hieronymo dicitur iniuria grauior illius, qui ex consulto, qui iniuriam facit quam qui non ex consulto Foller. cons. 80. in princ. inter cons. crimin. diuers. tomo 2. Illuc enim venit vt studiosè non ex impetu iniuriam inferret, & quattuor pœnas recenset Farin. d. q. 105. per totam lib. 3. Id videtur sensisse Senatus dum suo rescripto fauore dicti Hieronymi reddito iussit Prætori, quòd criminaliter, & rigorosè procederet, cum præsumatur iustitia plenus.

Quo ad comparitionem in actis redactam per dictū Io.

Baptistam in qua perfricta fronte audet calumniari eundē Hieronymum demandato ad eum assassinandum dato eius filio dicitur eam iniuriam vti ad animum reuocatam sapere libellum famosum; & pro ea viriliter procedi debere; Nam procedendum est de libello famoso quia sic dicitur, ex eo quod diffamat Bald. l. 1. De famos. libell. nam diffamare aliquem est, vel coram Iudice, vel vulgo, vel cętu, vel coram pluribus eius famæ detrahere. Socin. sen. in cons. 45.2. col. 1. vol. omni in casu hæ iniuriæ dicuntur esse publici iuditij, & grauius puniuntur vt supra dixi Marcabrun. cons. 38. Idem dicitur in scribente litteras, seu aliam scripturam infamatoriam Turrecrem. in cap. qui in alterius in verbo scripturam litterarum 5. q. 1. Bonifac. de Vitalin. tit. de libell. famoso nu. 1. Satis autem videtur quòd inter acta hæ iniuriæ redigantur, cum ad omnium notitiam peruenire possint Siluestr. in summa in Rubr. de libell. famos. nu. 4. & Ang. summa in verbo libell. famosus; & superioribus annis dum quidam de Magnis preces dedisset infamatorias contra quosdam nobiles de Naua fuit carceratus, & ad remum decennio damnatus, & missus. Nam res est pessimi exempli, quòd homines sint maledici, Nec vincula linguæ dissoluant nisi ad exprobranda temerè conuicia; Ideò ex his nouum caput querelæ succedit.

Non dicat etiā Io. Baptista dignum se excusatione quia iratus protulit verba iniuriosa iuxta. l. Quicquid calore ff. reg. iur. Tiraq. de pœn. temper. causa 1. fol. 330.

Quia respondetur quòd ira non excusat quando apparet de iniusta causa ob quam quis ad iram prouocatus est Cagnol. d. l. Quicquid calore n. 9. ff. de reg. iur. Secundo non habet locum in crimine iniuriarum l. si nō conuicij. C. iniur. Cagnol. vbi supra nu. 10. Tertio non excusat iniuria quando prouenit ex iniusta causa Farin. q. 51. nu. 38. & seqq. Vltra quòd de hac iracundia non constat, & probanda est, ibi in fine, Nec excusatur quia Io. Baptista tunc dabat operam rei illicitæ.

Non obstant vanæ excusationes Io. Baptistæ quia potius augent effectum iniuriarum cum tantum abest, quod eum penituerit, quod immò per modum iactationis, & gloriæ addit multa in dedecus ipsius Hieronymi recensendo, &

ascri-

ascribendo multa capita delictorum eidem, vt hunc reddat contemptibilem apud Iudices nec tantum contentus ea verba protulisse assassinij, quod ea reiterat, & geminat, quæ geminatio infert malignum animum iniuriandi Doctores in l. balesta ff. ad trebellianum & in l. eum simus C. de agricolis, & censitis lib. 11.

Neque obstat protestatio ab eo facta, quod non dixerit animo iniuriandi, quia cum verba sint clara, & factum contrarium ipsi protestationi illa non attenditur iuxta notata in l. non solum. §. morte. ff. de operis noui nunciacione, & in c. cum M. ferrarensis de condemnationibus iuxta id quod dicitur de eo, qui dicit mentiris saluo honore tuo, de quo per Clarum in §. iniuria vers. quæro nunc.

Conuincitur etiam de mendatio scilicet, quod ipse coactus venerit ad illud consilium, quia immo venit animo iniuriam inferendi in conspectu multitudinis, & animo, vt illum ascribi faceret, & aggregaret in numero militum nulla habita ratione qualitatis personæ suæ immo magis redditur suspectus quod antea non soleret conuenire in dicto consilio, & tunc citra solitum suum interesse voluerit animo, de quo supra, quæ enim præter cōsuetudinem fiunt de se sunt suspecta vulgatis iuribus.

His non obstat quod Senatum Excellentissimum satis commouere posset, quod Hieronymus recusauerit oblatam pacem à Io. Baptista acceptare ex fide Reu. Patris Capucini; Quia respondetur quod Hierouymus prætendat publicam fieri scripturam satisfactionis, cum opus esset purgatione publica, cum in publico iniuria prolata fuerit, & in scriptura, quæ est inter acta, & obtinet vim libelli ex cons. Socin. quem alleg. Marcabr. in cons. 38. Quia contraria contrarijs curantur, & vinculum dissoluitur eo genere, quo colligatum est Reg. l. Nihil tam naturale est. Reg. iur.

Neque huic contradicit fides eiusdem Reuer. Capucini dum dicit, *Che detto Sign. Gio. Battista si contentò, che si facesse scrittura publica, mà che ne fosse fatto un dono ad esso Reuer. Padre Capucino*: Nam respondetur quod iusta fuit causa recusationis, quia satisfactio, et palinodiæ recātatio debet remanere iuxta offensā, veluti creditorē ex maleficio, & hoc nō iuditio dicti Reuer. Capucini in hac arte parum periti, sed

eorum qui de similibus iudicant Cæcus enim non iudicat de colore; & pax inter acta redigenda est, ut probat Not. Octauianus de tregua, & pace quæst. 106. nu. 15. Et quòd satisfactio regulatur ab offensa trad. Lancell. Conrad. in suo tract. de duello tit. de Innoc. conclus. 19. circa finem vbi satisfactionem reponit secundum regulam mutuæ compensationis iuxta illud occulum pro occulo, dentem pro dentem pro dente, Non enim dicitur satisfactum nisi publicè, cum publica fuerit iniuria, nisi eodem modo publicè satisfacta innotescat; sic Storicorus Poeta oculis fuit priuatus, quia carmen famosum in Helenam conscripserat, postquā palinodiam laudes eius cecinit restitutus est ei visus. Horat. Epid. Odde 17. Petr. Georg. syntag. iur. uniuers. lib. 38. c. 7. num. 3. part. 3.

Porrò cum iam Senatus censuerit post habitum votum fisci eum in contumatiam pœna corporali arbitraria puniri, Nihil ille adducit dignum excusatione cum loco honoris ei exhibiti, reddiderit vt supra contumeliam; Non morari debet Senatus offensa facta per filium, cum iam intellexerit dictum Hieronymum omnis culpæ expertem fuisse, non iracundiæ calor, cum nulla verba præcesserint irritatoria, & prouocatoria, nec quòd verba non sint prolata in Consilio, quia ille locus est publicus in quo functiones publicæ exercentur, & extra illum locum nihilominus ex delicto debetur pœna in atrocibus iniurijs reiteratis; Non quòd nulla porrecta sit accusatio per Decur. nam satis est quærelam datam per iniuria affectum, cuius principaliter interest, vltra quod non tollitur offensa Principi, à quo omnes dignitates tamquam flumina à mare deriuant; Non quòd causa sit ciuiliter intentata nam satis supra responsum est tanto magis quia dictum Cōsilium ob hæc locum non habuerit, & omni in casu asserta protestatio non fuit facta ab illis, qui tempore commissi delicti sedebant, & offensi fuerunt, quo casu sequitur regula, quod alteri per alterum iniqua conditio afferri non potest.

Ex quibus non leui ille pena puta, vel remi, vel perpetuæ relegationis saltem à dicto loco Carauagij, & toto Marchionatu est coercendus vltra expensas, damna, & interesse, quæ iuramento in litem sunt taxanda, iuxta Clar.

§. iniu-

§.iniuria vers, sed quæro. De quo latè Farin.q. 105. nu.37. cum seqq.fol.567.& ità, &c.

Laus Deo, & Beatissimæ Virgini Mariæ.

Franciscus Bernardinus Porrus I. C. & Aduocatus Mediol.subscripsit.

Decretum Senatus Excellentissimi in hac causa redditum est tenoris huiusmodi.

Philippus III. Hispaniarum &c. Rex, & Mediolani Dux II. &c.

DIlecte noster relata fuit in Senatu causa Io. Baptistæ Tadini, rei constituti, quod altero ab hinc anno, dum esset ex deputatis prouisionis istius loci, in conuentu, seu consilio ipsorum deputatorum ausus fuerit probra multa, & grauia ingerere in Hieronymum Tadinum ex eisdem pariter deputatis vnum, vt eum absterreret à proferenda libere sententia sua de rebus ibi propositis, omnibusque maturè perpensis, vna cum Fisci nostri voto. venimus in sententiam ut dictus Io. Baptista Tadinus cogatur petere veniam in eodem Consilio, tum à deputatis, tum ab ipso Hieronymo, ibique à vobis grauiter repræhendatur, atque in super mulctetur pœna vigintiquinque aureorum Cameræ Marchionali applicandorum quibus adimpletis, attento carcere, & alijs pœnis quas dedit absoluatur: Cæterum declaramus, eundem Io. Baptistam ad Arbitrium Senatus nostri, elligi non posse Consulem, nec consiliarium ipsius Cōmunitatis, vbi Hieronymus in ea aliquo munere fungatur, volumusque ambos fideiubere de se inuicem non offendendo, nec offendi faciendo sub pœna aureorum quingentorū, & alia corporali arbitrio eiusdem Senatus, sic igitur obseruate, & à quibus opportuerit, obseruari iubete. Dat. Mediolani die primo Decembris 1618. in calce Io. Baptista Saccus à tergo Sapienti I.C. Prætori Carauagij nostro dilecto & sigillat. cū sigillo Reg. Duc. in cera rubea more solito &c. 1618. die Lune decimo septimo mēsis Decembris in tertijs. Coram Egr. I. C. D. Marco Antonio Lampugnano Prætore Carauagij.

Comparet Hieronymus Tadinus, & in causa coram præfato

fato D. Prætore Criminali vertente inter eum actorem, & Io Baptistam Tadinum reum quærelatum vt in actis, & diffinitiuè relata Excellentissimo Senatui Mediolani producit, & præsentat realiter coram vtsupra, & in manibus actuarij &c. litteras dicti Excellentissimi Ordinis diffinitiuè emanatas in causa prædicta, & datas sub die primo præsentis mensis, & petit earum executionem, & pro earum executione fieri formaliter prout mandant aliter &c. ipsoque semper comparente, protestante per se non stare &c. & ponente in omni mora, & culpa eos ad quos spectat &c. omni meliori modo &c.

Prefatus Dominus Prætor visis suprascriptis litteris Senatus Excellentissimi, & eis consideratis pro earum exequutione ordinauit, & ordinat monendum esse dictum Io. Baptistam Tadinum de ipsius Senatus sententia facta in causa criminali contra eum huic officio agitata ad quærelam Hieronymi Tadini, & eidem iubendum vt in primis, & ante omnia pro prædictis adimplendis compareat hodierna die in vesperis in loco Consilij Deputatorum Prouisionis præsentis Burgi ad petendum veniam tum à Deputatis, tum ab ipso Hieronymo ob probra multa, & grauia quæ altero ab hinc anno in Hieronymum Tadinum dum esset alter ex deputatis dictæ Prouissionis ingessit ut eum absterreret à proferenda liberè sententia sua de rebus ibi propositis, & ad hunc effectum uocandos esse Consules Cõmunitatis, & eisdem iniungendum ut curent pro dicta hora congregari dictos Deputatos Prouisionis in loco solito sono Campanæ præmisso si ita seruari consuetum est eisq; congregatis, uel maiorem partem eorum præfatum D. Prætorem adeant vt possit interuenire dictæ congregationi ibique ab eo grauiter dictum Io. Baptistam de prædictis per eum gestis reprahendi, Insuper eundem Io. Baptistam condemnandum esse prout eum condemnauit, & condemnat in aureis uigintiquinque March. Cameræ applic. & statuendum eidem esse terminum octo dierum proximè futur. ad eos persoluendum in manibus D. Fiscalis ad hanc, & alias exactiones deputati sub pęna exequutionis in forma Cameræ eidem fiendæ, Cæterum eidem Io. Baptistæ iubendum etiam ut in posterum etiam si fuerit ellectus cum elli-

gi

gi non possit se abstineat ab exercendo officio Consulis, nec consiliarij huius Cõmunitatis ubi dictus Hieronymus in ea aliquo munere fungatur; & ijs ad quos spectat ut dictum Io. Baptistam ad arbitrium Senatus Excellentissimi elligi non debeant ad aliquod ex dictis officijs durante muнere dicti Hieronymi, Postremo tam dictum Io. Baptistam quam ipsum Hieronymum monendos esse vt termino bidui ambo fideiubeant de se se inuicem non offendendo, nec offendi faciendo sub pena aureorum quingentorum, & precipiendum eisdem esse vt sub pœna corporali Senatui Excellentissimo arbitraria idem serüent de non se se inuicem offendendo, nec offendi faciendo, & ita &c.

Signat. Lampugnanus Prætor.

Die supra scripto.

Cum in prætorio esset suprascriptus Io. Baptista Tadinus pro infrascriptis peragendis vocatus lecta fuit eidem per me actuarium suscripta sententia Senatus Excellentissimi, & data eidem etiam fuit notitia dicti termini octo dierum eidem præfixi ad soluendum dictam condennationem aureorum vigintiquinque sub pena executionis in forma Cameræ vt supra, & iussus fuit vt hodierna die in vesperis se conferat in loco Consilij, & ibi veniam petat à Deputatis, & à dicto Hieronymo ob probra illa, & grauia, quæ altero ab hinc anno in dictum Hieronymum ingessit, & ad sistendum audit urus quæ ei pro graui reprensione per præfatum D. Prætorem dicenda erunt dicta de causa, dictumque ei fuit vt termino bidui præstet fideiussionem de non offendendo, nec offendi faciendo dictum Hieronymum sub pœna aureorum quingentorum iuxta superius ordinata, & certior denique factus fuit pro abundanti cautela dictæ declarationis per Senatum Excellentissimum factæ in dicta etiam ordinatione expresse ne exerceat offitium Cõsulis, nec Consiliarij istius Communitatis, etiam si à Consilio electus fuerit eum elligi non possit vbi tamen dictus Hieronymus in ea aliquo munere fungatur.

Qui Io. Baptista prædictis auditis omnia seruare pronii sit prædictis modo, & tempore, & comparere hodierna die statim post sonum Campanæ in dicto loco consilij ad petendum veniam prædictam, & ad dictam reprensionē audiendum.

In-

Incontinenti vocati fuerunt Maffeus Baffus, Firmus Pontus, Laurentius Deganus Consules Communitatis Carauagij, & eisdem iniunctum fuit vt deputatos Prouisionis in loco solito seruatis seruandis congregati faciant hodierna die in vesperis, & eis congregatis præf. D. Prætorem adeant vt dictæ congregationi interuenire possit.

Eadem die in vesperis.

Comparuerunt dicti Consules in Prætorio ad associandum præfatum D. Prætorem in dicto loco prouisionis dicendo maiorem partem deputatorum illius sono campanæ præmisso congregatos esse iuxta eis demandata.

Incontinenti præfatus D. Prætor vna cum me actuario, & dictis Consulibus se contulit ad dictum locum Consilij in quo reperiebantur nouem ex duodecim deputatis dictæ prouisionis, & dictus Hieronymus qui monitus erat in mane vt compareret in dicto loco in quo verbis offensus fuit à dicto Io. Baptista ad accipiendum satisfactionem ab eo ad formam decreti Senatus Excellentissimi, & cum superuenisset etiam dictus Io. Baptista, nec alij deputati comparerent.

Præfatus D. Prætor dicto Io. Baptistæ iussit vt dictam veniam peteret prout accepit ex litteris Senatus Execllentissimi eidem lectis.

Qui Io. Baptista sublato prius pileo, & ea qua decet reuerentia versus dictos nouem deputatos, siue Consiliarios prouisionis hæc verba protulit, *Signori per obedire alle lettere del Senato Eccellentissimo hauendo offeso alle Signorie Vostre per le parolle che dissi a M. Gieronimo in questo loco alli mesi passati vi dimando perdono*, postea uersus dictum Hieronymum se voluit ipse Io. Baptista, & dixit, *ancora à voi M. Gieronimo per obedire al medemo Senato Eccellentissimo, hauendoui offeso vi dimando perdono*.

Qui Hieronymus prędictis auditis uersus præfatum D. Prętorē hæc uerba dixit *Signor Podestà auerta bene, che bisogna che liberamente dimanda per dono senza metterli quella parolla hauendo offeso*.

Tunc dictus Io. Baptista non expectata aliqua declaratione super dicta petitione Hieronymi pręfato D. Prętori facta versus eundem Hieronymum hęc verba protulit, *M. Gie-*

M. Geronimo per obedire alle lettere del Senato Eccellentissimo ui dimando perdono delle parolle, che vi dissi in questo loco, & vi dimando perduno anco come Christiano per amor di Giesù Christo replicando ve lo domando per amor di Giesù Christo. Qui Hieronymus postea acquiescit, & præfatus D. Prętor hanc dicto Io. Baptistę grauem reprensionem fecit.

Il Senato Eccellentissimo come hauete inteso, poco fà della sentenza da esso, che se ui è letta, mi incarica à farui una graue reprensione per le male parolle, & molte che diceSti contra il Signor Gieronimo Tadino in queSto loco per atterirlo, che liberamente non dicesse il suo parere intorno alle cose proposte, però vi dico in atto di graue reprensione, che hauete fatto un grande errore à offendere de parole le pongenti un voStro parente, e collega, e molto più in un loco come queSto doue si deue parlare con ogni modeStia, & lasciar dire ad ogn'uno quello che ne sentono intorno alle propositioni che si fanno, hora hauete visto, & prouato la mortificatione, & castigo, che per adesso esso Senato vi hà datto in pena del voStro fallo per non sapere voi contener la lingua conforme alli tempi, & luochi, & le persone con chi si tratta, & portar il debito rispetto ad ogn'uno, perciò auertirete bene à non incorrere più per l'auenire in simili errori, altrimēte esso Senato Eccellentissimo vsarà contra di voi maggior rigore, & sarete essempio ad altri.

Ego Iacobus Angelus Ghisonus de Luchis fil. quon Hieronymi habit. Carauagij act. rerum criminalium offitij præfati I. C. D. Prætoris Carauagij pro fide subscrip.

SVMMARIVM.

1 *Pœna calumniatoris ex Nou. ConSt. & Iure communi remissiue.*
2 *De mandato an teneatur si mandatarius erat aliàs facturus.*
3 ConSt. *De prob.* §. *& quia declaratur.*
4 *Minæ ex quibus probentur.*
5 *Differens accusare suspectus eSt.*
6 *Collusio per argumenta probatur.*
7 *Ab expensis non excusatur contra quem de dolo præsumitur.*
8 *Receptatio delinquentis quale indicium præficit.*
9 *TeStis examinatus ad instantiam accusatoris seu Fisci plene*

ne

nè probat pro Reo.

10 *Testis falsus in vno præsumitur in omnibus falsus.*

11 *Puer annorum nouem examinari non potest.*

Allegationes iuris pro Petro Francisco Porro, & Io. Angelo dell'Aqua in causa querelæ contra eos falsò impictæ per Hieronymum Ciprandum.

IN causa mandati ascripti Petro Francisco Porro de occidendo Hieronymo Ciprando vulnerato à Io. Maria Carcano, qui ex post breui conualuit, Illud non agemus vtrum Porrus grauatus sit aliquibus inditijs ex quibus contra eum procedi poterat; sed vtrum accusator tamquam
1 calumniosus puniri debeat pœna Constitutionis sub tit. de accusationibus §. si quis quempiam calumniosè contra quos calumniatores plura legere est apud Didac. Couar. lib. 1. variarum resolutionum cap. 1. nu. 8. vers. præterea, & apud Menoch de arbitrijs iudicum casu 321. & 322.

Sic igitur habendum est inimicitiam existentem inter vulneratum, & vulnerantem causam dedisse dicto insultui, & vulneri subsecuto quò fit vt semper quis præsumatur in propriam vindictam delictum patrasse non autem in cau-
2 sam alienam, & hinc tollitur mandati præsumptio, & hinc etiam dicitur quod quando mandatarius erat alias facturus tunc mandans non tenetur de mandato sed de instigatione ex cumulatis à Bert. in cons criminali 505. sub num, 44. lib. 2. At cum constet ex processu offensiuo de hac inimicitia tum ex testibus ad defensam examinatis dubiu non est quin omnis culpa delicti ad auctorem suum redondare debeat.

His non obstat quod dict. offendens quandoque iacta uerit se habuisse mandatum de eo occidendo non nominando tamen aliquem quia ex hoc non est suspitio aliqua
3 summenda contra Porrum, Præterea super dictis testibus fundamentum aliquod constitui non potest cum eorum depositiones careant mense, & die contra formam No. Cost. tit. de probat. §. & quia plerumque quæ Constitutio procedit annullando per hæc verba, dicta testium sint nulla ergo inditium nullum oritur tanquam lege resistente, tum & celebre est dictum in iure qui non debuit examinari examinatus

minatus inditium non facit, & de hoc, apud Clar. in §. §. quæst. 24. verf. vltim.

Inuenirentur enim innumeri testes qui ita dicerent se audiuisse ab aliquo cui morbo occurrit dict. constitutio ne falsitatibus sit locus ad cuius constitutionis intellectum videatur Plot. cons. 62. nu 7. & 92. nu. 4.

Præterea illi testes fuerunt educti omnes prout ipsi fatentur ex officina dicti Ciprandi prout colligitur ex vtroque processu, & qui omnes testes solicitauit ad testificandu falsò contra eundem Porrum prout licet etiam deducere ex depositione Io. Petri Ritij qui depositionem suam reuocauit dicens aliter scriptum quam dictum & ex omnibus locis ipsius processus aparet initam esse conuenticulam inter Ciprandum, Sebastianum Madium appell. il Sposino, Petrum Paulum Brugoram, & Danielem Rigolam patrem Baptistæ olim garzoni d. Porri contra eum subornati, quæ omnia ex publicis actis apparent, & non vno tantum iuditio in Ciuitate Papiæ, sed & alijs in Ciuitate Mediolani d. Porrum calumniatos fuisse.

Videamus modo numquid aliqua sit causa imaginaria quare Porrus mandatum illud dederit quia nemo sine causa ad offendendum alium mouetur vt dicit Innocen in cap. cum oporteat, & ibi alij Doct. de accusationibus.

Et sanè hæc confingitur causa in processu videlicet quod Porrus creditor dicti Ciprandi appel. il Baretino aliquando minatus fuerit cum illi debitum non solueretur cuius causa in iuditio egit mutuæque verborum contentiones ortæ sunt vt non nulli testes dicunt verum breuiter sic occurritur.

Primo non probari istas minas iuxta ea quæ supra dicta sunt ad dictam Constit. Mediolani.

Secundo testes non dicunt eum minatum fuisse de eo corporaliter offendendo, sed tantum de verbis dictis *te ne farò pentire, & ti voglio far fare vna burla*, quæ verba non inferunt ad minas per viam facti, sed per viam iuris vt dicit Crau. in cons. 151. n. 18. & plene apud Menoch. de præsumpt. lib. 1. vbi præterea multa requiruntur vt minæ inditium faciat sed hic nulla adsunt adminicula imò cum Porrus viam iuris elegisset petendo coram Iudicibus executionem satis ex 4

hoc

hoc cōstat qualiter dictæ minæ accipiendæ forent est enim fortissimum argumentum in iure ab euentu vt dicit Euerar. in locis comm. in loco de euentu,¦& facit illud poetæ *exitus acta probat.*

Neque enim verisimile est quod Porrus adeo insanus esset vt vellet cum creditor esset pecuniarum, earum loco à debitore sanguinem petere ex quo iactura illi omnium bonorum tum vitæ contigisset quin potius illud credendum est quod ij qui illum accusauerunt cum sint eius debitores scilicet Ciprandus & Madius, & alij conspiratores elegerint hanc viam vt perderent dict. Porrum, & falsis testibus oprimerent sperantes hac via indirrecta debitorum suorum cassationem.

Verùm ad conuincendum horum perfidiam,& ne Porrus argui possit de aliquibus minis factis videantur litteræ miss siuæ scriptæ per Porrum, Sebastiano Spōsino quæ postea mutuo datæ sunt per Sposinum, Ciprando vt eas in iuditio produceret ad inditium faciendum super dictis minis quid enim aliud in dictis litteris dicit Porrus quam quod se vindicabit via Iustitiæ, & non aliter quamobrē tantum abest quod Porrus, ei minatus sit vt potius appareat nunquam eum cogitasse de aliquibus minis; sed bene vt suum via iuris consequeretur.

Non etiam omittendum est quod à calumnia nullo modo possunt se excusare dicti conspiratores, & collusores cū
5 à visitatione facta de Ciprando vulnerato vsque ad subministrationem contra Porrum interfuerint menses quatuordecim, & vltra vt habetur apud Crau. cons. 191. nume. 14. neque enim rem tam grandem tandiu tacuisset inquit tex. in l. si quis fortè vers. si quis dubitet .ff. de pęnis Cœphal. cons. 464. nu,28 lib. 4.

Quæ collusio etiam colligitur ex his quod vna eadem est horum habitatio sub ijsdem tectis eadem etiam societas quam etiam ipsimet in suis informationibus fatentur in mercimonio merzariæ tam, & illud quod supra expensum est d. Sposinus litteras illas dedit scriptas per Porrum eidē existimans quod illæ nocere possent tum dictus Sposinus,& testis & accusatoris munere functus est in causa hac capitali fatetur quæ se inimicum Porri ex causa litis ciuilis tum

causa

causa vulneris quod ei detulisset d. Porrum dicit adeo vt multis argumentis Iudex moueri debeat ad coniecturādum hanc collusionem ex qua dicta calumniatio defendit vt dicit Abb. in rubr. de colusionibus detegendis & Cagnol. in 6
l. fraudis de reg. iur. cum alijs cumulatis per Cephal. in cōs. 739. lib. 5. in prin. & plurib. prosequitur Mascard. de probat. lib. 1. conclus. 322. vbi dicit quod cum conclusio dificilis sit probationis ideò per coniecturas probatur, & dicit Lanfran. de Oriano. super c. quoniam cōtra de probation. in tit. de expensis sub n. 5. in fine vbi dicit multū singulariter 7
quod licet quis excusetur ab expensis tamquam habens iustam causam qui multos testes produxit si tamen suspitio esset contra producentem non excusatur ne dolus patrocinetur doloso; videat ergo Iudex quidnam rancidius excogitari potest quàm accusatio, & testimonia contra Porrum composita per eos qui tot deffectibus obruuntur quorum alij sunt inimici alij de furto accusati, alij periuri alij socij inter sese, alij dicti Porri debitores, & decocti ex quo sordido grege omnis hæc accusatio processit.

Et licèt hęc sufficere videantur attamen pensitemus etiā, & examinemus dicta testium contra Porrum examinatorū ad inditium habendum super hoc mandato.

Io. Baptista Rigola qui videtur deponere qui post delictum comissum Papiæ delinquens in domo Porri Mediolani receptus est, & in hoc non est laborandum cum sit singularis tum etiam cum hic famulus Porri ab eo auffugerit furto comisso de quo accusatus iam erat, & sic tam quam seruus contra Dominum qui Domini diuersas res furatus est omni fide indignus est; nec de receptatione argui aliquis potest qui alicui cibum, & potum dederit modico tempore præsertim cum dicat quod in eius domo non pernoctauit vt dicit Bertaz. in cons. criminali 144. sub num. 5. lib. 1. quòd si etiam verum foret quòd Porrus receptasset in dicta domo dictum vulnerantem solitum ad eum acced. re pro mercimonio, et eiusdem Porri familiarem nihil tamē inde inferri potest contra Porrum ex his quæ habentur apud 8
Blanc. in l. fin. nu. 202. ff. de q. Præsertim cum nulla vestigia inimicitię essent inter Porrum, & vulneratum, et tanto minus cum delictum comissum in Ciuitate Papiæ Porrus ve-

rò sit incola Mediolanensis vnde nulla coniectura vrget quare ex hoc mandator præsumatur quidquid sit quando statim comisso delicto quis appareat, & receptet vt inquit Fran. Cas. in tractatu de malefitijs in tit. de inditijs malefitij permeditati tractatu quinto, & ad excusationem amici alium amicum receptantis Mars. in l. vnica num. 239. C. de raptu virginum Clar. in § fin. quæst. 90. vers. aut vero, & tanto minus hæc receptatio inditium facit contra Porrum cum ex depositione Baptistæ Caroij testis examinati super offensino appareat quòd dum d. Carchanus retulisset Porro se vulnerasse dictum Ciprandum illi dixit, *Non vorei che li havessi dato adesso* qui testis probat plene ad instantiam
9 accusatoris vel Fisci examinatus ad fauorem eiusdem Porri vt probatur per Rom. in cons. 104. & alios cumulatos à Francisco Bursato in cons. 152. nume. 46. lib. 2. & his satis quoadhunc fugituum contra Dominum subornatum in remunerationem multorum laborum per herum suum in eũ collatorum pro discenda arte ex qua victum honestè compararet, sunt hæc præmia industriæ, & solicitudinis in eo instruendo.

Reliqui vero testes non sunt refferendi cum iam supra illis satisfecerim.

Postremus verò omnium qui publicato processu examinatus est Baptista de Caroijs puer annorum nouem famulus eiusdem Porri absque iuramento conductus ad Ciuitatem Papiæ à Spofino, & Brugora, & stetit in domo Spofini antequam testificaretur contrarius suprascripto Rigolę cuius depositio adhoc reducitur quòd Carchanus venit Mediolani in festo Annuntiationis Beatæ Virginis anni 1589. quo die erat Iubileum ad Hospitale Maius, & quod stetit per tres dies in domo Porri prout solebat hospitari quotiescunque veniebat Mediolanum.

Falsus apparet in eo quòd dicit quòd in festo Annuntiationis Beatæ Virginis, anni 1589. Carchanus venit Mediolanum, & stetit per tres dies in domo Porri, & tamen Carchanus dicto die detinebatur in carceribus Papiæ, & in vno
10 falsus in cæteris falsus vt habetur per Antonium Gab. late in tit. de Criminalibus concl. 4. lib. 3. comm. op. & si legatur totum examen istius pueri comperietur quòd Porrus

renta-

reprahendidit dictum Carchanum post delictum dicens: *Che si che tu voi andar in galera*, ex quibus verbis Porrus satis exgrauatur iunctis multis verbis quæ breuitatis causa omittuntur.

Aduertatur præterea quòd multæ contrarietates resultant inter eundemmet & Rigolam quæ breuitatis causa omittũtur attento quòd in summario videri poterunt cum ibi annotatæ sint.

Est præterea puer annorum nouem qui examinari non potuit vt inquit Clar. in §. fin. q. 24. vers. vidi quandoque. 11

Omnibus his iunctis ex quibus tamquam iu speculo licet cernere accusatoris, & testium calumniam non dubitat Porrus quin Senatus Excell. in sententiam veniat quin hi condemnandi sint ad duplicatas expensas vltra pœnam afflictiuam corporis exemplarem stantibus presertim deffensionibus Porri, quæ hanc calumniam probant circa quas opere prætium non est vt insistatur cum de se videri possint.

Contra Io. Angelum dell'Aqua sororium Porri imputatum quod fuerit explorator vulgo spia illius vulneris dati Ciprando. 21

Aducitur depositio Hieronimi Rubei dicentis vidisse d. Io. Angelum stantem in media strata facientem signum cum manu versus Carcanum, & ideo se suspicatum fuisse *Che volesse dire, che facesse presto che dasse al mio patrone.*

Et huius depositioni respondetur quòd est satis suspecta cum non aducat causam propterquam id debuit suspicari vnde testis sine redditione causæ non probat vulgatis iuribus imò contra eum præsumitur qui non monuit eius Dominum, vt caueret atque vidit illud signum, & dictam suspicionem concepit: multæ absurditates ex eius dicto leguntur ex quibus apparet quòd fuit testis prætio redẽptus, & vt Ceteri testes subornatus præterea minor est & famulus vulnerati, & tanto magis dicendnm est à d. Io. Angelo abesse omnem suspitionem delicti cum ex dictis testium super processu offensiuo examinatorum cõstet quod ad inuicẽ se salutauerant ex quo amicitia inter eos præsumitur.

Cumque Io. Angelus esset de societate aliorum videlicet Pompei Pillinæ, & Francisci Margantiæ Fabri calceorum, qui erant amici dicti vulnerati magis est vt casualiter ibi

reperti fuerint nec ei debet obesse quod sit sororius Porri cum appareat delictum cômissum fuisse nomine ipsius delinquentis, & in vindictam propriam adeò vt maximam admirationem capiam quod contra hunc miserum sit processum contra quem nulla inditia leguntur, quæ si non sunt contra Porrum vt supra diximus minus considerabilia sunt contra eius sororium pro quo stant etiam deffensiones per eum factæ ex quibus satis miserandę sint illius vices, & dolendę quod indebitam carcerationem, & patrimoni, iacturam sustinuerit, & ex his &c. Fuit absolutus uterque & hoc consilium reddidi annum ætatis agens vigesimum primũ, nec illud ornare curauit maturiorũ factus, ex ruditate ingenioli olim mei voluptatem capiens, nec mihi dici potest emendaturus si licuisset eram. Laus Deo.

Franc. Bernard. Porrus I.C.

SVMMARIVM.

1 *Delictum graue ex qualitate pœnæ.*
2 *In delictis nocturnis leuiores probationes sufficiunt.*
3 *Testes inhabiles in delictis nocturnis sufficiunt.*
4 *Delicta nocturna grauiora censentur.*
5 *Fama publica in delictis nocturnis an probat.*
6 *Inimicitiæ indicium qualem vim habeat.*
7 *Inimicus est is qui non salutat.*
8 *Fuga quod indicium faciat.*
9 *Minarum Indicium.*
10 *Fratris Testimonium an sit idoneum & quando.*

Contra Carcanos; de mandato ad sfrisandum Rotam dato.

NOctis tempore fuit vulneratus in facie cum magna deturpatione, Melchior Rota mercator, super porta suæ apothecæ, & extant signa notabilis deturpationis, excussis ex ore duobus dentibus; Quod delictum est graue, nam
1 grauitas delicti cognoscitur ex qualitate pœnæ capitalis Impositæ per proclamata Suæ Exc. Clar. in pract. §. 1. vers. Sunt etiam Bart. & Ang. in l. leuia ff. accusat. declarando, vt per Farin. q. 18. tit. de delict. nu. 83. cum seqq. numeris, &

& in hoc delicto, quando de nocte commissum est, leuiores probationes sufficiunt, Crau. conf. 178. nu. 2. Gram. cõs. 1. nu. 1. & 17. nu. 5. & admittuntur testes etiam inhabiles, Hippol. Marsil. in l. Dominus directus §. plurium. num. 73. ff. quæstio. Dec. conf. 163. nu. 8. conf. 183. num. 6. Alexan. conf. 156. col. 4. lib. 4. & inspecto etiam tempore noctis dicuntur grauiora, Marsil. conf. 83. num. 16. Blanc. l. fin. num. 198. ff. quæstio. 2 3 4

Cæterum dictus Melchior visitatus, reiecit causam in patrem, & filios de Carcano, optimis adductis rationibus, quas decet versari ante oculos Iudicum, & primo, ex quodam timore, quem conceperunt Carcani contra eum, vti riualem in eodem exercitio filisellarij, ob apothecarum vicinitatem, Tum quia illi, vt nocerent dicto Melchiori multa machinati sunt ad impediendum societatem cum Francisco mercatore serici, instrumento publico iam annotato per Ferrãdum Taegium notarium publicum, & eorum culpa societas effectum non habuit, Tum quia etiam seminarunt discordiam inter eum, & fratrem suum Franciscum Mariam, persuadendo ei, quòd ab eo se separaret, cum malè versaretur, & eum fraudaret; & sequestrationem rerum ad securitatem, & cautionem suam procuraret. Tum quia immisserunt satellites in eius apothecam pro executione facienda ex causa Paratici non soluti, id quod probatum est per ipsosmet satellites examinatos. Tum quia sollicitabant creditores dicti Melchioris, vt contra eum executiones fieri facerent, insinuando, quòd non erat soluendo, vt illius famam labefactarent apud omnes mercatores, Tũ quia in contemptum deijciebant niuem è tectis non suis, in tecta, & domum dicti Melchioris, Tum quia etiam minatus fuerat Cæsar de eo offendendo, *Se douesse andare à casa del diauolo, io che lo voglio far fare*, Patre dicente; *Cogliono quello che hai da fare falo presto*, Tum quia dictus Melchior præmonitus, ab eis cauebat, & hoc pluribus ante sfrisationem prædixerat, Tum quia, dum Melchior iturus esset versus Ecclesiam maiorem cum Iacobo Philippo Ripa, Cæsar, & Io. Baptista Carcani eum obseruabant in summitate viæ appellatæ *la stretta di Santo Gioanni* eum venientem, Quæ signa multum monere debent Iudices.

Videndum modò an assertio dicti Melchioris tot argu-
4 mentis communita, corroboretur testibus, aut alijs probationibus.

Primò, ponderandum est, quòd statim exorta est publi-
5 ca fama contra dictos Carcanos ex causa dictæ riualitatis mercimonij, quæ fama in nocturnis delictis, & difficilis probationis facit plenam probationem, Gram.consil.
57.nu.17.Marsil.cons.116.nu.61.Boss.de inquis.nu. 29. Farin.de ind.& tort.q.47.nu.106. & in Statu Ecclesiastico similia delicta, quæ de nocte committuntur plenè probant, Const.March.lib.4.cap.22.Appostill.ad Clar.q.21.num.3. vers.Item addo.

Secundò, inimicitiæ qualitas facit, vt cum dict. Melchior
6 nullam, eis, exceptis, habuerit inimicitiam, insurgit vehemens præsumptio dicti delicti contra eos, Clar.q.21. vers. Inimicitia vbi in fine dicit, quod vidit quandoque etiam quo ad torturam seruari, quòd quando delictum fuit clam commissum, & nullus alius imputatur, torquetur Reus, & hanc inimicitiam ex non salutatione fatentur ijdem Carcani, inimicus autem præsumitur, qui non salutat, Masc.de prob.conclus.899.lib.3.nu.33.34.

Tertiò, quia ex depositione Io.Iacobi Mantegatiæ sarci-
7 natoris, qui erat de societate vulnerati eo tempore, resultat, quòd propè domum visitati, erat vnus inuolutus pallio, qui fricabat faciem, seu mentum, & hic suo indicio erat is, qui visitatum vulnerauerat, sunt autem ambæ domus, tam sua, quàm aduersariorum contiguæ, & fuit facilè executioni mittere hoc scelus, attenta vicinitate locorum.

Quartò, fuga incontinenti sequuta Carcanorum, quam
8 ipsimet fatentur, & ea fuit ante accusationem datam, quæ non leue indicium parit, & arguit conscientiam delicti patrati, ex Clar.q.2.vers.Fuga, & vt ibi sola suspicio ad torturam Masc.de prob.concl.819.nu.15.Boss.de ind. & confid. ante tort.nu.49.vers.Aliud inditium verisimile, & iunctis adminiculis, facit etiam probationem ad condemnationẽ delicti, Tib.Decia.cons.18.nu.71.vers.Maximè.lib.1. Hanc fugam, & latitationem fatentur Carcani, & ex relatione satellitum, qui statim accesserunt ad eos perquirendos, nec inuenere.

Quintò,

Quintò, quod dict. Melchior non benè conceperat suspitionem de futura offensa ei inferenda per Carcanos, nam ex pluribus ante signis prænuntiauerat diuersis amicis, quod de eis plurimum suspicabatur, & inter eos Hieronimo Garzono pileario, & ostendiderat, indicaueratque ei exploratorem dict. Carcanorum quendam puerum filium Rubei Carcani, & rogauit dict. testem, vt respiceret ad fenestras Carcanorum, vbi illi erant expectantes forsan futurum exitum. Qui eum consuluit. *Che si ritirasse in casa la sera se haueua sospetti*, & ad idem tendit depositio Io. Antonij de Publicibus.

Sextò, accedunt minæ Carcanorum, de offendendo Rota, probatæ per Laurentium de Nigris, qui deponit, quòd quodam vespere prope festum Natalis Domini audijt Cæsarem, & Io. Baptistam fratres Carcanos, dicentes; *Al sangue, che non voglio dir d' Iddio, voglio poi anco darne vna*, non exprimendo personam contra quam minabantur, & suspicatus est testis, quod hæc dicerent versus dictum Rotam, quia tunc in eius apotheca aderant duo mercatores, qui merces emebant, Iusta autem fuit causa huiusmodi suspitionis, nempe quia testi erat nota inimicitia causata ex emulatione eiusdē artificij vt supra, & quia audiuit à vicinis, quòd Carcani obloquebantur de dicto Rota, inter quos à Francisco offario, & quòd hæc verba minatoria respicerent dictum Rotam, confirmat testis optima ratione: nam tunc etiam audiuit; Cæsarem Carcanum dicentem hæc verba, *Egli è venuto a cacciarci quà nelle cose, gli ne voglio poi anche far vna.* 9
Hæ enim minæ sequuto statim delicto plurimum contra eos ponderis habent, Clar. q. 21. vers. Minæ præcedentes, Farin. de ind. & tort. q. 50. nu. 14. & tanto magis, quia cum dictis minis concurrunt plures aliæ coniecturæ, & minæ probantur etiam per duos testes etiam singulares, idem nu. 40. vers. Sublimita primo de his plenè agit, Mascard. de prob. concl. 1061. lib. 2.

Septimò, non aspernanda est inter indicia depositio Fran. Mariæ Rotæ fratris visitati, dum narrat, quòd ad eū existentem in ciuitate Genuæ fuerunt missæ litteræ per alteru ex dictis Carcanis, vt Mediolani quamprimum veniret, quia eius frater omnia dissipabat, prout venit, & cum

fratre suo de hoc contenderit, & in mane ad dictam Carcanorum apothecam accessit, qui ei suaserunt, ut secum iret ad domum Causidici pro impetrando præcepto executiuo ad reponendum ad præiudicium dicti eius fratris, & vt illi postea rationem redderet suæ administrationis, *& che gu ista era la strada dimandarlo in rouina*, verum ex post ipsi fratres inter se fuerunt concordes, & quod accedebant ad mercatores diffamantes dictum eius fratrem vti fallitum, & licet sit frater, nec regulariter admittatur pro fratre, suppletur tamen eius fides ex tot adminiculis, iuxta id, quod dicitur de teste inhabili, Farin. q. 54. nu. 129. tit. 7. oppos. contra testes, & q. 62. nu. 329.

10 Postremo etiam non mediocriter adiuuat accusationem hanc mala qualitas dict. Carcanorum, de qua extant publicæ Notariorum fides exhibitæ, ex quibus apparet eos esse rixosos, & manuprom ptos, & ad iniurias inferendas paratos, & proclines, & inter alias fides, quod virtute Decreti gratiosi fuerunt liberati ab insultu, iniurijs, priori euaginatione, & vulneribus illatis Andreæ Catiæ, vnde succedit regula, semel malus.

Quæ autem resultant circa impugnationes testium hinc inde examinatorum non refero, quia nullo modo elidunt specialia indicia contra eos existentia.

Ideo videntur Carcani etiam in statu, ut de mandato ad sstisandum dictum Rotam sint puniendi. Fuit facta ordinatio in anno 1615. De mense Septembris Referente D. Præt. Mediolani Sagaraga Hispano acutissimi ingenij viro Ordinationis tenor hic est.

Laus Deo.

Franc. Bern. Portus I.C.

GRatia, & restitutio gratiosa facta a Principe, Tettono, aduersus condemnationem capitalem, fuit sub conditione, quod exulet per annum, ita vt interea pendente cōditione habeatur pro non restituto, nam si occideretur homicidium esset impunitū, & est regula generalis quod gratia conditionalis est imperfecta, nec aliquid operatur nisi conditione purificata, Dec. in famoso consilio reddito pro Cardinali aggratiato sub conditione 405. lib 2. & quod gratia

gratia stet in suspenso, & simul illius effectus, est tex. in c. si pro te. de rescr. in 6. & ibi glos. & Doct. glos. in clem. 1. de concess. præben. & adeo gratia conditionalis est imperfecta, quod neque aliquod beneficinm, aut commodum affert, Rota decis. 4. de off. deleg. in nouis, & decis. 9. de præben. Paris. cons. 82. nu. 7. lib. 4. & alia ad rem adducit Menoch. cons. 105. num. 86. vbi quod conditio suspendit ipsam substantiam. Cuius rei argumentum sumitur, quod bannitus non tollitur de albo nisi lapso anno, quia pendente anno durant vires ipsius banni. Nec ab re Senatus in approbatione gratiæ adijcit hanc conditionem, quod aggratiandus exulet per annum à die homicidij patrati in aliquã pœnam, quia esset res admodum turpis, quod homicida sanguine adhuc calescente, ambulet in populo, maximè ante conspectum offensorum, arg. l. cum supra viuentes, C. re milit. lib. 12. ex Boss. in tit. de remed. ex sola clemen. Princ. num. 47.

Conquiescit ex his obiectum I. C. & bene eruditi Bossii, dum contendit secundum chirographum viribus subsistere, cum tempore habili attentis præmissis, quia de eo tempore idem iudicandum, quod de tempore ante gratiam non purificata eo tempore gratia per euentum conditionis, iuxtà l. cedere diem. ff. verb. signific.

Secunda principalis inspectio, quæ vulnerat, & confodit Tettoni obligationem erga Sonialiam illa est, quod ea obligatio qua tenebatur Tettonus ante bannum, extincta fuit per bannum subsequens, sequuta iam bonorum publicatione erga fiscum, imò si etiam perueniret ad pinguioré fortunam non tenetur prioribus creditoribus, per text. in l. tutor filiorum, C. fen. pas. Boss. de proclamat. quod sit bon. public. num. 14. Ea est ratio, quia obligatio semel extincta post mortem similem naturali adæquatum, amplius non reuiuiscit, l. qui res. §. aream. ff. solut. Gram. decis. 85. dum Mag. in fine. vbi quod similes sunt ab eorum creditoribus liberati, ergo hæc obligatio est inefficax, quia non habet cui adhæreat, ipsam enim prohibitionem a contrahendo, quia ex dispositione statutorum amittit etiam ea, quæ iuris communis sunt, Boss. de bon. public. nu. 70. & ex congestis a Farin. q. 102. nu. 25. lim. 1. ergo contrahendo, &

se

se obligando nihil egit. Menoch. in conf. 389. nu. 14. & 185. nu. 26. vbi quod non reuiuiscit etiam ex consensu partium, quicquid sit ex iuris communis dispositione, ex Ceph. conf. 324. lib. 3. & Peregr. de iure fisci. lib. 3. tit 7. nu. 19. Caball. casu 264. nu. 28. & 40. & in terminis nostris, & statutorum nostrorum Mediolanensium, c. banniti a ciuitate Mediolani, trad. Ias. conf. 166. col. 3. vers. quarto facit, lib. 2. late Menoch. qui meminit horum omnium statutorum conf. 603. lib. 6. & adeò vera est conclusio, quod liberatur debitor a creditoribus per publicationem bonorum; vt nulla amplius dicatur obligatio, ita vt fideiussor postea datus nō obligetur, cum nulla adsit principalis obligatio cui adhærere possit, imo nec naturalis in eo obligatio est, Peregr. de iure fisci. lib. 5. tit. 1. de public. bon. nu. 5. vers. & adeo.

Quoad secundam dubitationem in motiuo excitatam, quod is, qui promisit ad centum se obligaturum, statim possit conueniri ratione euitādi inutilis circuitus, ex Stracca de assecurat. Mercat. nu. 55. respon. ideò superfluam esse quæstionem, attenta nullitate dictæ obligationis vt supra dixi, Verum, vt nihil prætermittatur, opportunum esse duxi sic respondere, Quod hæc promissio, non purè, & simpliciter prout loquuntur Doctores allegati à Stracca; sed sub diuersis conditionibus. Secundò respondetur, quod illa opinio non est tuta, & infiniti eam impugnant, relati à Tiraq. de retract. ad finem tituli. nu. 41. cum innumeris seqq. ex quibus quisque iustum volumen confici posset. Tertiò, dicta promissio dicitur facta per errorem ab eo, qui erat liberatus à dicto debito mercantili, ideo nec oritur aliqua obligatio; Bald. in l. iurisgen. in prin. in 2. lect. pri. par. nu. 3. per l. si procur. ante donat. Et quando circuitus potest aliquo modo esse vtilis debet obseruari; Crauet. conf. 376. num. 24. Mantica de ambig. conuent. lib. 16. tit. 13. incip. Nunc verò fol. 258. in 2. par.

Addo, quòd obligatio sine causa præsumitur per errorē, nec tenet, Alex. c. 9. nu. 12. lib. 5. Ias. §. in personam, nu. 33. instit. de action. Felin. c. si cautio. de fid. instrum. Seraphin. de priuileg. iur. priu. 77. nu. 67. vbi, quod non potest peti executio instrumenti obligationis sine causa, non obstante iuramento in eo apposito, neque hic cadit aliqua donatio-

nis

nis coniectura, cum repugnet qualitas Tettoni, & certum est, quod causa obligationis refertur ad debitum extinctum vt supra Vnde quilibet fatebitur per errorem secutam fuisse dictam promissionem, cum ille crederet se teneri virtute antecedentis obligationis; non potest etiam dici Tettonus contraxisse, quia contractus debent esse vltro, citroque obligatorij, iuribus notissimis. Laus Deo.

Porrus I. C.

Magnum Deum, & Saluatorem implorando.

GRauis est adeò causa ista, in qua agitur de Nobili, & honestissima muliere à Ludouico eius viro, cum scientia, & participatione Io. Baptistæ Vicecomitis, eius patris crudeliter necata, vt factum memoria recolere, nedum animum perturbet, sed omnibus apertum faciat, iniquitatem patris, de scientia, & participatione rei constituti, coequali supplicio dignam esse, quod vt facilius introspiciat Senatus, super inditijs, & argumentis magis vrgentibus, quæ ex serie processus non obscurè elliciuntur differendum est.

Constat autem in primis eodem die sequentis noctis patrati facinoris, Patrem filio epistolam transmisisse, Ludouico à Michaele Nuncio scisitatum fuisse, an Donatus Frassus insignis sicarius, qui tanti delicti socius extitit, Grontardi reperiretur, quo intellecto patri epistolā transmisisse, & Nuncio imperasse, vt Donatus quamprimum illi per patrem transmitteretur, venit itaque Frassus, qui etiā præcedenti hebdomada, tribus diebus in domo Vicecomitum steterat, ad Ludouicum accessit, & simul omnes vxorē iacentem, & nihil mali cogitantem, sequenti nocte necarunt, Igitur quid aliud coniecturari licet, quam patrem futuræ necis non ignarum, Donatum patris amicissimum, & intrinsecum, vt Olimpia, Paneuinus, & ipsemet testatur ad filiam ad tantum committendum scelus transmisisse, sine quo certè inaudita mariti inhumanitas deferbuisset, actus enim subsequutus patris animum, & scientiam demonstrat. §. Pauonum inst. de rerum diuis. Menoch. lib. 3. præsump. 30. nu. 54. Factusque præsumitur in executionem

prætendentis mandati l. quædam .ff. de rei vendic. Crau. conf. 284. nu. 6. Menoch. lib. 2. præsumpt. 74. nu. 3. & præsertim in arduis delictis, quæ verisimiliter fine Patris, & Domini scientia patrari non solent Berr. conf. 118. lib. 3. Lancellot. de attent. cap. 1. nu. 82. & seq. Farinac. de consult. q. 134. nam. 80.

Quod sanè argumentum, ex eiusdem Michaelis depositione coadiuuatur, dum inquit, se opinari, epistolam de transmittendo Frassum Cremonam, fuisse conscriptam, vt Ludouico vxore necanda opem ferret, & prius veritatem subticuisse, ne Dominis ex illius depositione detrimentum inferret, cui se ita credere deponenti fides, & authoritas est adhibenda, quia super re deponit, ex qua scientia, & participatio patris coniecturatur, quæ sensu corporis percipi, & perfectè cognosci non potest, cum sit difficilis probationis, quo casu testis de credulitate deponens perfectā fidem facit, Farinac. de opposit. contra testes q. 68. nu. 81, & seqq. & maximè alijs adminiculis concurrentibus, vt sensit idem Farinac. præcitata q. nu. 101.

Sed si maximi sunt hæc inditia momenti, profectò leuiora non sunt, quæ subsequuntur.

Carnale etenim comertium habuerat constante matrimonio Ludouicus cum altera Olimpia ancilla, quæ ex eo grauida effecta, filiam in domo patris scientis pepererat, & quam licet Nurus sæpius deprecata esset, vt extra soceri domum dimitteretur, attamen, vt inquit Olimpia in eius depositione; socer, vt male audiuerat matrimonium filij, ita maluit in odium Nurus ancillam in domo retinere, quā honestissimis postulatis Nurus morem gerere, igitur, si socer Nurum odio prosequebatur, sequitur, vt illius necis sciens particeps, & consultor etiam fuerit, quia culpa habenti odium adscribitur glos. in l. si Merces §. culpæ .ff. locat. & leg. fin. in 1. ff. sol. matrim. & odium est causa necis, vt inquit Cicero 2. officiorum *quem metuunt, oderunt, quem quisque odit periisse necesse est.*

Ad coniecturandam præterea scientiam, & participationem patris, ad filij vxorem interimendam, quam maximè conferunt, colloquia, prandium, amicitia, & conuersatio Frassi cum Io. Baptista, ante necem vxoris quam Paneui-

neuinus, Olimpia, & ipsemet in eius constituto fatetur, ex illa enim nedum ad torturam, sed ad pœnam etiam irroganda inditium oriri scriptum reliquerunt Menoch. lib. 1. præsumpt. q. 89 nu. 73. in fine, & Farinac. de inditijs, & tortur. q. 43 nu. 171. & sequentibus vbi Natam reprobat in cons. 298. vol. 2. ea ratione, quod inter malos, & improbos homines conuersatio non amicitiæ, sed fraudis, doli, & conspirationis nomine contineantur.

Sed si maiora etiam ad conuincendum Reum desiderantur, non desunt, nec mendicata quidem, sed ex processu omnia manifeste deprompta. Ludouicus enim necata vxore, mente turbidus, inops consilij, transmisso sibi per Patrē equo, super quo ad Canum in domo familiæ Zenardæ deinde consistens, æquitauerat, ad patrem colloquendum, Cremona discedens, accessit, quem pater benigne recepit, secretèque alloquutus, & consiliatus est, verum, qui scienter delinquenti equum accomodat punitur Rim. cons. 310. nu. 32. lib. 2. Farinac. de consult. q. 132. nu. 13. sicuti etiam qui delinquentem in domo propria, vel aliena recipit, & qui facto, vel consilio post delictum delinquenti auxilium præbet, quæ sententia adeò veris Iuris conclusionibus nititur, vt auxilium post delictum non solum scienter, & dolosè præstitum censeatur, verum etiam præcedente tractatu, & præmeditatione, occulti enim consilij præsumptio contra præstantem auxilium oritur, quæ ad torturam, & ad condemnādum indicium facit. Menoch. libro 1. præsumpt. quæst. 89. nu. 108. Farinac. de consult. q. 132. n. 34. qui alios studiosè recenset, quis enim est, qui sibi possit persuadere, vel patrem tantæ dementiæ, vel filium tantæ audaciæ, quorum, ille, audita sceleris immanitate, filium recipere, & consiliari potuerit, hic verò patrato vxoricidio, ad patrem potuerit, auxilij, & consilij causa accedere, nisi fateamur, non minus patrem, quam filium futuræ necis conscium fuisse, quam etiam pater filium acceptando, colloquendo, & consiliando preclare ratificauit, vt animaduertit Farinac. de consult. quæst. 135 num. 51. quæ sanè ratificatio ad pœnam incurrendam mandato æquiparatur, vt per eūdem præcitata q. nu. 54. & seqq.

Comprobantur hæc omnia praclare ex minis illatis famulo

mulo Zanardi, vt ex eius depositione colligitur, cui Io. Baptista imperauit, vt transmissionem equi, accessum filij ad Cauum, & colloquium eiusdem, si vllo futuro tempore interrogaretur, silentio inuolueret, alioquin mortem minatus est, quam toties in iudicio pertimescere declamauit, Ecce igitur contaminata patris conscientia, qui futurum iudicium pertimescens, silentium imposuit, & minatus est, in præteritis enim futura timemus, iudicamus, & metimur, Menoch. lib. 1. præsumpt. q. 89. nu. 103. quæ propterea, cum incontinenti post patratum scelus ad illud obruendum, factæ fuerint, vehemens contra Reum ad torturam, & etiam condemnandum iudicium faciunt, Gandin. in tit. de præsumptio, & indit. indub. post nu. 25. ibi paulo ante maleficium commissum Mascard. de probat. concl. 1057. num. 4. Farinac. de indit. & tort. q. 50. nu. 14. Nareman. in pract. foren lib. 1. tit. 21. obseruat. 3. Suarez. in Thesaur. in verb. minæ, nu. 158. Farinac. cons. 29. nu. 10. animus enim, & voluntas cuiusque non solùm ex factis, sed etiam ex verbis declaratur l. labeo, cum ibi notatis ff. de suppel. legat. cui sane testi non est hæsitandum, quin plena fides adhiberi debeat, quamuis prius negauerit, & deinde conuictus, & tormentis affectus, non solum veritatem dixerit, sed etiam de subornatione, & minis illatis deposuerit, quia certa est iuris conclusio, non primæ, sed vltimæ depositioni fidem adhibendam esse, & authoritatem. Didac. lib. 2. variarum resolutio. cap. 13. nu. 8. vers. sed & si testis ostenderit Capic. decis. 71. nu. 1. & 2. Menoch. de Arbitr. Iud. lib. 2. cent. 2. nu. 2. quæ sententia vera est, siue incontinenti, siue ex interuallo secunda depositio in tormentis emanauerit, vt infinitis propemodum authoritatibus relatis, scriptum reliquit Farinac. cons. 79. nu. 11. in fine, & in tract. de testib. quæst. 66. nu. 165. & seq. pluribus, & nu. 179. & nu. fin. vbi hanc sententiam verissimam arbitratur in seruis, famulis, & vilibus hominibus, qui eum in iudicijs sine tortura non admittantur, quamuis in periurium inciderint, attamen secundæ depositioni in tormentis emissæ fidem adhibendam esse cēset.

De cæteris nunc inditijs, quæ ex constituto ipsius Rei emergunt, differendum est, & quæ ex solitis, & consuetis, ex inconstantia illius, & ex trepidatione, & tristitia eiusdem colliguntur.

Mos

Mos est,& consuetudo Ciuitatis, in obitu alicuius, affines,& propinquos visere,& consolari. At socerum interempta Nuru, domi se continuit, ad Matrem,& patrem non accessit; sed nec Prætorium attingere, & nemini officium suum, pro facinore detegendo proponere ausus est, quod sanè magnum est culpa,& nocentiæ signum, vt post. Rol. Aretin.& Oldrad. animaduertit Farinac. cons. 37. num. 21. in fine,& quamuis huius neglecti, & omissi offitij causam eius infirmitati,& quod ita fuerit ab eius aduocato cósultus, attribuat, neutra tamen probabilis est, & subsistens excusatio, tum quia potuit statim Cremona discedés in Rheda Ruri vehi, tum quia, mox inquit, interempta Nuru, per Ciuitatem iter non habuisse, quia nondum lugubrem vestem, qua se indueretur, habebat, tum præterea, quia si aduocato detexit, se fuisse scientem,& partecipem delicti,& tunc optimum, & saluberrimum consilium fuit, idque probemus, sed ob id condemnandum esse contendimus; quod si Aduocato veritatem subticuit,& tunc dicere, sic consultum fuisse non est aliud, quàm apertè, in re tam periculosa clientem in discrimen adducere.

Cæterum, de Rei inconstantia, tristitia, & timore pauca dicenda sunt, vt omnia tandem indicia absoluamus; prius enim negauit Reus, se scripsisse Ludouico ante necem Olimpiæ, deinde epistolam fassus est, mox interrogatus, quare ab initio recusabat præstare consensum filio ad matrimonium contrahendum, oculos in altum eleuauit, & contristatus est,& tandem fassus est, se timere, ne in vulgi opinionem labatur, quod ipse sit particeps eiusdem delicti; Quid maiora desideramus, timebat iustus Profeta iudicium Dei, & ideo clamabat, *Tibi soli peccaui Domine, & malum coram te feci*, & reus iste veretur iudicium Populi, & vulgi opinionem reformidat. Quare inconstantiæ, timoris, & tristitiæ, signa ad Reum torquendum,& condemnandum, maximi esse momenti, fatentur Grammat. in notab. 30. nu. 17. post Bart. in l. de minore. §. plurimum. nu. 3. ff. de quæstio.& præsertim alijs concurrentibus inditijs. Paris de Put de sindic. in verbo tortura, vers. viso Luc. de Penn. in l. quoties C. de dignit. lib. 10, Aret. in tract. maleficiorum in verbo fama publica, n. 105. Mars. in pract. Crim. §. diligenter, n. 74 Blác. de

de indic.& tortur.num.259. Carrer in pract.crim. pag.47 in 16.indictio.Plot.in l.si quando num.886. C.vnde vi Iul. Clar.in pract.crim.§.fin.quæst.21.verf.cæterum sola,Thesaur.decis.24.nu.10.Menoch.de præsumpt.lib.1. quæst. 89. nu.72.Quorum sententiam præclarè comprobarunt Cicero,& Demostenes,ille lib.2.ad Herrennium his verbis titubatio,mutatio coloris,oratio inconstans, tremor, & id genus alia,nempe,si constiterit, Reum, cùm ad eum ventum est,erubuisse,titubasse, expalluisse, inconstanter loquutum esse,concidisse,pollicitum esse aliquid,& pro Milone, magna est vis conscientiæ in vtramque partē,vt nec timeant, quæ nihil comiserint,& pœnam semper ante occulos versari putent,qui peccarint, hic verò in oratione, de falsa legatione in hæc verba, conscientia scelerum eripit audaciā, linguam reprimit,obturatos,angit,silentium imponit, Nā cum sit timida nequitia, testimonium dat cōdemnationis, semper enim sæua præsumit perturbata conscientia, Quare,etiam si socer testibus probare conatus sit, amorem, & beneuolentiam,qua Nurum prosequebatur, & effusas lachrimas,eius morte audita, sunt tamen hæc figmenta poetarum,ficti colores,dissimulatæ lachrimæ pactus tragici,cōuersæ voluntates,& lachrimæ Crocodillorum, qui hominem crudeliter interemptum deplorant.

Hæc itaque omnia inditia. vbi singula per se considerata,indubitata non essent, neque ita Senatus iudicium arctarent;quin posset animum in cōtrarium inclinare, Paul. in l.fin.num.5.C.de probat.Boer.decis.164.nu.3.& 4. Attamen cum inditia multa sint,casus grauis, & delictum occultum,& in his versemur, quæ sunt difficilis probationis, simul iuncta ad Vicecomitem in ordinariam etiam pœnam condēnandū perfectā probationē inducunt,plura enim inditia,& imperfecta,ad plenam probationē cōstituēdā coniunguntur,ex vulgata regula si non prosunt singula, multa collecta iuuant,Bald,in l quicunque col.6.verf.7. nota C. seruis fugit. Alex cons,24.col.fi.lib.2.Gram.cons.136.num. 12.Callefact.cons.crim.diuers.103.nu.21.p.1. Mascard. de probat.concl.496.nu.4.lib.1.Farinac.cons.37.nu.8.& plura dubitata inditia faciunt vnum inditium indubitatum ad condemnandum in pœnam ordinariam sufficiens Bald.in l.fin.

l. fin.num.2.verficu. fed quando,& verf. item ponit,& num. 3.verf. patet ergo,vbi Alex.num. 2.C. de probatio.Igneus in l. excipiuntur.num.30.31.33. ff. ad Illanianum. Brun.de indit.& tort. par.1.quæft.4.num.3.verf.quod intellige Boff.in tit. de conuict. nu.26.

In pænam autem vxoricidij, quod etiam Paricidij nomine continetur, vt per Farinac. de mod. quib. committ. parricid.quæft. 120.nu. 129. fcientes,& particeps non folum de iure communi, eadem pæna puniuntur ex traditis per eundem conf. 104.num. 23. & Menoch de arbitr. in addit.ad caf. 356.nu.35. fed. Nouis Conftitutionibus in tit. de pæna. cum textura membrorum,in Rota lignea interminuntur.

Quod fi iudicio Senatus cum Vicecomite pæna extraordinaria agendum,effet,fi in Ciuitate permittatur, inimicitiæ, & fimultates ntnrientur, quod optimo Regimini non conuenit,fi exulari iubeatur, facile poterit,Ludouicum proditorem vxoris,Hoftem Patriæ; & Principis inimicum auxilio, & opibus fouere.

Quare, reliquum eft, vt ac in caufa Excell. Senatus ita fe præbeat, vt exemplo Vicecomitis, cæteri pudicitiam,& honeftatem Mulierum venerando ab huiufmodi flagitiofiffimis, & execrandis fceleribus abftineat.

Laus Deo B. V. ac B.Francifco.

Contra Io. Baptiftam Vicecomitem in caufa necis fequutæ in perfonam nobiliffimæ Olimpiæ Burgæ.

ETfi natura ipfa omnium rerum parens abhorreat Patrẽ, qui plus filium,quàm fe ipfum amat,iux.not.in l.ifti quidem.ff. & quod metus caufa fuadere ei facinora, ac flagitia cohortari,& proinde non præfumitur ad delicta mandatum dare.Innoc.in c.cum ad fedem, de reftit. fpol. Iac. Menoch. præf.27.lib.5.in tract.de præf. & in terminis pro patre confuluit Tiber.Decian.conf.88.lib.3 conf.4.n.50.idem Menoc. conf.655.lib.8.qui confuluit contra Io. Baptiftam Reinam in caufa homicidij de eius mãdato in perfonam equitis Corfini Bergomenfis; Attamen fufficiunt coniecturæ inter quas receptationis delinquentium,fcilicet Donati Fraffi,poft delictum,& licet hæc coniectura ceffet quoad receptationem filij,attamen fuftinetur indicium quoad Fraffum, & alios

participes siue fauores tanti sceleris, quale est homicidium patratum in personam innocentissimæ illius (vix cohibere possum lachrimas) cum & ego multarum filiolarum sim pater, & timore me iubet insignis pietas. Id enim probat Felin. in c. afferte. num. 11. De præs. ac alij allegati à Menoch. dicto cons. 780. num. 22. vers. Quinta coniectura, & magna contra eum insurgit præsumpt. in retinendo in domo ita facinorosos. Alcia. in l. Pronunc. § seruentium. ff. de verb. signif. Menoch. dicta præs. 27. nu. 17, vbi latè. Hoc verò eò magis habet locum in conscio, & participe parricidij, cum sit speciale vt sufficiat quem esse conscium per tex. in l. vtrum. ff. ad l. Pomp. de Parricid. qui tex. locum habet etiam in extraneo, prout de communi attestatur, Decian. lib. 9. cap. 13. n. 3. imo sola scientia absq; reuelatione obligat ad grauem pænam. Farinac. q. 120. nu. 153. & quòd vxoricidium veniat sub nomine parricidij sub cap. 11. tit. de vxoricidio fol. 265. tom. 2. Farinac. q. 120. num. 129. tit. Quibus mod. commit. parricid. vers. Amplia xviij. in marito, & eandem pęnam imponendam socero conscio, & participi quã parricidæ volunt DD. relati a Farinac. dicto loco nu. 138. vers. Amplia xxv.

Porrò inter indicia quæ accuratè ab altero consultore recollecta sunt, qui plura & si dubitata dici possint cõstituunt plenam probationem in delicto de se difficilimæ probationis, plurimum me commouit animi alienatio in socero, ab hoc matrimonio a principio vsq; ad obitum huius misellæ, quia extrema medijs, & extremis media iunguntur, & cohærent, & impressum erga nurum innocentem odium soceri causam dedit, quod filius vt rem etiam gratam parenti faceret a quo seorsum viuebat, post tempus coniugij, quemq; malè erga se affectum sentiebat, ad hoc crudele homicidium animum aduerteret. Res similis exempli nonnullis ab annis contigit in hac ciuitate; Nam cum quidam *Io. Baptista* aurifex desponsasset patre inscio quandam puellam forma elegantem pudicitia insignem; Tulit hoc egre pater adeò vt filius cogeretur viuere separatim a patre; tædio autem pertesus inde ad decem menses post infestas nuptias in domum cum venisset occurrit ei vxor prægnans eum amplectens, verùm ille loco amplexuum, & osculorum reddidit vulnera, & cædem; exitus huius qualis fuerit audi? Paruo interiecto tempore pęnitentia ductus, cum respirare pro scelere non

posset,

posset, & conscientia eum flagellaret, tradidit se in societatem eorum qui expilarunt vasa argentea è Monasterio Sanctæ Marthæ, mox laqueum, & crucem pretium sceleris retulit, Deo vindice tantæ immanitatis. His additur quòd cum debuisset pater extra domum dimittere ancillam, quæ dedit filio filiam, nec eam ferre ante oculos zelotopiæ nurus ardētis ob amorem sponsi sui, prætulit illius domesticam consuetudinem honestæ cohabitationi filij, & nurus, qui ambo hospitio Egr. Paulæ matris sunt recepti, & licet quandoq; ad domum dicti eorum patris, & soceri diuerterint haud tamen hilari fronte excipiebantur, aut patre absente, imò cæpit languere amor parentis erga Ludouicum filium, cum ipse ex Clara uxore propediem nouam sobolem speraret in limine imminentem; Nam successore nouo minuitur amor in plures filios diuisus, & dissectus, si ad hoc principium dissidij respicies, comperies reliqua ab hac origine pendere; Nā ea quæ a principio leuia existimantur graues præsepe progressus habuere, sicuti à Riuulis quandoq; magna ducuntur flumina.

Consultò prætermitto dicti Io. Baptistæ conscientiæ læsæ argumenta: tristis commemoratio matrimonij, quod obortis ferè lachrimis, ac suspirijs emissis ille interrogatus deplorat, oculos ad sydera tendens; Mendacia, Titubationes, Suspectæ admodum responsiones, coloris mutatio, illius subita occultatio audito repente nuncio dictæ mortis violentę om missio eorum quæ in morte affinium consuetudine recepta sunt, quæ pertinent ad visitationes mœrentium, summotio, & subtractio suipsius à cōspectu. Magistratuum, Ciuium, amicorum, secessus nocturni ab vrbe sine mora arrepti, minax præceptum factum famulo Zanardi id deponente per torturam, eo iusso ne cui reuelaret transmissionem equi, filij accessum ad locum Caui, cum quo secreta colloquia intercessere: Non enim præsumitur voluisse mentiri contra Vicecomitem a quo sciebat sibi esse timendum ob eius potentiam Mascard. de prob. concl. 758. Nec verisimiliter quis tortus mentitur, ideo tortura habet vim veritatis Bart. in l. eos, num. 2. & 4. ff. fals. & ibi Marsil. num. 8. vers. quandoq; testis variat cum simil. fuga incontinenti sequuta ante formatam aliquam, aut accusationem, aut Inquisitionem Farinac. quæst. 48. tract. de indic. & tortura, idem cons. 5. nu. 83. & 104. & ibi Apostill. in

littera

littera N. Delectus Donati Frassi amicissimi patris, & filij de Viceconite præterquàm; nemo nisi Busiride natus inuentus fuisset, qui tanto sceleri inhiaret, quem Donatum constat à patre missum Cremonam ad filium per diem antecedentem ad delictũ, id quod resultat ex depositione Michaelis in tortura id affermantis.

Litterarum missimo ad filium quam pater insulsa excusationem tegere conatur, ex qua solertia crescit, & omnis præsumptio contra eum degenerat, hæc singula quæ iustum volumen conficerent non sunt cauillanda, sed adiuuanda; & in his animus Iudicis conquiscere debet, & cum innumera pro pe fiat inditia, non est quærendum vtrum perfecte sint probata, nec,ue cum ad eundem finem tendant, quia solæ coniecturæ sufficiunt ad probationem atrocissimi delicti Crau. consi. 73. num. 20. Ant. Gab. de probat. concl. 1. nu. 43. Mascar. concl. 1223. num. 12 & 32.

Dispersio Bernardi informati de omnibus, quem credendum est è viuis fuisse se sublatum ne panderet posset lugubrem hanc tragediam; Recessus pedester, & nocturnus dicti Io. Baptistæ ac propera; & accelerata nimis acceleratio versus Cauum; Ideoq; iure merito Reus esset constituendus huius dispersionis prout memini factum à Senatu in personam Dionysij Peregi, qui fuit condemnatus in pœnã Remi quinquennalis ex eo quod in suspectum habitus fuisset; quòd disperdisset quendam Montresinum conscium cuiusdam homicidij patrati in personam cuiusdam de loco Arcori: Quòd non inueniatur, iste Bernardus quis dubitat id factum esse studiosè, & data opera prætimore, ne si ad manus Iustitiæ peruenisset reuelaret integrum exitũ huius delicti; atq; ideò cum excusationem congruam non haberet huius subitæ dimissionis effutijt ex, ore, *che lo licentiò senzà far i conti; ancorche fosse creditore d'esso Bernardo*; Vnde hæc amice inconsueta liberalitas? Olimpia ancilla aliter dicente, *che dimandò licenza*, ab vxore dicti Io. Baptistæ, cum hoc officium non ad mulieres; sed ad viros pertineat latere hæc non possunt, & sunt verè futilia nugamenta, aniles fabulæ.

Centum ergo sunt causæ, vt dicamus iure dictum Io. Baptistam reum a suprema Curia fuisse constitutum, & saltem extraordinariè puniendum vbi tortus delictum non fateatur. Ex his, &c.

FINIS.

INDEX

Hos

Sen-

